No tiene que expurgar

cat. 238

1 8/11

Incipit tabula questionum.

In pma dnica aduentus domini est euangeliũ. Cũ appropinq̃sset ihesus iherosolimis 7c. Mathei. xxi. In quo fit mẽtio de aduentu xpi in carnem. dum dicitur Dicite filie syon. Ecce rex tu9 venit tibi 7c. Vnde pñt sequẽtes q̃stiones disputari. Prima. Vtrũ p redemptione generis humani necessarium fuit deum incarnari.

Secũda. Vtrum si homo non peccasset deus incarnatus fuisset.

Tertia. Vtrum conuenienti9 fuit filiũ dei incarnari q̃ aliquã aliam personam.

In dnica secũda est euangelium. Erunt signa in sole et luna. Luce. xxi. In quo qr tangit̃ de aduentu xpi ad iudiciũ. pñt disputari sequentes questiões. Prima. Vtrum generale iudiciũ sit futurum. Secũda. Vtrum omnes iudicandi in iudicio videbunt filiuz hominis. id est xpm in forma humana gloriosa iudicantem. Tertia. Vtrum signa que assignãtur in lectione euangelij p̃cedant iudiciũ. Quarta. Vtrum temp9 futuri iudicij potest determiate sciri ab aliquo homine.

In dominica tertia est euãgeliũ. Cũ audisset Johannes i vinculis opa christi. Math. xi. Circa qd occurrũt sequentes questiones disputande. Prima. Vtruz beatus Johannes baptista dubitauerit an xpus esset qui mittendus fuit saluator mundi. Secunda. Vtrum xpus conuenienter respondit ad questionem Johãnis cũ ait. Dicite Johanni. Ceci vident 7c. Tertia. Vtrum beat9 iohannes fuerit plus q̃ pphéta.

In dnica quarta est euangelium. In illo tempe. Miserũt iudei a iherosolimis 7c. Joh. p°. circa qd pñt disputari sequentes q̃stiones. Prima. Vtrum beatus Johannes bene respondit ad interrogationem sacerdotũ et leuitaꝝ querentiũ. Tu quis es. Secunda. Vtrum fuerit conueniẽs Johãnem baptizare. Tertia. Vtrum conueniens fuit vt xps iter hoĩes conuersaretur.

In feria quarta quatuor temporꝝ est illud euangeliũ. Luc. p°. Missus est angelus. Circa quod questiones disputãdas quere in festo annũciationis Marie.

Feria sexta est euangeliũ. Exurgens Maria. Luce. p°. Disputanda sup hoc quere in festo visitationis Marie.

In die sabbati est euangeliũ. Anno. xv. Luce. iij. Venit scz Johannes in omnẽ regionem iordanis p̃dicans baptismũ pñie in remissionem peccatoꝝ. Circa qd venit disputandum. Vtrum baptismus Johannis conferebat gratiam.

In vigilia Natiuitatis christi est euangelium. In illo tpe. Cuz esset desponsata mater ihesu 7c. Math. p°. Circa quod multe q̃stiones disputande venirent. inter quas sunt hee que sequũtur. Prima. Vtrum xps debuit de virgine desponsata cõcipi. Secũda



A A

Vtrum inter Mariaz et Joseph fuit pfectum matrimoniū. Tertia. Vtrum pdictū matrimoniuz fuit aliquando cōsumatū. Quarta. Vtrum xpus sit dicendus cōceptus de spūsancto.

¶ In die natiuitatis dñi sunt tria euangelia. et ita circa quodlibet occurrunt questiones alique disputande. Circa pmum scz in illo tempe. Exijt edictum. Luce. ij. sequentes qstiones. Prima. Vtrz xpo sit attribuenda aliqua natiuitas tempalis. Secūda. Vtrū sm tempalem natiuitatez beata virgo pōt dici matē xpi. Tertia Vtrum conuenienti tempe et loco xpus natus est. Circa euangelium secūdum qd in aurora legitur in scda missa scz In illo tempore. Pastores loquebantur rc. Luce. ij. Possunt queri ea que sequuntur. Primo. Vtrum cōuenienter pastoribus pmo manifestata ē natiuitas christi. Secundo. Vtrum conferentia illa q dicitur. Maria erat conferens q audierat. fuerit cōferentia alicuius dubitatiōis. Euangeliū in tertia missa est. In pncipio erat verbum. Joh. pmo. Circa quod pōt disputari sequens questio. Vtrū vera sit ista ppositio Verbum caro factum est rc.

¶ Circa dominicam infra octauas natiuitatis dñi est euangelium. In illo tempe. Erāt Joseph et Maria mater ihesu mirantes rc. Luce. ij. Possunt disputari sequentes qstiones. Prima. Vtrz sit verz q xpus sit positus in ruinam multoz. Secūda. Vtrz beata Maria ita gladio cōpassionis mortis christi fuerit pforata vt vere martyr xpi appellari possit.

¶ In festo circumcisionis ē euāgelium. In illo tempore. Postq consumati sunt rc. Luce. ij. Circa quod possunt hee sequestiōes disputari. Prima. Vtrum xpus debuit circūcidi. Secūda. Vtruz circumcisio nunc tpe gratie cessare debuit. Tertia. Vtrum conuenienter nomem xpo fuit impositū Jhesus.

¶ In vigilia Epiphanie est euāgelium illud. In illo tempe. Defuncto herode rc. Math. ij. Circa quod potest disputari sequēs questio. Vtrum xpus conuenienter vocatur nazarenus.

¶ In festo Epiphanie est euangelium illud. Cum natus essz ihesus. Math. ij. Circa qd possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum natiuitas christi fuit conuenienter per stellam magis manifestata. Secunda. Vtruz stella magis apparens fuerit vna de celestib stellis. Tertia. Vtrum magi conuenient venerūt ad adorandū et venerandū christum.

¶ In dñica infra octauas Epiphanie est euangeliū. In illo tēpore. Cum factus esset ihesus annoz. xij. Luce. ij. Circa qd pñt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum xpus sm aliquaz sapientiam siue scientiam pfecerat. Secūda. Vtrum xpus i gratia pfecerat. Tertia. Vtrū xps

aliquid ab hoibus dedicerat.

In octauis Epiphanie ē euāgelium. Vidit Johannes Jhesū rc. Johan. p°. Possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum Johannes testimonium reddens de xpo conuenienter dixit. Ecce agnus dei rc. In q̄ innuit q̄ passio xpi sit opata humani generis salutem p modum sacrificij. Secūda. Vtrum conuenientius nominauit xpm agnum dei q̄ aliquod aliud animal solitum sacrificari. Tertia. Vtr̄ xpus pncipalius passus est p deletione peccati originalis q̄ actualiū peccatorū.

In octauis Epiphanie secundum vsum pdicatorū legitur euāgeliū de baptismo christi. scilicet In illo tempe. Veīt ihesus a galilea ad iordanē ad Johannē vt baptizaretur ab eo. Mathei. iij. Possunt disputari sequentes q̄stiones. Prima. Vtrum conueniens fuit xpm baptizari. Secūda. Vtrum conuenienter sup xpz baptizatum celi apti sunt. et spiritussanctus descendit sicut columba. et vox patris audita est.

In dominica pma post octauas Epiphanie est illud euāgeliū. In illo tempe. Nuptie facte sunt in chana galilee rc. Johannis. ij. Circa qd possunt disputari sequentes questiones. Pria. Vtrum xpus debuit miracula facere. Secūda. Vtrum conueniēter xpus incepit facere miracula in nuptijs. mutando aquam in vinū. ita vt conuersio aque in vinum fuit pmum miraculū p eum factum. Tertia. Quis fuit sponsus in pdictis nuptijs.

In dominica secunda legitur euangeliū. Cum descendiss; Jhesus de monte rc. Math. viij. In q̄ narrant̄ duo miracula. Vnum de sanatione leprosi. aliud de seruo centurionis. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Circa pmum querit̄. Vtrū conueniens fuit q̄ xpus leprosū tangēdo sanaret. Secūdo. Vtrū sit verum q̄ ille leprosus iō post q̄ fuit sanatus iussus ē ire ad sacerdotem ad significandū q̄ mūdatus a lepra peccati. p contritōnem sacerdoti teneatur se ostēdere per confessionem. Tertio q̄ritur. Vtrum in xpo cadat admiratio. Quarto. Vtrum verū fuit q̄ non sit inuenta tanta fides in israel q̄nta in centurione.

In dominica tertia est euangelium. In illo tempe. Ascēdente ihesu in nauiculaz rc. Math. viij. Circa qd veniunt disputāde sequentes questiones. Prima. Vtruz ecclesia vniuersalis iuxta glosam per nauiculam designata tempestate alicuius tribulationis qn̄qz ita concutietur vt naufragiū patiatur. Secūda. Vtr̄ fuit verū q̄ mare et venti obediunt xpo.

In dominica. iiij. post octauas Epiphanie est euangeliū. In illo tempe. Dixit ihesus parabolā hanc. Simile est factum regnuz celorū homini rc. Mathei. xiij. Circa quod pnt disputari sequen

tes questiones. Prima. Vtrum diabolus superseminauerit zizaniam. id est hereses in agro dominico. Secunda. Vtrum heretici sint eradicandi per mortem de vita psenti.

¶ In dominica .lxx. est euangeliũ. In illo tempe. Dixit Jhesus pabolam hanc rc. Mathei .xx. Circa qd possunt disputari sequẽtes questiones. Prima. Vtrum omnes homines ad eternam beatitudinem a deo sint vocati. Secũda. Vtrum requirantur aliqua opera hominum ad beatitudinez consequendam a deo. Tertia. Vtrum omniũ laborantium in vinea domini sit vnum remuneratiõis pmium.

¶ In dominica sexagesime est euangeliũ. In illo tempe. Cũ turba plurima rc. Luce. viij. Circa quod possunt disputari sequẽtes questiones. Prima est. Vtr̃ cõuenienter xpus vsus fuerit in pdicatione sua pabolis. Secũda. Vtr̃ pabole ille christi contineant veritatem ƀm sensum litterar̃.

¶ In dominica quinquagesima est euangelium. Assumpsit ihesus duodecim discipulos rc. Luce. xviij. In quo pdicit discipulis passionem suaz. Circa qd possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum necessarium fuit xpm pati p humani generis liberatione. Secũda. Vtrum cõuenienter elegit pati in iherusalez Tertia. Vtrum conueniens fuit vt etiam pateretur a gentib9.

¶ In dominica pma ĩ quadragesima est euangeliũ. In illo tempore. Ductus est ihesus in desertum aspiritu vt temptaret̃ a diabolo. Mathei. iiij. Et quia ĩ hoc euangelio fit mentio de duobus. de ieiunio/ r temptatione christi Possunt hee questiones disputari. Prima. Vtrum ad ieiuniũ q̃dragesime omnes teneant̃. Secunda. Vtrum ieiunium quadragesime debito tempe obseruetur Tertia est. Vtrum cõueniẽs fuit xpm a diabolo temptari.

¶ In dominica secũda quadragesime legitur euangeliũ illud. In illo tempe. Assumpsit Jhesus Petrum et Johannẽ rc. Mathei. xvij. Circa qd possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum conueniens fuit christum transfigurari. Secunda. Vtrum conuenienter ibi fuit inuenti testes transfigurationis. Moyses Helias et Petrus r Jacobus et Johes. Tertia. Vtr̃ errauit Petrus dicens. Bonum est hic nos esse. et petens tria tabernacula fieri. Christo vnũ. Helie vnum. et Moysi aliud.

¶ In dominica tertia quadragesime est euangelium. In illo tẽpore. Erat ihesus ejiciens demonium rc. Luce. xi. Circa qd possunt hee questiones disputari sequentes. Prima est. Vtr̃ xpus sufficienter ostendit se non in belzebub sed in virtute dei ejicere demonia. Secũda. Vtrum sufficiens fuit illud argumentũ christi Si in digito dei ejicio demonia

pfecto venit in vos regnum dei id est xps siue messias. pmissus in lege venit. Tertia est. Vtrū conueniens fuit q carnem sumeret de femina. quia dicitur. Beatus venter 7c.

In Dominica quarta ē euangelium. Abijt Jhesus trans mare quod est tiberiadis 7c. Johānis. vi. Circa quod possunt disputari hec. Primo. Vtrum conuenienter xpus satiauit quinqz milia hominum de quinqz panibus qui reperti sunt apud quendā in societate. Secūdo. Vtrum cōuenienter xpus saciauit quinqz milia hominum de panibus ordeaceis 7 nō d tritico. Tertio. vtrū christus fuit verus pheta. sicut dicitur in euangelio

In Dominica in passione est euangelium. Jn illo tempe. Dicebat Jhesus turbis iudeorum 7c. Johan. viij. Circa quod pnt disputari sequentes questiones. Prima est. Vtrum christus potuit redargui de aliquo peccato. Secūda est. Vtrum christus debuit sine offensione iudeis pdicare. Tertia est. Vtrum sit veruz q Abraam vidit diem xpi.

In Dominica ramis palmarum legitur passio christi sm Mathéum. xxvi. Circa quaz possunt hec disputari. Primo. Vtrum alius possibilis fuerit et conuenientior modus liberationis humani generis. q per passionem christi.
Secūdo. Vtrū conuenient xps tali die voluit cum regali honore intrare iherusalem.

In Feria secūda legitur euangelium. Ante sex dies 7c. Johānis. xij. Circa quod possunt hec disputari. Primo. Vtrum conueniens fuit vt xpus super caput suum vnguentum tanti pcij supé infundi permitteret. Secundo. Vtrum xpus conuenienter loculos cum pecunia secum portari pmiserat. Tertio. Vtrum conuenienter loculos pecunie portando Jude cōmiserit.

In Feria tertia legitur Passio secūdum Marcū. xiiij. Circa quā passionem possunt hee questiones disputari. Prima. Vtrum Petrus peccauit mortaliter negando christū. Secunda. Vtrum postq christus pdixit Petruz se negaturum fuit possibile Petrū non negare christum. Tertia. Vtrum omnes apostoli fugientes capto xpo peccauerūt mortaliter.

Feria quarta legitur Passio scdm Lucam. xxij. Circa quā possunt disputari questiones sequētes. Prima. Vtrum Judas vendendo christuz commiserit symoniam. Secūda. Vtrum peccatū crucifigētium christum fuit grauissimum. Tertia. Vtrum volūtas humana in christo aliud voluerit q deus voluerit.

In Feria quinta die cene ē euāgelium. Ante diem festum pasce 7c. Johan. xiij. Circa qd possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum conuenienter in die cene institutum est sacramentum eucharistie. Secun-

da. Vtrum conuenienter christus in die cene Jude proditori tribuerit sacramentum corporis et sanguinis sui. Tertia. Vtrum post buccellam intinctam a christo iude porrectam diabolus intrauit in eum.

¶ In feria sexta in qua fit mentio de morte christi legitur Passio Johan. xviij. Circa quam possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum conueniens fuit christum mori. Secunda. Vtrum alia passio christi sufficiens quam mors pro redemptione humani generis. Tertia. Vtrum conueniens fuit christum cum latronibus crucifigi.

¶ Sabbatho sancto legitur euangelium. Vespere autem sabbathi etc. Mathei. xxviij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum conueniens fuit christum sepeliri. Secunda Vtrum conueniens fuit vt christus ad infernum descenderet. Tertia. Vtrum christus totus fuit in inferno.

¶ In die resurrectionis domini legitur euangelium. In illo tempore. Maria magdalena etc. marci. xvi. Possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum necessarium fuit christum resurgere. Secunda. Vtrum conueniens fuit christum tertia die resurgere. Tertia. Vtrum totus sanguis qui per eum fusus est pro humana redemptione sit in resurrectione reassumptus.

¶ In die lune legitur euangelium. In illo tempore. Duo ex discipulis etc. Luce. xxiiij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima est. Vtrum conueniens fuit vt christus in alia effigie discipulis appareret. Secunda. Vtrum conueniens fuit quod christus veritatem resurrectionis sue argumentis probauerit. Tertia. Vtrum argumenta que christus induxit sufficienter manifestauerint resurrectionis eius veritatem.

¶ Die Martis est euangelium. In illo tempore. Stetit Jhesus etc. Luce. vlt. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum conueniens fuit christum resurgere cum cicatricibus. Secunda. Vtrum christus conuenienter palpabilem discipulis se exhibuit. Tertia. Vtrum christus post resurrectionem vere comedit incorporando sibi cibum.

¶ In octauis pasce est euangelium. In illo tempore. Cum sero esset die illo etc. Johan. xx. Circa quod possunt dici sequentes questiones. Prima. Vtrum conueniens fuit vt christus post resurrectionem cum discipulis continue conuersaretur. Secunda. Vtrum christus intrauit ad discipulos clausis ianuis. Tertia. Vtrum Thomas cicatrices christi tetigerit vel tantum viderit.

¶ In dominica prima post octauas pasce est euangelium. In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus etc. Johan. x. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima

Vtrum bonus pastor christus posuit aiam suā in p̄cium redemptōnis p ouibus suis. Secūda. vtrum bonus pastor teneat̄ ponere animam p ouibus suis. Tertia. Vtrum licitū sit pastori persecutionis tempe gregem suum relinquere.

¶ In dominica secūda est euangelium. In illo tempe dixit ihesus discipulis suis. Modicū &c. Johan. xvi. Circa quod p̄nt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum apostoli de morte christi debuerunt dolere et tristari. Secūda. Vtrum gaudiuz de visione christi in eterna beatitudine sit auferibile ab apostolis.

¶ In dominica tertia est euangelium. In illo tempe dixit Jhesus discipulis. Vado ad eum qui &c. Joh. xvi. Circa qd̄ p̄nt hec disputari. Primo. Vtrum expediebat discipulis vt xp̄us subtraheret p̄sentiam corporalez ab eis. Secūdo. Vtruz spiritussanctus erit arguturus mundum de peccato et de iusticia et de iudicio. Tertia. Vtrum plenitudo spiritussancti debuit dari ante ascensionem.

¶ In dominica quarta est euangelium. In illo tempe dixit ihesus discipulis suis. Amen amen dico vobis. Si quid petieritis patrem in nomine meo &c. Johan. xvi. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Pria. Vtrum omnis qui petit a p̄re celesti in nomine christi accipit qd̄ petit. Secūda. Vtrum sit veruz q̄ apostoli ante resurrectionem christi nihil petierunt in nomie christi. Tertia. Vtrum gaudiū spirituale possit i hac vita impleri.

¶ In Rogationibus est euangelium. In illo tempe dixit ihesus discipulis suis. Quis vestrum habebit amicum &c. Luce. xi. Circa quod possunt disputari sequētes questiones. Prima. Vtrum in istis rogationibus deus solus sit orandus. an etiam alij sancti. Secūda. Vtrum in oratione nostra temporalia sint petenda. Tertia. Vtruz sit sperandum q̄ peccatores orando impetrent aliquid a deo.

¶ In die ascensionis dn̄i ē euangelium. In illo tempe. Recumbentibus vndecim discipulis &c. Marci. xvi. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum conueniens fuit christum ascendere in celuz. Secūda. Vtrum ascensio christi fuerit nob vtilis et nostre saluti fructifera. Tertia. Vtrum conueniat xp̄o sedere ad dexteraz p̄ris.

¶ Dominica infra octauas est euangelium. In illo tempe dixit Jhesus discipulis suis. Cum venerit paclitus &c. Johannis. xv. Circa quod possunt disputari sequentes questiōes. Prima. vtrum spiritussanctus p̄cedat a patre et filio. Secūda. Vtrum sp̄ussanctus sufficienter perhibuit testimonium de christo.

¶ In die Penthecostes euange

lium est. In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Si quis diligit me sermonem meum seruabit. et cetera. Johannis. xiiij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum spiritui sancto conueniat visibiliter mitti. Secunda. Utrum conuenienter missus sit in linguis igneis. Tertia. Utrum verum sit quod spiritus sanctus docuerit apostolos omnia.

¶ In die sancte trinitatis euangelium est. In illo tempore. Erat homo ex phariseis &c. Johannis iij. Circa quod disputatum est in festo sancte crucis. sed circa ipsam festiuitatem possunt hec disputari. Primo. Utrum sit ponendus numerus personarum in diuinis. Secundo. Utrum ratione naturali possit cognosci pluralitas personarum in diuinis. Tertio. Utrum hoc nomen deus pluraliter predicetur de tribus personis vt dicantur tres dij.

¶ Dominica prima post trinitatem est euangelium. In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Homo quidam erat diues &c. Luce. xvi Circa hunc diuitem damnatum. possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum anima separata possit ab igne corporeo cruciari. Secunda. Utrum anime damnatorum videant gloriam beatorum. Tertia. Utrum damnati vellent omnes alios esse damnatos.

¶ In dominica secunda est euangelium. Homo quidam fecit cenam magnam &c. Luce. xiiij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum cena beatitudinis sanctis preparata consistat in bonis corporis. Secunda. Utrum occupatio et sollicitudo rerum temporalium hominem excludat a cena eterne beatitudinis. Tertia. Utrum homines peccatores sint compellendi bonum facere.

¶ In tertia dominica legitur euangelium. Erant appropinquantes ad Ihesum publicani &c. Luce xv. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum angeli gaudeant de peccatoribus penitentiam agentibus. Secunda. Utrum plus gaudeant de vno peccatore agente penitentiam quam de nonagintanouem iustis qui non egent penitentia.

¶ In dominica quarta est euangelium. Estote misericordes &c. Luce. vi. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum misericordia ad quam hortamur sit maxima virtutum. Secunda. Utrum licitum sit iudicare de alijs ex suspitione.

¶ In dominica quinta est euangelium. Cum turba irruerent in Ihesum &c. Luce. v. Circa quod possunt hec disputari. Primo. Utrum ad summum pontificem pertineant cause maiores in ecclesia Secundo. Utrum retia predicationis conueniant alijs ecclesijs sine auctoritate pape.

¶ In Dominica sexta est euangelium. Nisi iusticia vestra ha-

bundauerit plus rc. Math. Quinto. Circa qd possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum necesse sit ad ingressum regni celorum: q iusticia fidelium habundantior sit q phariseorum. Secunda. Utrum conuenienter cum dicitur. Qui dixerit fratri suo fatue. reus erit gehenne ignis rc. assignentur tres gradus ire. Tertia. Utrum recociliatio fratris semper sit facienda ante oblationem muneris siue sacrificij.

¶ In Dominica septima e euangelium. In illo tempe. Cu multa turba rc. Mathei. viij. Possut disputari que in dominica quarta. xl. disputata sunt.

¶ In dominica octaua est euangelium. Attendite a falsis prophetis rc. Mathei. vij. Circa qd possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum cauendi sint falsi prophete. Secunda. Utrum sufficiens argumentu ad cognoscendum pdictos lupos assignatur. cuz dicitur. A fructib9 eorum cognoscetis eos. Tertia. Utrum simpliciter ex voluntate iudicanda sit actio bona vel mala.

¶ In Dominica nona est euagelium. Homo quidam erat diues et cetera. Luce. xvi. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum platus vel clericus dissipas bona ecclesie sit deponendus. Secuda. Utrum couenienter detur pecunie siue elemosyne vt oretur pro dante. Tertia. Utru de illicite acquisitis possit fieri elemosyna.

¶ In Dominica decima est euagelium. In illo tempe. Cum appropinquaret Ihesus. Luce. xix. Possunt hee questiones disputari. Prima. Utruz per sacraz scripturam potest ostendi q aduentus messie. id est christi in carnem aduenerit. Secunda. vtru iudei tempus visitationis sue. id est aduentus christi cognouerut Tertia. Utrum symoniaci tam vendentes q ementes spiritualia p temporalibus: sint ab ecclesia expellendi.

¶ In Dominica vndecima e euagelium. In illo tempore. Dixit Ihesus ad quosdam rc. Luc. xviij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum phariseus in oratioe sua venit merito condemnand9. Secuda. Utru publicanus in oratione sua formam conuenienter dederit iustificationis impij.

¶ In Dominica duodecima est euangelium. Exiens Ihesus de finibus tyri rc. Marci. vij. Circa quod possunt disputari seques questiones. Prima. Utrum conuenienter xpus circa hunc surdu et mutuz de quo in euangelio miraculum fecit. Secuda. Utrum illi homines facientes cotra pceptum christi publicando miraculu peccauerunt.

¶ In Dominica tredecima e euagelium. In illo tempe dixit ihesus discipulis suis. Beati oculi q vident que vos videtis rc. Luce x. Circa quod pnt disputari seqn

tes questiones. Prima. Utrum sit verum quod dictum est apostolis. scz Beati oculi qui vident que vos videtis. Secūda. Utrū in statu vie deus immediate possit a nobis amari. Tertia. Utrū modus de diligendo deū toto corde &c. qui multiplicatur in precepto pdicto possit in via seruari.

¶ In Dominica decimaquarta est euangeliū. Dum iret ihesus in iherusalem &c. Luce. xvij. Circa quod possunt disputari sequētes questiones. Prima. Utrum ad sanandum lepram peccati sit necessarium confiteri sacerdoti. Secūda. Utrum nouem leprosi non reddentes gratias christo de eoꝝ curatione peccauerunt mortaliter.

¶ In Dominica. xv. est euangelium. Nemo potest duobus dominis seruire &c. Mathei sexto. Circa quod possunt hec disputari. Primo. Utrum homo potest duobus dominis seruire. Secundo. Utrum potest quis deū odio habere. Tertio. Utrum omnis sollicitudo tempalium sit prohibita.

¶ Dominica. xvi. est euangeliū. Ibat Ihesus in ciuitatem q̄ &c. Luce. vij. Circa quod mouetur tale dubium. Utrum hoc miraculum quo resuscitauit filiuz vidue fuerit sufficienter ostensiuū diuinitatis christi siue q̄ xp̄us esset verus deus.

¶ In Dominicā. xvij. est euangelium. Cum intrasset ihesus domum &c. Luce. xiiij. Circa q̄d possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum appetere p̄lationem sit peccatum. Secunda. Utrum ambitio sit peccatum

¶ In Dominica. xviij. est euangelium. Audientes pharisei &c. Mathei. xxij. Circa quod possūt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum de caritate fuerint danda duo p̄cepta. Secunda. Utrum homo ex caritate debeat diligere ꝓximum plus q̄ se ipsum. Tertia. Utrum christ⁹ sufficienter ꝓbauit phariseis in se habere diuinam naturam dicens. Quomodo ergo Dauid in in spiritu vocat eum dominū.

¶ In Dominica. xix. est euangelium. Ascendens ihesus in nauiculam. Math. ix. Circa q̄d possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum christ⁹ s̄m q̄d homo habuit potestatem dimittendi peccata. Secūda. vtrū a christo fuerit aliqua potestas collata ministris ecclesie ad expulsionem vel remissionem peccati. Tercia. Utrum eque facile sit paliticum curare & peccata dimittere.

¶ In Dominica. xx. est euangelium. Dicebat ihesus turbis iudeoꝝ &c. Mathei. xxij. Circa q̄d possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum patē celestis fecit nuptias filio quando nature humane coniunxit. Secunda. Utrum caritas sit vestis nuptialis. Tertia. Utrum non habens vestem nuptialem scilicet caritatem finaliter ꝓiciatur

i tenebras exteriores. vbi erit fletus et stridor dentium.

¶ In Dominica. xxi. est euangelium. Erat quidam regulus. Johan. iiij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum regulus iste cui⁹ filius infirmabatur iuste fuit reprehensus a christo dicente. Nisi videritis signa et prodigia non credidistis. Secūda. Utrum miraculum hoc sit idem cum miraculo illo de quo scribitur. Math. viij. de cēturionis seruo sanato a xpo Tertia. Utrum hora septima q̄ filius reguli sanatus est a febre aliquid significet in spirituali curatione anime a febre peccati.

¶ In Dominica. xxij. est euangelium. Simile est regnum celorum ꝛc. Mathei. xviij. Circa q̄d possunt hec disputari. Primo. Utrum seru⁹ ille cui dimissa fūt a domino decem milia talentorum peccauit petendo a cōseruo suo centum denarios. Secūda. vtrū per ingratitudinem redierīt peccata prius dimissa. Tertia. Utrum tanta potest cōtritio in aliquo esse vt omne debitum a deo sibi dimittatur.

¶ In Dominica. xxiij. est euāgelium. Abeuntes pharisei ꝛc. Mathei. xxij. Circa quod possūt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum cesari siue principi seculari sit census dandus. Secūda. Utrū omnes teneamur ad sacrificia deo offerenda. Tertia. Utrum xpus conuenienter reprehenderit phariseos interrogātes eum. Si licet censum dare cesari dicens eis. Cur me temptatis ꝛc.

¶ In Dominica. xxiiij. est euangelium. Loquente Jhesu ꝛc. Math. ix. et q̄r in euangelio fit mentio de duobus miraculis. pōt disputari de vtroqz. Circa p̄mū Utrum sine tactu diuine gratie potest anima resuscitari de morte peccati. Secūdo. Utrum tactus siue infusio gratie precedat expulsionem peccati. Circa secūdum. Utrum conuenientius attribuatur fidei operatio miraculorum q̄z alteri virtuti.

¶ Explicit tabula de tempe. Sequitur tabula de sanctis.

Sequitur tabula de sanctis.

¶ In festo beati Andree ē euāgelium. Ambulans Jhesus rc. Math. iiij. Circa qđ possunt disputari sequentes questiões. Prima. Vtrum conuenienter vocauit ad p̄dicationis officiū petrꝝ et andream et iacobum zebedei et iohannem. Secūda. Vtruz oporteat sequentibus xp̄m omnia tēporalia relinquere. Tertia. vtrū beatus Andreas et alij qui secū sunt vocati hac vocatione fuerit vocatus ad ap̄latum.

¶ In festo beati Nicolai ē euangelium. Sint lumbi vestri p̄cincti rc. Luce. xij. Circa qđ veit disputandum hec questio. Vtrꝝ beatus Nicolaus sic lucernas ardentes. id est sanctoꝝ opum perfectionem habuit in manib⁹ suis vt credatur a cunabilis in baptismo vltra cōmunem legez specialem effectum graatie suscepisse.

¶ In festo beati Thome apostoli est euangeliū. Thomas autez vnus ex. xij. rc. Johan. xx. Circa quod possunt disputari sequētes questiones. Prima. Vtrū fides sit de visis. Secūda. Vtruz thomas de necessitate salutis tenebatur apparente sibi dn̄o et dicēte. Thoma rc. confiteri fidem diuinitatis et humanitatis in christo. Tertia. Vtrū credere his q̄ non vidimus sit laudabile.

¶ In festo beati Stephani ē euāgelium. In illo tempe dixit Jhesus turbis iudeoꝝ rc. Math. xxiij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum conuenienter xp̄us misit ad iudeos ꝓphetas. scribas. et sapientes. sciens et p̄dicens eos occidēdos p iudeos. Secūda. vtrꝝ Stephanus in hac vita viuēs vidit deū p essentiam.

¶ In festo beati Johannis euāgeliste est euangeliū. Dixit ihesus Petro rc. Johan. vlti. Circa quod possunt disputari sequētes questiones. Prima. Vtrum xp̄us pl⁹ dilexit Johannē q̄ꝫ Petrum. Secūda. Vtrum beat⁹ Johannes fuerit mortuus.

¶ In festo Innocentum ē euangeliū. In illo tp̄e. Angel⁹ apparuit in somnis Joseph rc. Mathei. ij. Circa quod possunt hec disputari. Primo. Vtrum Innocentes veraciter dicantur martyres christi. Secūdo. Vtrū baptismus sanguinis suppleat defectum baptismi aque.

¶ In festo sancti Thome cantuariensis est euangelium. Nisi g̃num frumenti rc. Johan. xij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtruz Thomas archiepiscopus cantuariensis ministrauerit christo repetendo res ecclesie sue cuz scandalo regis anglie. Secūda. vtrꝝ sanctus Thomas in hac administratiōe subeūdo mortem meruit a celesti patre corona martyrij honorificari.

¶ In festo beati Siluestri ē euāgeliū. Hō q̄dā pegre rc. math. xxv. Circa qđ p̄nt dispu. se. q̄stō.

Prima. Utrum beatus silvester quinque talenta sibi a deo data ita lucris multiplicavit ut meruit intrare in gaudium beatitudinis eterne. Secūda. Utrum de negligētia multiplicandi talenta sibi data a deo merito veniat quis damnandus.

¶ In festo sancte Agnetis euāgelium est. Simile est regnū celorum rc. Mathei. xxv. Possunt disputari questiones sequentes.
Prima. Utrum beata Agnes ad hoc ꝙ esset una de numero prudentium virginū habuit necesse ī vase conscientie sue portare caritatis oleum. Secūda. Utrū beata Agnes fuerat christo desponsata.

¶ In festo beati Vincentij martyris est euangelium. Nisi granum rc. Johan. xij. Circa qd possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum quis possit absque caritate perfecta martyrio se offerre. Secūda. Utrum beatus Vincentius sic ministraverit xp̄o fortiter usque ad mortem ꝓ eius fide certātō ut a patre celesti meruerit honorificari speciali corona glorie. que dicitur aureola.

¶ In conversione sancti Pauli ē euangelium. Dixit Simon Petrus ad Jhesum. Mathei. xix. Circa quod possunt disputari sequētes questiōes. Prima. Utrum Paulus sit sessurus cum christo ad iudicandum. Secūda. Utrum convenienter iudiciaria potestas respondeat voluntarie paupertati. Tertia. Utrum ꝓmissio q̄ sequitur in euangelio sit conveniens qua dicitur ꝙ omnis rc. Quarta. Utrum conversio Pauli fuit miraculosa.

¶ In festo Purificationis Marie est euangelium. In illo tempore. Postꝙ ipleti sunt dies purgationis. Luce. ij. Circa qd possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum convenienter christus in templo fuit oblatus. Secūda. Utrum convenienter beata Maria mater de purganda ad templū accessit.

¶ In festo beate Agathe euāgelium est. Simile est regnū celorum rc. Mathei. xiij. Circa quod potest disputari sequens questio Utrum beata Agatha ṗ emenda margarita celestis glorie prudenter egit dando omnia que habuit.

¶ In Kathedra sancti Petri est euangelium. Venit ihesus in partes rc. Math. xvi. Circa qd possunt disputari sequentes questiōnes. Prima. Utrum confessio illa Petri de xp̄o. Tu es christus filius dei vivi. p̄mo audita est ab ore Petri. Secūda. Utrū xp̄us confessionem illam Petri convenienter remuneravit dicendo. Tu es Petrus rc. Tertia. Utrum sedes Petri possit de roma transferri in aliam ꝓvintiam.

¶ In festo Mathie ap̄li ē euāgeliū. Cōfiteor tibi paté celi rc. Math. xi. Circa qd p̄nt disputari sequentes questiones. Prima ma. Utrum beatus Mathias

per virtutē humilitatis meruit vt a patre celesti reuelaret̄ siue ostenderetur ad aplatum assumendus

Secūda. Vtrum Mathias nouit filium dei. Tertia. Vtrū melior sit semp eligendus ad dignitatem ecclesiasticam.

¶ In festo beati Thome de aquino aliqui legūt euangeliū. Vos estis sal terre rc. Mathei. v. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum doctoribus aureola debeatur i regno celoꝝ. Secūda. Vtrum pdicator vel doctor teneatur facere quod dicitur ex presenti euangelio.

¶ In festo sancti Gregorij est euangelium. Vigilate ergo qa nescitis rc. Mathei. xxiiij. Circa quod possunt disputari sequētes questiones. Prima. Vtrum melius facit qui consentit electioni canonice de se facte q̄ꝫ qui eaꝫ recusat. Secūda. Vtrum pcib⁹ beati Gregorij fuit liberatus Traianus de penis inferni. Tertia. Vtrum stat cum pfectione papatus possidere quasi ꝓprias diuitias aut facultates terrenas.

¶ In festo beati benedicti ē euāgelium. Nemo accendit lucernā rc. Luce. xi. Circa quod possunt disputari sequentes questiones.

Prima. Vtrum beatus Benedictus lucernam accendens regule monachalis et ponens eam super candelabꝝ ecclesie conuenientius instituit monachos in societate viuentes q̄ꝫ solitariam vitam agentes. Secūda. Vtrum beatus Benedictus i visiōe qua vidit totum mūdum. diuinā essentiam viderit.

¶ In festo annunciationis domince est euangelium. Missus est angelus rc. Luce pmo. Circa qđ possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum fuit necessarium annunciari virgini conceptio filij dei. Secūda. Vtrum beate virgini debuit fieri annunciatio per angelū. Tertia. Vtꝝ annunciatio fuerit conuenienti ordine pfecta.

¶ In festo beati Ambrosij est euangelium. Vigilate rc. Mathei. xxiiij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones.

Prima. Vtrum liceat iniunctum episcopatuꝫ omnino refutare vł omnino reniti canonice electioni vel pmissioni de se facte. Secūda. Vtrum fidelis seruus et prudens quem constituit domin⁹ super familiam suam. peccet mortaliter si bona ecclesiastica q̄ procurat non largiatur pauperibus

Tertia. Vtrum Ambrosius benefecit excommunicando imptratorem.

¶ In festo beati Vincentij magistri in theologia est euangelium. Nemo accendit rc. Luce. xi. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum doctus religiosus de ordine mendicantium cum perfectionis statu possit gradum magistraleꝫ suscipere. Secūda. Vtrū pōt sciri tempus aduentus christi ad iudicium.

¶ In festo Marci euangeliste est euangeliū. Ego sum vitis vera rc. Johan. xv. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum quis fidel' potuerit fructum aliquem afferre i p̄senti vita nisi in xp̄o vite vera manserit per fidem et caritatē non fictam. Secūda. Utrum beatus Marcus conuenienter intē euangelistas figura leonis sit designatus. Tertia. Utrum licituz fuit sancto Marco sibi amputare digituz: vt sacerdotio indign⁹ haberetur.

¶ In festo beati Petri martyris de ordine p̄dicatoꝝ est euangelium. Si quis vult post me venire rc. Math. xvi. Circa q̄d possunt disputari sequentes questiones.

Prima. Utrum ad consecutionem eterne beatitudinis sit necesse abnegare semetipsum et tollere crucem suaz et sequi xp̄m. Secūda. Utruz beatus Petrus martyr dicatur triplici aureola dotatus.

¶ In festo apostoloꝝ Philippi et Jacobi est euangelium. In illo tempe dixit rc. Non turbetur cor vestrum. rc. Johan. xiiij. possunt disputari sequentes questō nes. Prima. Utrū explicite credere misterium incarnationis xp̄i sit de necessitate salutis. Secunda. Utrum credere explicite trinitatem diuinaꝝ personaꝝ sit de necessitate salutis. Tertia. Utꝝ pōt cognosci vna diuinaꝝ persōnaꝝ nō cognita alia.

¶ In festo Inuentionis sancte crucis est euangelium. Erat homo ex phariseis rc. Johan. iij. Circa quod possunt disputari sequentes questiōes. Prima. Utꝝ fuerit conueniens compatio. cuz dicitur. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto. ita oportet exaltare filium hominis. Secūda. Utrum sit verum q̄ nemo ascendit in celuz: nisi qui descendit de celo. filius hominis qui ē in celo. Tertia. Utrum crux xp̄i sit adoranda adoratione latrie.

¶ In festo beati Johannis ante portam latinam est euangelium. Dixit Jhesus Petro. sequere me rc. Johan. xxi. Circa quod possunt disputari sequētes questiones. Prima. Utrum beatus Johannes sup̄ pectus domini recumbens tantum inde sapiēpientie hausit. vt in figura aquile meruit inter euangelistas designari. Secūda. Utrū beatus Johānes inter martyres debeat cōnumerari.

¶ In festo beati Barnabe apostoli est euangelium. Hoc est p̄ceptum meuz rc. Johannis. xv. Circa quod possunt disputari sequentes questiōes. Pria. Utrū maiorem dilectionez potest quis hr̄e q̄ mori p amicis suis. Secūda. Utrum beatus Barnabas moriendo p xp̄o fecerit actū maxime perfectionis.

¶ In festo bti Johis baptiste ē euāgeliū. Elizabeth impletū est tempus rc. Luce pmo. Circa q̄d pn̄t disputari sequentes q̄stiōes.

Prima. Vtrum conuenienter impositum est ei nomē Johannes.

Secūda. Vtrum sit verum q̄ inter natos mulierū nō surrexit maior Johanne baptista. Tertia. Vtrum sit in vtero matris sanctificatus.

¶ In festo Johannis et Pauli est euangeliū. Attendite a fermento rc. Luce. xij. Circa q̄d possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum ypocrisis sit peccatū mortale. Secūda. Vtrū timere eos qui occidūt corp⁹ sit peccatū mortale.

¶ In festo Petri apostoli ē euāgeliū. Dixit Jhesus Simoni petro rc. Joh. vlt. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum Petrus a xp̄o institutus sit caput ecclesie.

Secūda. Vtrum Petr⁹ potestate clauiū potuit peccata remittere. Tertia. Vtrum Petrus potestate clauiū potuit indulgentiaȝ largire debitarū penarū.

¶ In festo commemoratiōis sācti Pauli est euangelium. Dixit Petrus ad Jhesum. Math. xix. Possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum Paul⁹ in raptu viderit diuinam essentiā.

Secūda. Vtrum Paul⁹ in raptu ignorauerit, an eius anima a corpe fuit sepata.

¶ In festo Visitatiōis beate marie virginis est euangeliū. Exurgens Maria rc. Luce. p°. Possunt dispu tari sequentes questiones. Prima. Vtrum beatus Johannes in vtero existens exultauit ad p̄sentiam dn̄i. Secunda. Vtrum beata virgo audita exultatione Elizabeth conuenienter in gratiarū actionē cantauit Magnificat anima mea dn̄m.

¶ In festo beate marie Magdalene est euangeliū. In illo tēpore. Rogabat Jhesum quidam rc. Luce. vij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones.

Prima. Vtrum ista mulier de qua hic in euangelio fit mentio. fuerit maria Magdalena soror Lazari. Secūda. Vtrum maria Magdalena aut quis alius potuerit sine penitentia cōsequi remissionem peccatorū.

¶ In festo beati Jacobi apostoli est euangeliū. In illo tempore Accessit ad Jhesum rc. Math. xx. Circa quod pn̄t disputari sequentes questiōes. Primo pōt disputari. Vtrum ipse et frat̄ ei⁹ peccauerunt peccato ambitiōis. petentes a christo mediante matre vt in regno suo sederēt vnus adextris et alius a sinistris. Ista questio expedita est sup̄ dominica. xvij. post trinitatis. Sed nunc potuerunt hec disputari. Prima. Vtruȝ cōuenienter dicatur de beato Jacobo q̄ sit lux et decus hispanie. Secūda. Vtrum oret in celo p̄ omnibus qui ei⁹ visitant sepulchrum siue locū.

¶ In festo beati Dominici institutoris ordinis p̄dicatorū est euāgelium. Vos estis sal terre rc. Mathei Quinto. Possunt disputari sequentes questiones.

Primo. Vtrum beatus domini-

cius conuenienter religionem instituit ad pdicandum vel confessiones audienduz. Secūdo. vtrum beatus Dominicus conuenienter instituit religionem que litterarum studio insisteret.

¶ In festo sancti Laurentij est euangelium. Nisi granuz rc. Johan. xij. Circa qd possunt disputari sequentes questiones. Primo. Vtrum Laurentius hebēdo odio animam suam in hoc mundo custodiuit illam in vitaz eternam. Secūdo. Vtrum martyriū beati Laurentij fuerit act9 maxime virtutis fortitudinis.

¶ In festo assumptionis beate Marie est euangeliū. Intrauit Jhesus rc. Luce. x. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Primo. Vtrum vita actiua sit potior et nobilior q̄ contemplatiua. Secūdo. Vtrum beata maria optimam ptem elegit Tertio. Vtrum beata Maria ī corpore et anima assumpta est in celum.

¶ In festo beati Bernardi ē euāgeliū. Nemo accendit rc. Luce. xi. Potest disputari sequens questio. Vtrum possit in dilectionē dei haberi respectus ad aliquam mercedem.

¶ In festo sancti Augustini est euangelium. Vos estis sal terre Math. v. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Primo. Vtrum status platorum q̄ faciunt et docent sit maior q̄ sit in ecclesia dei. Secūdo. Vtrum platus qui nō facit qd docet sit in statu pfectionis.

¶ In festo sancti Bartholomei est euangeliū. Hoc est pceptum meum rc. Johan. xv. Potest disputari sequens questio. videlicz. Vtrum beatus Bartholomeus et alij apostoli potuerūt dici amici dei.

¶ In festo decollationis beati iohannis baptiste est euangeliuz. In illo tempe. Misit Herodes rc cetera. Marci. vi. Possunt disputari sequentes questiones. Primo. Vtrū beatus Johannes moriens ex hoc q dicebat Herodi. Non licet tibi habere vxorē fratris tui verus martyr sit colēdus. Secūdo. Vtrum iuramentū qd Herodes pstitit saltanti puelle excusare potuit Herodem a peccato mortis Johannis baptiste.

¶ In festo Natiuitatis btē marie virginis est euangelium. Liber generationis ihu xpi rc. mathei. pmo. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Primo. Vtrum xpus descēdit secūdum carnem de semine dauid. Secūdo. Vtruz beata Maria fuerit sanctificata ante natiuitatez ex vtero. Tertio. Vtrum beata virgo per sanctificationem obtinuerit grē plenitudinez siue perfectionem.

¶ In festo exaltatiōis scē crucis ē euāgeliū. In illo tpe. dixit ihs turbis rc. Nunc iudicium est rc. Joh. xij. Circa qd pn̄t disputari sequentes q̄stiōes. Primo. vtrū conueniens fuit vt christus ī cruce exaltatus moreret p nobis.

¶ Secundo. Utrum sit verum quod xpus exaltatus omnia traxit ad se.
¶ Tertio. Utrum christus per exaltationem crucis que proprie est humiliatio meruit exaltationem sui.
¶ In festo sancti Mathei apostoli est euangelium. Cum transiret ihesus etc. Math. ix. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Primo. Utrum Matheus euangelista convenienter inter alios euangelistas designatur in figura hominis. Secundo Utrum conuersio et sequela mathei fuit miraculosa. Tertio. Utrum Matheus fuit immediate de teoloneo vocatus sive assumptus ad apostolatum.
¶ In festo sancti Michaelis est euangelium. In illo tempore. Accesserunt discipuli etc. Math. xviij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Primo. Utrum angeli sint a deo custodie hominum deputati. Secundo. Utrum angeli per executionem ministerij a contemplatione diuina retardentur. Tertio. Utrum angeli ad custodiam hominum deputati. nunquam relinquant homines quibus ad custodiam deputantur.
¶ In festo beati Jeronimi est euangelium. Nemo accendit etc. Luce xi. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Primo. Utrum lucerna incensa Jeronimi. id est. doctrina meruerit super candelabrum ecclesie poni. Secundo Utrum Jeronimus fuerit cardinalis.
¶ In festo beati Francisci est euangelium. Confiteor etc. Math. xi. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Primo. Utrum conueniens fuerit secreta fidei non reuelari sapientibus et prudentibus et reuelari paruulis. Secundo Utrum beatus Franciscus fuerit de numero paruulorum quibus reuelata sunt secreta celestia.
¶ In festo beati Luce est euangelium. designauit dominus etc. Luce. x. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Primo. Utrum post electionem duodecim apostolorum conuenienter electi sunt septuagintaduo discipuli inter quos Lucas unus dicitur fuisse. Secundo. Utrum beatus Lucas inter euangelistas in figura bouis fuerit conuenienter designatus.
¶ In festo undecim milium virginum est euangelium. Simile est regnum celorum etc. Math. xxv. Circa quod potest disputari sequens questio. Utrum prudentibus virginibus facientibus quod in se fuit necesse fuit ut deus oleum gratie sue vasis conscientiarum suarum infunderet.
¶ In festo Simonis et Jude est euangelium. Hoc est preceptum etc. Johan. xv. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Primo. Utrum christo aduemente et predicante non tamen faciente visibilia miracula iudei ei credere tenebantur. Secundo Utrum argumentum illud christi sit sufficiens. quo ait. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum non haberent.

¶ In festo omnium sanctorum est euangelium. Videns ihesus turbas etc. Math. v. Circa qd possunt disputari sequentes questiones. Primo. Vtrū beatitudo sāctorum cōsistat in visiōe dei p essentiam. Secundo. Vtrum beati videntes deum per essentiam videant omnia que deus videt. Tēcio. Vtrum beati in gloria pus ferantur ad contemplandam christi diuinitatem q̄ eius humanitatem.

¶ In die omnium mortuorum est euangelium. Dixit Ihesus turb etc. Iohan. v. Circa quod pñt disputari sequentes questiones. Primo. Vtrum iudiciaria potestas qua iudicādi sunt mortui in futuro iudicio conuenienter cōueniat xp̄o sm qd homo. Secūdo Vtrum suffragia fideliū viuorum psint defunctis. Tertio. Vtrum suffragia facta p malos siue per peccatores psint. Quarto. Vtrum vox christi quam audient mortui erit causa resurrectionis omnium eorum.

¶ In festo beati Martini ē euāgeliū. Sint lumbi vestri etc. Luce. xij. De quo disputatur sicut in festo beati Nicolai. Nunc queritur Vtrum illud sit verum aut cōuenienter dictum. q expectantes dominum reuersurum christus faciet eos discumbere et transiēs ministrabit eis.

¶ In festo beate Katherine est euangelium. Simile est regnum celorum. Mathei. xiij. Circa qd potest disputari sequēs questio.

Vtrum beata Katherina emit agrum in quo erat thezaurus absconditus.

¶ Explicit Tabula.
Sequūtur questiones.

Questiones euangelioꝝ tam de tempe q̄ꝫ de sanctis collecte p Reuerendū dominū Johannez de turre cremata epm Sabinen̄. sancte Romane ecclesie Cardiale sancti Sixti. Incipiūt feliciť.



Acro et colēdissimo reuerēdissimoꝝ patꝝ sancte Romane ecclesie dominoꝝ cardinalium collegio. suus humilis seruitor Johannes de turre cremata epus Sabinen̄. sancte romane ecclesie cardinał sancti Sixti. vulgariter nominatus. seipsum cū humili recōmendatione. cogitanti mihi quid de sudoribus mei studij dignum amplissimis dn̄ationibus vestris tā q̄ꝫ memoriale offeram. attento qꝫ omnibus summis nostri pontificibus varia dedicauerim opera. scilicez Eugenio Nicolao Calixto Pio et Paulo. Nunc pn̄ti occurrisset mihi illa honestissima p̄latoꝝ consuetudo qua post refectionem eoꝝ. maxime in prandio habitam collationes siue disputatiōes ꝺ sacris litteris soliti sunť hr̄e. Vidi em̄ apꝺ plures clarissimos patres consuetudinē hāc obseruari. Et de celeberrimo sancto Augustino legitur qꝫ i mensa sua lectionem aut disputationem semp diligebat. Disputatio em̄ inuestigāde veritatis gratia. aut vt veritas ipsa illustrior fiat licite cū moderamine inter ptes admittiť. Sane visa ē mihi hec dn̄oꝝ p̄latoꝝ obseruantia plurimum habere honestatis et vtilitatis. Honestissima quidem est ⁊ ordo pulcherrimus. vt postq̄ꝫ corpori cibos corruptibiles dedim⁹. ita anime sp̄ualia alimenta ministremus. Null⁹ em̄ est cibus scientia et doctrina dulcior. Naz vt ait Isidorus noster. scripturaruz sanctaꝝ altitudo q̄si montes pascue sunt. ad q̄s cū quisqꝫ iustoꝝ conscenderit pascue indeficientis refectionem inuenisse se gaudebit. Quocirca sic nos hortať clarissimus Ambrosius. Tu g° ede scripturaꝝ celestes cibos. ede vt pmaneant tibi in vitam eternaz. ede continue vt non esurias. ede vt replearis. ede vt verboꝝ celestiū eructes saginam. Sp̄uales epule non obesse solent sed pdesse saciatis. Plane bene p̄latis cōgruit honetissimū hmōi exercitium quibus dn̄s ait. Vos estis sal terre. vos estis lux mūdi. Debet autem ep̄us tanta pollere sapiētia. vt dicit Ambrosius. vt nō solum creditū sibi populū sufficienter doceat. verūetiam in ceteris queat heresim contradictiōes a catholica repellere ecclesia. Ceterum vtilis est p̄dicta obseruantia. quia mentem disponit ad pfectionem virtutis. Vnde Damascenus libro. iiij. inquit. Optimū est et vtilissimum inuestigare diuinas scripturas. et sicut ē lignū secus decursus aquaꝝ plantatuz ita anima diuina irrigata scriptura ipinguať et fructū tempaneū

tribuit. et semper virentibus fo-
lijs deo acceptabilibus decorat
actionibus. Et infra. Pulsemus
ergo in optimum paradisum sac-
rum scripturarum qui odoriferus
qui dulcissimus/qui speciosissim⁹
est. Secūdo vtilis est ad illumi-
nationem intellectus. Dicit enim
Isidorus noster. Geminū donum
confert lectio sacrarum scriptura-
rum, siue q intellectum mentis
erudit. siue q a mūdi vanitatib⁹
abstractum hominem ad amorē
dei perducit. Tertio vtilis est q-
niam per eam amputantur aliq
in que sepe post refectionem cor
poralem lingua indisciplinata p
rumpit. scz murmurationis et de-
tractiōis verba/superfluitas lo
cutionis/leuitas operis/et sil'ia
que omnia vitantur cum persolu
tis gratiarum actionibus deo. aliq
de sacris litteris sequitur dispu-
tatio siue collatio. quibus pensa-
tis nihil mihi in mente dign⁹ se
obtulit vestris. R. d. per me offe
rendum. q questiones quasdam
de euangelijs omniū dñicarum.
ac festorum pncipaliū totius anni.
quasi ingenio meo tenui. non ta-
mē sine magno labore. ac vrarū.
R. d. amore collegi sub numero.
ccc. xvij. Amplexus autem sū q-
si in omnibus sancti thome dca.
nam eius pfundior firmiorq3 est
sententia. Abstinui etiam a que-
stionibus et subtilitatibus inuti-
libus et obscurioribus argumen
tis. planioribus contentus. Tum
quia religioso itellectu nob op⁹
est vbi aut maxime de deo loqui
mur vel audimus vt inquit Am
brosius. Tum quia inter platos
pauciores sunt qui sacre theolo-
gie pfundioribus rebus operam
dent studij. Sequimur autem or-
dinem euangeliorum tam domini-
carum q festiuitatum fm vsum
fratrum pdicatorum quia nobis ra
tionabilior visus est. Suscipiat er
go. v. R. d. hoc exiguū mun⁹ pa
rūq3 opusculum in senio meo p
omniū vtilitate exiguis meis vi-
ribus elaboratum. q vtinam tan
ta beniuolentia ab eis suscipiat.
quanta cum affectione sit in suda
tum. Poterit obseruari libellus
iste in manibus. Reuerendissimi
domini Rothomageñ. qui p sua
dulcissima humanitate copia p-
stabit cupientibus scribere. Recō
mendo me. d. v. R. quas longo tē
pore ad felix vniuersalis ecclesie
regimen deus conseruet.

In pma dominica ad-
uentus apd fratres p
dicatores dicitur illō
euangelium. Mathei
xxi. p°. Cum appropinquassz ihe-
sus iherosolimis. In quo fit mē-
tio de aduentu christi in carnem.
Vbi dicitur. Dicite filie syon. Ec-
ce rex tuus venit tibi rc. Vnde in
hac dominica possunt sequentes
questiones disputari. ¶ Prima.
Vtrum p redemptione generis
humani necessarium fuit deū in-
carnari ¶ Secūda. Vtrū si hō nō
peccasset deus incarnatus fuisset
¶ Tertia. Vtrum conuenienti⁹ fu
it filium dei incarnari q aliquam

aliam personam.

Ad p̄mam sic proceditur Et videtur ꝙ non fuerit necessarium deū incarnari. Primo sic. Deus em̄ cū pfectus nihil virtutis accreuit sibi p carnem assumptam. si ergo icarnatus naturam reparauit etiam absq3 carnis assumptione eā potuit repare. ergo non fuit necessarium ꝛc. Secūdo sic. Cum deus sit summe misericors. imo miserationes eius sup omnia opera eius. magis decuit vt deus ondderet immensitatez misericordie sue ꝙ̄ seueritatem iusticie. sed ad magnitudinē misericordie sue ptinet vt peccata sine satisfactiōe dimittat. ergo deus humanaz naturam repare potuit et debuit nō expectando satisfactionē. g° non fuit necessarium ꝛc. Tertio sic. Quicūq3 pōt satisfacere ꝓ maiori peccato. potest satisfacere pro minori. sed mortale peccatū actuale est magis ꝙ̄ originale. quia habet plus de voluntario. g° cū homo possit satisfacere ꝓ mortali peccato. multofortius ꝓ originali satisfacere poterit. et sic nō est necessarium incarnari. In oppositum arguitur sic. Illud p qd̄ humanū genus liberatur a pditione est necessariū ad humanā salutem. sed misteriū diuine incarnationis est hmōi. ſm illud Johan. iij. Sic deus dilexit mundū. vt vnigenitum filiū suum daret. vt omnis qui credit in eum ñ pereat sed habeat vitam eternam. ergo necessarium fuit ad repationem generis humani deū incarnari. Secūdo sic. Non erat conueniens vt vna natura nobilissimaꝝ creaturaꝝ a suo fine totaliter frustraretur. sed humana natura est inter nobilissimas creaturas. cum ergo tota corrupta fuerit per peccatū in p̄mo parente et ita beatitudine puata ad quaz instituta erat. cōgruum fuit ip̄az repari. sed reparatio non potest fieri nisi peccatum dimittatur. nec iustum est vt peccatum sine satisfactione dimittatur. ergo necessariuz fuit ꝓ peccato tot⁹ nature humane satisfieri. sed satisfactio decenter fieri non pōt nisi ab eo qui debet satisfacere et pōt sed non debet nisi homo qui peccauit. Cum autem nullius creature bonum excedat bonum humane nature totius vt recōpensationem ꝓ tota natura facere posset. Patet ꝙ nulla creatura ꝓ homine satisfacere posset. nec ipse pro se cum peccator indignus reddatur. ergo necessarium fuit vt de⁹ homo fieret ad satisfaciendū ꝓ hominibus. Respōdeo dicendū ꝙ deum incarnari aliquo mō fuit necessarium. et aliquo mō non Pro quo notandum iuxta sanctū Thomam ꝙ ad finez aliquid dicitur necessarium dupliciē. Vno modo sine quo finis haberi ñ pōt sicut cibus est necessarius ad cōseruationem humane vite. Alio modo dicitur necessarium pē qd̄ melius et conuenientius puenit ad finem. sicut equus est necessarius ad iter. Pri̇o mō necessitatis

deū incarnari non fuit necessariu3 ad reparationem humane nature. Deus enim per suam omnipotentem virtutem poterat hūanam naturam multis aliis modis reparare. Secūdo autem mō necessitatis necessarium fuit deū incarnari ad reparationem humane nature. Hanc conclusionē ponit Augustinus. xiij. de tri. d. Ostēdamus non aliū modum possibilē defuisse deo cui⁹ potestati omnia equaliter subiacent. sed sanā de miserie nostre conuenientiorem modum alium non fuisse. cuius incarnationis necessitas siue conuenientia ex tribus sumitē scz ex plenitudine diuine misericordie. ex immutabilitate iusticie ipsius. et ex decenti ordine sapientie eius. Quia enim deus est summe bonus et misericors decuit nulli creature negari hoc cui⁹ est capax. Vnde cum natura humana lapsa esset. et nihilominus repabilis foret. decuit vt ea3 repararet. quia et iusticia eius immutabilis est. cuius lege sancitu3 est vt nūq̄ peccatum sine satisfactione dimittatur. decuit vt ī humana natura esset qui satisfacere posset. et quia hoc purus homo p se facere non poterat. vt dictum est. decuit vt deus qui sūme sapiens est aliquem conuenientissimu3 repationis adinueniret modum. Vnde conuenientissim⁹ est vt itegre natura reparetur et faciliter ad id qd amiserat homo p uenire posset. Si autem homie3 per angelum repararet. nō integra esset reparatio. quia hō semper angelo salutis sue debitor esset. et ita in beatitudine ei equari non posset. quod tamen assecutus fuisset si non peccasset. sicut etia3 nunc consequuntur homines pē gratiam reparationis vt sint sicū angeli dei in celo. Mathei. xxij. Et ideo decuit vt non angel⁹ sed ipse deus hominem repararet. Multe alie conuenientie assignātur incarnationis quas nos breuitatis causa et quia communes in sermonibus sunt ptransimus. ¶ Ad rationes in oppositum dicēdum. Ad pmam respondetur. q̄ ratio illa pcedit ſm illum modū necessarij sine quo ad finem perueniri non potest. hoc autem necessitatis mō dictū ē nō esse necessariū deū incarnari. ¶ Ad scdam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia licet deus sit summe misericors. sua tām misericordia nllo modo obuiat sue iusticie. Misericordia enim q̄ iusticiam tollit magis stulticia q̄ virtus dici debet et pē consequēs talis deum nō decet pter quod deus misericordiam suam infinitam sic manifestare voluit. vt in nullo iusticie eius derogaret. qd factum est dum p nobis hō factus est vt p nobis satisfaceret. in quo etiam habundantior misericordia ostensā est ad nos q̄ si sine satisfactione peccatum dimisisset inq̄ tum nostram naturam magis exaltauit et p nobis mortem pertulit ¶ Ad tertiam rn̄detur negando q̄ peccatū origiale

sit minus malum. Pro quo notandum q quantitas origīalis et actualis mortalis peccati potest dupliciter attendi. vel quantum ad pncipium vel quantū ad bonum quod per vtrumqz puatur. Principium autem actualis peccati voluntas ppria est. principium autem origīalis in isto ē origo eius vitiata. Vnde origīale qdammodo necessarium est. sz actuale est omnino voluntarium vnde habet plus de ratiōe culpe. et est magis vituperabile. Bonum autē q actuali peccato corrumpitur est bonum huius psone cui ppōderat bonum toti⁹ nature qđ per origīale corrumpitur. quia bonum gentis est diuinius q̄ vnius hominis bonū. vt dicitur .ij. Ethicoꝝ. vt sic possz dici q actuale est magis culpa. origīale vero magis malum. Actio autem satisfacientis est pportionata quantitati culpe ex parte boni qđ per culpaz corrumpitur. Et ideo cū omnis actio sit psone [quia actus singularū sūt] Ideo ad satisfactionem p actuali sufficit actus cuiuscūqz hominis cū gratia diuina. non autem ad satisfactionem p peccato origīali nisi actio illius hominis plus valeret q̄ totum bonū humane nature. et sic non posset esse purus homo. et ideo oportuit esse deum et hominem qui p origīali satisfaceret.

AD secundam questionē sic pceditur. Et videt̄ q etiam si hō non peccasset deus incarnatus fuisset. Primo sic. Deutro. xxxij. dei perfecta sunt opera. sed perfectō nō potest esse nisi vltimum coniūgatur principio vt sic quasi quidam circulus concludatur ⁊ additō alterius fieri non posset. Cum ergo ipse deus sit pncipiuz et hō sit vltima creaturaꝝ. decuit ad perfectionem vniuersi vt etiam si homo non peccasset deus homo fieret. ¶ Secūdo sic. Roma. p°. Inuisibilia dei per ea que facta sūt intellecta conspiciūtur. sed potentia. sapientia. et bonitas dei infinita sunt. ergo decuit etiam si homo non peccasset ista in aliq̄ effectu manifestari. sed potentia ī finita non manifestatur. nisi p effectum infinitum. nec sapiētia infinita nisi per decorem infinitum nec bonitas infinita nisi per communicationem infinitam. Cū ergo nulla creatura sit īfinita. nec in ea īfinit⁹ sit decor ex forma et pportione partium. nec iteruz aliqua creatura cōmunicationem infinitam boni recipiat. videt̄ q decuit etiam homine non peccante vniri deū homini vt ex pte hominis ratio esset ⁊ ex parte dei infinitas et ex coniunctione dei ad creaturam infinitus decor resplēderet et infinitum bonū ipsi hūane nature cōmunicaretur scz per sona increata que in ea subsisteret. ¶ Tertio sic. Non est in aliq̄ capacitas humane nature p peccatum ampliata. sed post peccatum humana natura inuenta est capax tanti boni vt a deo assume

retur in vnitate persone. ergo et ante peccatum hmôi dignitatis capax fuit. sed ad deum qui infinito amore diligit ea que sunt ptinet vt nullum bonum creature deneget cuius est capax. ergo ipse humanam naturam assumpsisset etiam si homo non peccasset. ¶ Quarto sic. Non est credenduz q̄ homo ex peccato aliquod cōmodum reportauerit. sed maxima dignitas humane nature ē i hoc q̄ assumpta est in vnitate persone diuine. ergo hoc per peccatū homo consecutus nō est. et sic idē quod prius ¶ Quinto sic. Cum homo ad beatitudinez sit creatus ante peccatum totus beatificandus erat. sed beatitudo hominis quātum ad partem sensitiuam erit in aspectu humanitatis assumpte. quantum vero ad partem intellectiuā in intuitu diuinitatis assumentis Sic em̄ ingredietur homo et egredietur. vt Augustinus exponit. et pascua inueniet. Joh. p° ¶ In oppositū est Augustinus in li. de verbis domini exponēs illud Mathei. xviij. Venit filius hominis querere et saluū facere qd̄ perierat. si homo non peccasset filius hominis non venisset. et loquitur de aduentu in carnem.

¶ Respondeo dicendum q̄ vt tangit sanctus Thomas in tertio et in tertia parte super hoc diuersi diuersimode opinati sunt. Quidā enim dicunt q̄ etiaz si homo nō peccasset. dei filius fuisset incarnatus. Alij vero contrariū asserunt. quorum assertioni magis videtur cōnsentiendum. Cuius rō est quoniam ea que ex sola dei voluntate veniūt sup omne debitū creature nobis innotescere non possunt nisi quatenus in sacra scriptura traduntur per quā diuina voluntas innotescit. Vnde cū in sacra scriptura vbiqz incarnationis ratio ex peccato pmi hominis assignetur. conuenientius dicitur incarnationis opus ordinatum esse a deo in remediū peccati. ita q̄ peccato non existente incarnatio non fuisset. q̄uis potentia dei ad hoc limitetur. Potuisset em̄ etiā peccato non existente deus incarnari. Hanc ergo assertionem siue opinionem tanq̄ veriorem sequentes. dicimus ad questionez respōdentes. q̄ si homo non peccasset deus incarnatus non fuisset. Ista conclusio pbatur. Primo sic. Sup illud. i. Thimoth. p°. Jhesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. dicit glosa. Nulla causa fuit veniendi christo domino nisi peccatores saluos facere. Tolle vulnera. tolle morbos et nulla est causa medicine. sz remota causa remouetur et effectus. ergo conclusio vera. Secūdo sic Dicit Leo papa in sermōe d̄ natiuitate. Si em̄ homo ad imaginem et ad similitudinem dei factus in suo honore mansisset. creator mundi creatura non fieret. aut sempiternus temporalitatez subiret. aut equalis deo patri dei filius formam serui assumeret. ergo conclusio vera. ¶ Ad rationes in oppositū Ad pmam respondetur ne

gando consequentiam. Et ratio est. quia licet vniuersum perficiatur in coniunctiōe vltimi ad principium pmi. non tamen oportz q in coniunctione que est in vnitate persone sed in coniunctione q est in ordine ad finez. Vnde ad pfectionem vniuersi sufficit q naturali modo creatura ordinat sic in deum sicut in finem. Hoc autē excedit limites perfectionis creature vt creatura vniatur deo in persona. ¶ Ad secūdam respondetur negando consequentiā. Et ratio est. quia in pductione minime creature manifestatur potentia infinita et sapientia et boitas dei. quia quelibet creatura ducit in cognitionem alicuius primi et summi quod infinitum est in omni perfectione. nec oportet q potentia infinita per effectum infinitum manifestetur. nec boitas infinita per communicationez infinitam. sed sufficit ad ostendendam bonitatem infinitam hoc. s. q vnicuiqz sm suam capacitatez largitur. ¶ Ad tertiam respondetur q capacitas alicuius nature potest intelligi dupliciter. vel sm potentiam naturalem que ptinet ad rationem naturalem. et sic nullam capacitatez naturē vacuam deus dimittit in genere q̄uis capacitatem alicuius creature particularis non impleat propter aliquod impedimentū. Vel intelligi potest sm potentiā obedientialem sm quam quelibz creatura habetur q ex ea posset fieri qd deus vult. et hoc modo in humana natura ē capacitas huius dignitatis vt in vnitate diuine persone assumatur. nec oportz q deus talem capacitatem impleat sicut nec oportet q deus faciat quicquid potest. sed sm q cō gruit ordini sapientie eius. ¶ Ad quartam respondetur negādo assumptum. quoniam vt dicit apostolus ad Rom. v. Vbi habūdauit delictum superhabundauit et gratia. non est inconueniens vt aliquod bonum ex peccato deus eliciat qd sine peccato non fuissz sicut patet in alijs virtutibus vt in paciencia et penitentia. et etiam ex peccato hominis hoc optimum potuit elicere vt filius dei incarnaretur. Propter quod dicit Gregorius. O felix culpa que talem ac tantum meruit redemptorem. ¶ Ad quintam respondetur negando minorem. dicimus enim iuxta sanctum Thomam q beatitudo totius hominis est ex ipsa deitate in quam virtus interius immediate fertur ex quo redundat gloria in inferiores partes anime et in ipsum corpus. in visione etiam humanitatis erit qddam gaudium accidentale. sicut etiam in victoria passionis eius. tamen constat apud omnes q si homo non peccasset deus passus non fuisset.

Ad tertiam questionez sic proceditur. Et videtur q non fuit conuenientius filiuz dei incarnari magis q̄ patrem aut spiritumsanctum. ¶ Primo sic. Sicut in ministerio

incarnationis monstrata est sa-
pientia in decentia reconsiliatiōis
ita etiaȝ monstrata est potentia
in hoc ꝙ in infinitum distantia
iuncta sunt. et etiam bonitas in
hoc qđ non despexit ꝓprij plas-
matis infirmitatem. vt dicit Da
mascenus. sed sicut sapientia at-
tribuitur filio. ita bonitas spiri-
tuisancto et potentia patri. ergo
non magis decebat filium incar-
nari ꝙ̄ patrem vel spiritumsan-
ctum ¶ Secūdo sic. Victoria po
tentie attribuitur patri. sed pˀ in
carnationeȝ secuta est victoria de
hoste. ergo incarnatio magis de-
cebat patrem cui appropriatˀ po-
tentia ¶ Tertio sic arguitˀ dˀ spi-
ritusancto. Eorum enī que ma-
gis vicina sunt decentior est con-
iunctio. sed spūssanctus est per-
sona nobis magis vicina. vt dicit
Augustinus li. de spiritu et ani-
ma. ergo spiritumsanctum dece-
bat magis incarnari ꝙ̄ filium.
Quarto sic arguitur. Incarnatio
dei processit ex maxima caritate
quam ad nos habuit. sed caritas
appropriatur spirituisancto. ergo
potissime decebat spiritumsanctū
incarnari ¶ In oppositum argui-
tur sic. In mente nostra sunt tria
tres personas rep̄sententia. scili-
cet mens que rep̄sentat patrem.
verbum mentis quod rep̄sentat
filium. et amor qui rep̄sentat spi
ritumsanctum. sed inter hec tria
verbum mentis p̄cipue compara
bile est. ꝑm quod exterius p vo-
cem sonat. ergo et incarnatio con

uenientissime verbum eternū de-
cuit quod est ipse filius dei. ¶ Re- tho. 3. q. 3. a
spondeo dicendum. ꝙ decentius
fuit filium dei incarnari ꝙ̄ patrē
vel spūmsanctum. que decentia in
carnationis filij dei attenditur et
ex proprijs et ex appriatis. In ꝓ
prijs autem possunt quatuor con
siderari ꝑm quod filius est. quod
verbum est. quod imago. qđ me
dia in trinitate persona. Secūdū
auteȝ ꝙ filius est conuenit ad re
parationem. tum vt per eum cu-
ius naturaliter est hereditas alij
in filios adoptarentur et cohere
des fiant. Scđm autem qđ est vˀ
bum. conuenit ad reparationem
quia inquantum tale habet con-
gruentiam ad officium p̄dicatio-
nis et doctrine. quia verbum ma
nifestat dicentem. et ipse manife
stauit patrem. Johan. xvij. Pa-
ter manifestaui nomen tuum ho
minibus quos dedisti mihi dˀ mū
do. Inquantum vero est imago.
conuenientiam habet cuȝ eo qui
reparandus erat. scilicet cum ho
mine qui ad imaginem dei factˀ
est. Genesis p̄mo. Vnde decuit vt
imago imaginem assumeret. in-
creata creatam. Inquantum est
media in trinitate persona con-
gruit ad vltimum effectum. qui
est reconsiliatio hominis ad deū.
Decet eniȝ vt qui est medius in
trinitate. etiam sit mediator. In-
ueniuntur etiam quatuor in filio
appropriata. scilicet sapientia. et
virtus ab apostolo. equalitas ab
Augustino. spēs et pulchritudo

ab Hilario. In quātū autē sapientia est congruit ad restaurationem quia decet vt que in sapientia facta sunt per sapientiam restaurentur. In quantum autem est virtus et brachium patris. cōgruit ad victoriam de hoste capiendam. Luce pⁱmo. Fecit potentiam in brachio suo. In quātum vero est equalitas. congruit etiam morbo qui sanandus erat. Vterqȝ enī scilicet homo ⁊ diabolus peccauerūt appetendo eq̄litatem dei. Ille potentie. iste scientie. In quantū vero species et pulchritudo est. congruit reparationi vt per ipsum deturpatio imaginis per peccatum inducta amoueretur. Patri vero non cōuenit incarnatio. precipue ꝓpter ꝓprietatem innasci bilitatis. Nō enim decet vt qui in diuinitate ē pater. in hūanitate sit filius. Sic enim filius dei patris esset nepos virginis. si ipsa virgo mater esȝ dei patris. Similiter etiaȝ nec spirituisancto conuenit. ne nomen filij in plures personas trāsferat. ¶ Ad rationes in oppositū Ad pⁱmam respondetur negando cōsequentiam Et ratio est. quia licet in incarnatiōe ostendatur potentia sapientia et boītas. et ido efficacia incarnationis toti trinitati attribuitur. opus tamen qd̄ deo incarnato debebatur per filium expleri decuit rationibus dictis. et ideo tota trinitas carnem soli filio vniuit. ¶ Ad secūdam respondetur negando consequentiaȝ Et ratio est. quia non est potentis per potentiam minus potentem vincere. hoc enim violentium est et non laudabile. sed pē iusticiam et sapientiam vincere. et ideo per filiuȝ debuit deus pater hostem vincere. ¶ Ad tertiam respondetur ꝙ ratio non procedit. quia spiritussanctus non dicitur ideo vicinior nobis qd̄ sit cōiungibilior carni ꝙ̄ filius. sed ꝓpter caritatem per quam nobis omnia dona donantur. Procedit enim. vt dicit Albertus. vt donū a patre et filio donabile rationali creature. talē autem respectū ad nos non importat nomen filij ſm quod est in patre. filius tamē est nobis magis vnitiuˀ quātum ad congruentiam incarnationis rationibus dictis. ¶ Ad q̄rtam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia licet caritas dei. sit causa incarnatiōis et ideo causalitas diuine incarnationis ꝙ̄uis communis sit tribˀ personis appropriatur spirituisancto. non tamen ex hoc sequitur. ꝙ spiritussanctus debuerit incarnari.

¶ Sequitur dominica secunda de aduētu christi domini nostri.

In Dominica secunda cantatur euangelium. Erunt signa in sole et luna rc. Luce Vicesimoprimo. In quo quia tāgitur de aduentu christi ad iudicium. possunt disputari sequentes questiões. Prima ē. Vtrum generale iudicium sit futurum. Secunda. Vtrum omnes iudicādi in iudicio videbunt filium hominis. id est christum in forma humana gloriosa iudicantem. Tertia est. Vtrum signa que assignantur in lectiōe euangelij p̄cedant iudicium. Quarta est. Vtrum tempus futuri iudicij potest determinate sciri ab aliq̄ homine.

Ad p̄mam questionez qua queritur. Vtrum generale aut vniuersale iudicium futuruz sit. procedit sic. Et videtur q̄ nō. ¶ Primo sic. Namqȝ dicitur s̄m aliam litteram Nō iudicabit bis deus in idipsum sed nunc deꝰ iudicat de singulis hominum operibus cum post mortem vnicuiqȝ penas vel p̄mia pro meritis tribuit. ergo nō videtur q̄ aliud sit iudicium futurum expectandum. ¶ Secūdo sic. In nullo iudicio executio sententie precedit iudiciū. sed sententia diuini iudicij q̄ ad homines est de adeptione regni. vel exclusione a regno. vt patet Mathei Vicesimoquinto. ergo cum modo quidam adipiscantur regnum eternum. Vnde dominꝰ latroni in cruce dixit. Hodie mecū eris in paradiso. Luce Vicesimotertio. Et quidam excludantur ab ipso perpetue. Vnde Luce Sedecimo dicitur. Mortuꝰ est diues et sepultus est in inferno. ergo frustra expectatur aliud iudicium futurum. ¶ Tertio sic. p̄pter hoc aliqua in iudicium oportet adduci quia dubium est quid de eis diffiniendum sit. sed ante finem mundi determinata est vnicuiqȝ damnatorum sua damnatō et cuiqȝ sanctorum sua beatitudo ergo videtur q̄ non oporteat aliquod futurum iudiciuȝ esse. Oppositum colligitur ex p̄senti euangelio. Colligitur etiaȝ ex illo Johannis Duodecimo. Sermo quē locutus sum vobis. ille vos iudicabit in nouissimo die. Respōdeo dicendum sub ista conclusione. q̄ generale siue vniuersale iudicium futurum est. in quo christus iudicaturus est omnem hominum multitudinem. Ista conclusio est. Primo articulus fidei. qui de christo ait. Iterum venturus ē iudicare viuos et mortuos Secundo patȝ ex illo. Johannis Quinto. Procedent qui bona egerunt in resurrectionem vite. Qui vero mala egerūt in resurrectōȝ iudicij. gᵒ pꝰ resurrectōeȝ aliqd

futurum est iudicium. Ratiõe ve ro sic ostenditur p̄dicta cõclusio. Pro quo notandum iuxta sanctū Thomam q᷑ sicut operatio pertinet ad rez p̄ncipium quo producitur in esse. ita iudicium pertinet ad terminum quo res ad suum finem perducitur. Distinguitur autem duplex dei operatio. Vna que p̄mitus res in esse ꝓduxit. instituens naturam et distinguens ea que ad completionem ipsius pertinent. a quo quidem opere deus dicitur quieuisse. Genesis. ij. Alia eius est operatio q̄ operatur in eius gubernatiõe creaturaꝝ. De qua Johan. v. Pater meus vsq₃ modo operatur et ego operor. ita etiam duplex ei⁹ iudicium dicitur ordine tamen cõuerso. Vnuz quod respondet operi gubernationis que sine iudicio esse non potest. per quod quidem iudicium vnusquisq₃ singulariter ꝑ suis operibus iudicatur. nõ solum ꝫm qd̄ sibi competit. sed secūduz qd̄ competit gubernatiõi vniuersi. vnde differtur p̄miatio vnius ꝑ vtilitate alioꝝ. vt patet ad Heb. xi. et pene vnius ad ꝑfectum alterius cedūt. Vnde necesse est q᷑ aliud sit iudicium vniuẽsale respondens ex aduerso p̄me rerum ꝓductioni in esse. vt videlicet sicut omnia ꝓcesserunt immediate a deo. ita tunc vltima cõpletio mundi detur vnoquoq₃ accipiẽti finaliter quod ei debetur ꝫm seipsum. Vnde et in illo iudicio apparebit maı̃feste diuina iusticiā quantum ad omnia que tūc ex hoc occultantur. q᷑ interdum de vno disponitur ad vtilitatẽ aliorum aliter q̄᷑ manifesta opera exigere videantur. Vnde etiam ⁊ tūc erit separatio vniuersalis bonorum a malis. quia vlterius nõ erit locus vt mali ꝑ bonos et boni per malos proficiant. propter quem ꝑfectum interim commixti inueniuntur boni malis quoad vsq₃ status huius vite per diuinam prouidentiam gubernatur.

¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad p̄maz respondetur. q᷑ deus non iudicat bis in idipsum ꝫm idem in illo iudicio. Pro quo notandum q᷑ q̄libet homo est singularis quedā persõna et est pars totius generis humani. Vnde et duplex iudicium sibi debetur. Vnum singulare quod d̄ eo fiet post mortẽ quādo recipiet iuxta ea que in corpore gessit. q̄uis non totaliter quia non quo ad corpus ꝫ quo ad animam tantum. Aliud iudiciuz debet esse de eo ꝫm quod est pars totius humani generis. sicut aliquis iudicari dicitur ꝫm hūanaz iusticiam. etiam quando iudiciuz dicitur esse communitatis cuius ipse est pars. Vnde et tunc quando fiet vniuersale iudicium toti⁹ humani generis per vniuersalez operationem bonorum a malis. et quilibet per consequens iudicabitur. nec tñ deus bis iudicabit in idipsum. quia non duas penas pro vno peccato infert.

sed pena que ante iudicium com
plete inflicta non fuerat· in vlti
mo iudicio complebitur· post q̄d
impij cruciabuntur quo ad corp⁹
et quo ad animam simul· ¶ Ad
secundam respondetur· q̄d est
falsum ꝙ sententia illius gene
ralis iudicij que est vniuersal' se
paratio bonoꝝ a malis p̄cedat il
lud iudicium· nec etiā quo ad p̄
ticularem sententiam vniuscuius
q̄ plene p̄cessit iudicij effectus·
quia et boni amplius post iudici
um p̄miabuntur· tum ex gl'a cor
poris adiūcta· tū ex nūero scōꝝ
cōpleto· et mali etiā ampli⁹ tor
quebuntur adiuncta pena corpo
ris· et completo in penis nume
ro damnatorum· quia quāto cum
pluribus ardebūt magis ardebūt
¶ Ad tertiam respondetur negā
do consequentiam Et rō est· q̄a
vniuersale iudicium vt dictū est
magis directe respicit vtilitatē
hominum q̄ꝫ singulos iudicando
rum· q̄uis cuilibet homini añ iu
dicium sit certa noticia de sua dā
natione vel p̄mio· non tamen om
nibus omnium damnatio vel pre
mium innotescit· vnde iudiciū ne
cessarium erit·

Ad secūdam questionē qua queritur· Vtrum omnes iudicandi in iu
dicio videbunt filium hominis· i·
christum in forma humana glo
riosa iudicantem· sic p̄ceditur· et
videtur ꝙ non· Primo sic· Xp̄s
in iudicio nō apparebit in forma
humanitatis gloriosa· Johannis
xix· Videbunt in quem transfi
xerunt· Glosa· Quia in ea carne
venturus est in qua crucifix⁹ est·
sed crucifixus est in forma infir
ma· ergo ī forma infirmitatis ap
parebit et non in forma gloriosa
¶ Secūdo sic. Dicitur Math· Vi
cesimoquarto· Apparebit signū
filij hominis in celo· id est signū
crucis· ergo cum crux sit signum
infirmitatis et non glorie. et per
consequens non videbitur ab om
nibus in forma gloriosa ¶ Ter
tio sic. Oculus non glorificat⁹ nō
poterit videri claritatem corpo
ris glorificati cum sit improporti
onatus· ergo cum multi· vtpote
mali· non habebunt oculos glo
rificatos nō poterunt videre chri
stum iudicantem in forma glori
osa. ¶ In oppositum est euange
lium nostrum in quo dicitur. Vi
debunt filium hominis venientē
in nube cum potestate magna et
maiestate· Maiestas autē et po
testas ad gloriam pertinent. g°
ī forma gloriosa apparebit· et ab
omnibus videbitur· ¶ Respōdeo
dicendum sub tribus conclusio
nibus· Prima est· ꝙ christus in
iudicio apparebit in forma huma
na· Ista conclusio patet ex illa
parte euangelij· vbi dicitur· Vi
debunt filium hominis venientē
ergo in forma humana ¶ Secun
do ratione sic· Eius ē iudicare cu
ius est legem condere· sed chri
stus in humana natura apparens
nobis legem euangelij dedit· er
go in eadem natura apparens iu
dicabit ¶ Tertio sic· Christus
secundum illam formā iudicabit

in qua iudicatus est. vt possit ab impijs videri. vt dicit glo. Joh. v. sed iudicatus est in se forma humanitatis. ergo i eadē iudicabit ¶ Secunda conclusio est. q̄ xp̄us in iudicio apparebit i forma humana gloriosa. Ista cōclusio patet. Primo sic. Ille qui iudicat debet eminere illis qui iudicant. sed electi qui iudicabuntur a xp̄o illi corpora gloriosa habebūt. ergo multo fortius iudex in forma gloriosa apparebit ¶ Secūdo sic. Sicut iudicari est infirmitatis. ita iudicare est auctoritatis et glorie sed in p̄mo aduentu quo christus venit ad hoc q̄ iudicaretur apparuit in forma infirmitatis. ergo i secundo aduentu in quo veniet vt iudicet apparebit in forma gloriosa. ¶ Tertia conclusio. Licet christus in iudicio in forma gloriosa ab omnibus vidend⁹ sit. visio tamen illa sicut bonis erit delectabilis. ita reprobis tristis et terribilis. Probatur cōclusio. Dicit enim Isido. q̄ apparebit christus terribilis reprobis. blādus bonis. Vnde sicut amicis gloria est delectabilis. ita gloria et potestas eius qui odio habetur est contristabilis. et ideo sicut visio glorie hūanitatis christi erit iustis in p̄mium et gaudium. ita inimicis christi erit in supplicium.

¶ Nunc ad rationes in oppositū ¶ Ad p̄mam respondetur negando consequentiam. quia licet in eadem carne in qua crucifix⁹ est apparebit. nō tamen similit̄ se habente. quia p̄mo fuit passibilis. s3 in iudicio apparebit in forma gloriosa sicut erit ¶ Ad secūdam respondetur pariter negando consequentiam Et ratio est. quia licet signum crucis apparebit in iudicio. non tamen ad iudicium. tunc existentis infirmitatis sed potestatis. vt per hoc iustior appareat condemnatio eorum qui tātam misericordiā neglexerunt ¶ Ad tertiam respondetur negando cōsequentiam Et ratio est. q2 corpus gloriosum habet in potestate sua vt se demonstraret vel non demonstraret oculo non glorioso. ideo in forma gloriosa christus ab omnibus poterit videri.

Ad tertiam questionē q̄ queritur. Vtrum signa que ponūtur hic in euangelio precedere debeant iudiciū. sic p̄ceditur. et videtur q̄ non. ¶ Primo sic. Dicit Apostol⁹. i. ad Thessal. v. Cum enim dixerint pax et securitas. repentin⁹ eis superueniet interitus. sed non esset pax et securitas si homines p̄e signa precedentia terrerentur. ergo signa illa que sunt ad terrorē non precedent iudicium ¶ Secundo. Signa ad manifestationē alicuius ordināt. sed aduent⁹ xp̄i ad iudicium debet esse occultus. Vn̄. i. Thessal. v. dicitur. Dies domini sicut fur in nocte veniet. ergo signa non debent ipsum precedere. Tertio sic. Tempus primi aduentus fuit precognitum a prophetis. quod non est de secūdo aduentu. sed primum aduentū christi non precesserunt aliqua

signa. ergo nec secundum precedet. ¶ Quarto sic. Corpora celestia inalterabilia sunt. ergo non obscurabuntur ¶ Quinto sic. Cum stelle secundum substantiam et fixionem sint perpetue et immutabiles non videtur quod de celo debeant cadere. ¶ Sexto. Angeli sunt beati. beatitudo vero excludit omnem miseriam et mutabilitatem, videtur quod virtutes celorum que dicuntur angeli nullo modo possunt dici timore affici vel moveri ¶ In oppositum est euangelium presens ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. quod signa que describuntur in hoc euangelio precedent futurum iudicium. Ista conclusio sic declaratur ex dictis in superiori questione. Dictum est enim quod xps ad iudicandum veniens in forma gloriosa apparebit propter auctoritatem que iudici debetur. ad dignitatem autem iudiciarie potestatis pertinet habere aliqua iudicia que ad reuerentiam et subiectionem inducant. et ideo aduentus christi ad iudicium venientis multa signa precedent. vt corda hominum in subiectionem venturi iudicis adducantur. et ad iudicium preparentur. et inter alia hec que in euangelio describuntur. ¶ Ad rationes in contrarium. Ad primam respondetur quod secundum quod dicit Augustinus in li. ad Elicium. Circa finem mundi erit vniuersalis persecutio malorum contra bonos. Vnde sicut aliqui timebunt. scilicet boni. et aliqui securi erunt. scilicet mali. Quod ergo dicitur. Cum enim dixerint pax et securitas etc. Ad malos referendum est. qui signa futuri iudicii paruipendent. Ad bonos vero pertinet quod hic in euangelio dicitur. Arescentibus hominibus pre timore etc. ¶ Ad secundam respondetur quod dies domini dicitur sicut fur venire in nocte. non quod dominus ad iudicium sit venturus de nocte. immo veniet de die in luce clarissima sicut ascendit. sed quia ignoratur tempus determinatum quod per signa illa cognosci non poterit. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia non est simile de primo aduentu et secundo. In primo enim aduentu christus venit occultus quamuis determinatum tempus esset prius precognitum a prophetis. et ideo non oportebat huiusmodi signa in primo aduentu apparere sicut apparebunt in secundo aduentu. in quo manifestus veniet quamuis determinatum tempus sit occultum ¶ Ad quartam respondetur. quod corpora celestia non obscurabuntur per priuationem proprii luminis cum sit eis naturale. corpora autem celestia manebunt in sua natura integra. sed ista obscuritas erit respectu nostri per interpositionem alicuius corporis opaci. quemadmodum fit in eclipsi. Luna vero dicitur non datura lumen suum. Mathei Vicesimoquarto. quod potest dupliciter intelligi. Vno modo quia erit interposita inter terram et solem. et pars lune que est versus terram obscurabitur.

cum nō habeat lumen nisi a sole. Alio modo per interpositionem nubium obscurantium. Ad quitam de stellis. ꝙ stelle nō cadēt de celo ꝙ̄tum ad eoꝝ substantiā cum sint incorruptibiles. sed ſm apparentiam. quia vere stelle absconduntur nubium densitate. et de nubibus versus terram descēdent exhalationes ignite que dicuntur stelle cadentes. Vel vt dicit Albertus magnꝰ. ꝙ stelle dicuntur cadere non quantū ad substantiam suam. sed ꝙ̄tum ad casum sue virtutis quā habent mō.

Ad sextam respondetur ꝙ virtutes celoꝝ dicuntur moueri q̄a tunc multa terribilia facient ab terrorem hominum. Hec autem motio in nullo contradicit statui beatitudinis angeloꝝ. vt ptz. et ita ratio in nullo ꝓcedit.

Ad questionem quartam qua queritur. Vtrum tēpus futuri iudicij pōt determinate sciri ab aliquo homine. sic ꝓceditur. et videtur ꝙ sic. ¶ Primo sic. Sicut em̄ sancti patres expectabant p̄mū aduentū. ita nos secūdum expectamus. ſꝫ sancti patres sciuerunt tempus aduentus p̄mi. sicut p numeꝝ ebdomadarum que describunt̄ Danielis. ix. ergo videtur ꝙ et nob est possibile scire tempus secūdi aduentus determinatum ¶ Secūdo sic. Per signa deuenimus ī cognitionem signatoꝝ. sed de iudicio multa signa ī hoc euangelio nobis describuntur. ergo in cognitionem illius tempis possumꝰ deuenire ¶ Tertio sic. Scdꝫ Augustinū in fine de ciuitate dei. sexta etas currit ab aduentu christi vsqꝫ ad finem mundi. sed scitur quātum p̄cedentes etates durauerīt. ergo sciri pōt quantum ista etas durare debeat per comparationem ad alias ¶ Quarto sic. Magnum et puum. diuturnum ꝛ breue relatiue dicuntur de vno p cōparationem ad aliud. sed tempꝰ illud quod est ab aduentu christi vsqꝫ ad finem mundi dicitur esse breue. vt patet. i. Coꝝ. vij. Tēpus breue est Et in eadē. x. nos sumus in quos fines seculoꝝ deuenerunt. Et. i. Johan. ij. Nouissima hora est. ergo hoc dicit̄ pē comparationem ad tempus p̄cedens. ergo saltem hoc videtur sciri posse. ꝙ multo breuius est tēpus ab aduentu christi vsqꝫ ad finem mundi ꝙ̄ a p̄ncipio mūdi vsqꝫ ad christum. ¶ In oppositū est illud Mathei. xxiiij. De die illa et hora nemo scit nec angeli celoꝝ ¶ Secūdo sic. Si deberet aliquibus reuelari. p̄cipue reuelatū fuisset querentibus apostolis qui doctores totius mundi instituebantur. sed eis de finali aduentu domini querentibus responsum est. Actu. pº. Non est vestꝝ nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate. ergo multominus est alijs reuelatum ¶ Respondeo dicenduꝫ sub ista cōclusione ꝙ tempus determinatū futuri iudicij nō pōt cognosci ab aliqͦ puro homine. a solo em̄ deo

et ab homine christo cognosciẽ Probatur enim ista conclusio iuxta sanctum thomam in questionibus de potentia dei. qz duplex est modus quo possumus cognoscere futura. scz per cognitionem naturalem et per reuelationẽ. naturali quidem cognitione cognosci nõ potest determiate finis mũdi. quia eius nõ est alia cã nisi voluntas diuina quam quidem causam naturali cognitione cognoscere non possumus. Per reuelationem vero licet sciri posset si deus vellet reuelare. non tamen cõgruum esset ꝙ reuelaret nisi homini christo. et hoc qz finis mũdi non erit nisi completo numero electoꝝ. cuius completio est quedam executio totius diuine p̄destinationis. Vnde non competit reuelationem fieri de fine mũdi nisi ei cui fit reuelatio de tota p̄destinatione diuina. scz homini xp̄o. per quem tota diuina p̄destinatio totius humani generis q̄dammodo impletur. Vnde dicitur Johan. v. Pater eñ diligit filium et omnia demostrat ei que ipse facit. ¶ Ad rationes ĩ oppositum. ¶ Ad p̄mam respondetur negando consequentiam Et ratõ est. quia non ẽ simile de p̄mo aduentu et secũdo. quia p̄mus aduẽtus xp̄i nobis parabat viã ad merendum per fidem et alias v̄tutes. et ideo ex p̄te nostra requirebatur p̄mi aduentus noticia. vt credendo in euz qui ventur⁹ erat et per eius gratiam mereri possemus. In secũdo autem aduentu p̄mia reddentur p̄ iustis. et sic ex parte nostra non requiritur quid agamus aut quid cognoscamus sed quid recipiamus. Vnde non oportet p̄cognoscere determinate tempus illius aduentus. ¶ Ad secũdam respondetur negãdo cõsequentiam Et ratio est. quia illa signa posita sunt ad manifestã dum ꝙ quandoqz mundus finietur. non autem ad manifestandũ determinatum tempus quãdo finietur. Ponuntur autem inter illa aliqua signa que quasi a mundi exordio fuerũt. sicut ꝙ surget gens contra gentem. et ꝙ terremotus erunt per loca. sed instante mundi fine hec habundanti⁹ euenient. Que autem sit illa mensura horum signoruz que ante finem mũdi erit manifestuz nobis esse non potest. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia sicut augustinus dicit li. lxxxviij. questione. vlti. Etas mundi comparatur vltime etati hominis. que determinato numero annorum non diffinitur. sicut alie etates diffiniuntur. sed quandoqz tantum durat quantum omnes alie vel etiã amplius. Vnde etiã ista vltima etas mundi nõ potest determinato numero annorum generationẽ diffinire. ¶ Ad quartam respnodetur negando consequentiã Et ratio est. quia ex hoc ꝙ dicitur. nouissima hora. vel ex similibus locutionibus que in scriptura dicũtur. non videtur aliqua determinata quantitas temporis sciri.

Non enim illa sunt dicta ad significandum breuem horam ipsius temporis. sed ad significandum statum mundi qui est quasi nouissima etas que quanto tempore duret non est diffinitum. non enim lex euangelice alius status succedet. que ad perfectum adducat. sicut ipsa succedit legi veteri. et lex vetus legi nature.

In dominica tertia est euangelium. Cum audisset Johannes in vinculis opera christi. Mathei. xi. Circa quod occurrunt sequentes questiones disputande.

Primo. Utrum beatus Johannes baptista dubitauerit an christus esset qui mittendus erat saluator mundi.

Secundo. Utrum christus conuenienter respondit ad questionem iohannis. Cum ait. Dicite. Johanni. Ceci vident etc. Tertio. Utrum beatus Johannes fuerit plus quam propheta.

Ad primam sic proceditur quod queritur. Utrum beatus iohannes dubitauerit an christus mittendus erat saluator mundi. sic proceditur Et videtur quod sic. ¶ Primo. Quia questio est dubitabilis propositio. Ipse autem quesiuit utrum ipse christus esset qui venturus erat saluator mundi. ergo videtur dubitasse. ¶ Secundo. Dicit sic Greg. in omelia quod beatus iohannes petiuit an sicut pro hominibus nasci dignatus est. an etiam pro hominibus mori et ad inferos descendere dignaretur. ergo videtur quod dubitauerit. ¶ In oppositum est. quod ipse testimonium de eo perhibuit quod esset agnus dei qui peccata mundi tolleret. Joh. primo. ergo non dubitauit. Respondeo dicendum quod circa hanc questionem fuerunt varii modi dicendi. Beatus Gregorius dixit quod beatus Johannes non dubitauit utrum christus esset saluator mundi. sed dubitauit utrum sicut natus erat in humanitate nostra. ita etiam moreretur pro salute humana. sed hec responsio non videtur conueniens. quia Johannes non fuit minus illuminatus quam prophete veteris testamenti. prophete autem cognouerunt christum non tantum nasciturum in carne propter nos. sed etiam moriturum vt habetur Ysaie. liii. Tamquam ouis ad occisionem ductus est. ergo multo fortius Johannes qui fuit plus quam propheta cognouit. Item Johannes de christo predixerat sicut dictum est. Ecce agnus dei Joh. i. quod non dixisset vt videtur. nisi vidisset eum immolandum pro salute mundi. Alii vt Ambrosius dicunt. quod triplex est dubitatio. Una infidelitatis. que fuit in iudeis. Alia tarditatis. que fuit in discipulis. Alia est pietatis. que fuit in iohanne baptista vt Ambrosius videtur dicere. quod beatus Johannes non fecit illam questionem christo. Tu es qui venturus es. dubietate. sed quadam pietate. modo quo dixerat. Petrus quando audiuit christum iturum iherusalem et passurum et moriturum ibi. Absit a te domine vt hoc fiat. Sciebat enim Johannes christum moriturum pro humano genere

et ad infernum descensurum. sed compatiēdo morti eius. quesiuit per modum dubitantis. sed hoc non exprimitur in verbis iohānis. et ideo tertij dicūt vt Augusti. et Chris. cū quib9 tenendū ē. q Johannes non dubitauerit de p̄dictis. quia certitudinalit cognouit. sed discipuli eius qui nō erāt sic illuminati dubitauerunt. et iō Johannes per discipulos suos q̄stionem ꝓposuit. nō ꝓpter sui dubitationem. sed discipulorum hesitationē. quasi diceret. Sepe vos ammonui et non credidistis mihi q ipse essem. Ecce mitto duos ex vobis et dicite. Tu es qui venturus es etc. vt per vosipsos certificati magis acquiescatis. ego em̄ non sum xp̄us. sed ipse qui spiritum non accepit ad mensuram. et hoc de ista questione. Ex dictis patet responsio ad obiecta. Ad p̄mum dicitur q non erat dubitatio Johannis sed discipulorum. Ad secūdum respondetur q expositio Gregorij non recipitur in hac parte.

Ad secūdam questionē q̄ queritur. Utrum christ9 conuenienter respondit questioni Johannis. Et videtur q non. ¶ Primo sic. In p̄mo aduentu venturus erat in infirmitate. s̄m illud Ysa. liij. Tanq̄ virum dolorum et scientem infirmitatem. sed opera miraculorum magis pertinent ad virtutem et maiestatē q̄ ad infirmitatem. ergo nō conuenienter respondit se esse q̄ venturus erat in carnem per operationem miraculorum. ¶ Secundo sic. Miracula que xp̄s fecit ab alijs facta sunt. ergo per talia nō conuenienter respōdebat q ipse erat qui venturus esset ad saluandū mundū. ¶ In oppositum est euangelium p̄sens. et illud Johan. v. Opera que mihi dedit pater vt faciam. ipsa testimoniū p̄hibent de me. ¶ Respondeo dicendum q xp̄us conuenienter respōdit. Respondit enim non per verba. sed p̄ facta faciens in cōspectu discipulorum Johānis miracula multa manifeste declarantia q ipse esset christus. hoc est qd dicitur. Renunciate Johanni q̄ audistis in doctrinis et vidistis in miraculis. Ceci vident ad p̄ceptum meum qd solius dei est. ¶ Ad rationes in oppositum dicendū. Ad p̄mam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia licet filius dei venturus erat in p̄mo aduentu infirmitate carnis. venturus tamen erat in virtute dei. qd manifestandū erat per miracula Unde Ysa. xxxv. ait ꝓpheta. Deus ipse veniet et saluabit nos. tūc aperientur oculi cecorum. et aures surdorum patebunt. tūc saliet sicut ceruus claudus etc. ¶ Ad secun. respondetur negando assumptū Dicimus enim q a nullo sanctorum facta fuerunt miracula propria virtute sicut a xp̄o facta sūt Unde manifestū argumentum fuit sue diuinitatis et q ipse erat qui venturus erat saluator mūdi.

Ad tertiam questionem q̄ queritur. Utrū Johan-

nes fuit plus q̄ ꝓpheta. ꝓcedit
sic. Beatus Johannes nō fuit ꝓ
pheta vt ipe dicit de seipso Joh.
p°. ergo non fuit plus q̄ ꝓphe-
ta. ¶ Secūdo sic. Math. xi. dicitur
Lex et ꝓphete vsq3 ad Johem.
ergo videt q Johannes nō fue
rit ꝓpheta. ¶ Tertio. Propheta
dicitur qui ꝓcul in futur fat. sed
beatus Johannes nō ꝓphetauit
ꝓcul de xp̄o in futur sed p̄sentez
digito ostēdit. ergo videt q nō
potest dici ꝓpheta. ¶ In oppositū
est p̄sens euangelium. ¶ Respon-
deo dicendum sub ista conclusio-
ne. q beatus Johannes fuit pro
pheta et plus q̄ ꝓpha. patz cō-
clusio. Primo testimonio christi.
¶ Secūdo sic. Qd fuerit ꝓpheta
dicitur Luce p°. Tu puer ꝓphe-
ta altissimi vocaberis. qd vero fu
erit plus q̄ ꝓpheta. patet p̄mo.
q2 ꝓphete ē futura p̄dicere. iste
autem non solum futura sed etiā
p̄sentia ōndit dicens. Ecce agn⁹
dei rc. Hec ratio tangit in hym-
no cū dr. Ceteri tantum cecinere
vatū corde p̄sago iubar affutur
Tu quidem mūdi scelus auferen
tem iudice ꝓdis. ¶ Secundo. q2
ante vsum vite motum ostendit
ꝓphete. luce p°. Vt facta ē vox
salutationis tue in auribus meis
exultauit in gaudio īfans in vte
ro meo. Tertio. quia non solum
ꝓpheta sed baptista xp̄i fuit.
Quarto. quia sup hoc q ꝓphe-
ta fuit. fuit etiam p̄cursor christi
Luce p°. Peribis enim ante fa-
ciem domini parare vias eius.
Quinto sic. quia sicut xp̄us pro-
phetizatus est ab eo et ab alijs
ꝓphetis. ita beatus Johānes ab
alijs ꝓphetis nunciatus est. Vn-
de saluator ipse volens ostende-
re qualiter Johannes pl⁹ q̄ ꝓ-
pheta fuisset. statim subdit. hic
est de quo scriptū est. scz Mala-
chie. iij. Ecce mitto angelū meū
ante faciem tuam. sunt verba pa
tris ad filiū. ¶ Ad rationes in op
positū. ¶ Ad p̄maz respondetur ne-
gando antecedens. ad ꝓbationez
dicimus q Johannes non nega-
uit se esse ꝓphetaz absolute. nec
ꝓphetam missum ante xp̄m. sed
negauit se esse illuz ꝓphetā de q°
loquitur scriptura Deutro. xviij.
Prophetam suscitabit vobis de⁹
de fratribus vestris ipsum audi-
etis rc. que quidem auctoritas
s̄m veritatem intelligenda ē ad
litteram de christo. licet iudei vt
dicit magister Nicolaus de lyra
intelligāt de alio ꝓpheta. ¶ Ad
secūdam respondetur negādo cō
sequentiaz et ad auctoritatē ma-
thei. xi. respondetur q p illd vē-
bum non est itelligendū q post
se non fuerint alij ꝓphete cū de⁹
dicat math. xxiij. Ecce mitto ad
vos ꝓphetas et scribas rc. Itez
Luce. ij. Anna ꝓphetizauit. s3 io
dicitur lex et ꝓphete vsq3 ad io-
hannem. quia in lege et ꝓphetis
veritas de xp̄o erat sub figuris r
enigmatibus tradita. sed a iohe
est manifeste ostensa dicente. ec
ce agnus dei rc. ¶ Ad tertiaz re
spondetur iuxta Albertum q ꝓ-
pheta capit dupliciter. Vno mō
stricte et ꝓpe. s. qui ꝓcul in futu-

rum fatur de verbo et sacramentis. et hoc accipitur p diuinaz inspirationem. Alio mō dicit̃ propheta large. scʒ habens diuinaz inspirationem de verbo et sacramentis eius. et hoc mō beat⁹ iohannes fuit ꝓpheta et non p̄mo modo.

In Dominica quarta legitur euangeliū In illo tempore. Miserūt iudei a iherosolimis. Joh. p°. Circa quod p̄nt disputari sequentes questiones. Prima est. Vtrum beatus Johānes bene respondit ad interrogationeʒ sacerdotū et leuitaꝝ querentium Tu quis es. Secūda est. Vtrū fuerit conueniens Johannē baptizare. Tertia est. Vtrū cōueniens fuit vt xp̄s inter homies cōuersaretur.

Ad p̄mam questionem in qua queritur. Vtrū Johannes bene respondit ad interrogationem sibi factam per sacerdotes et leuitas. Tu q̄s es. Et videtur ꝙ non. ¶ Primo in hoc ꝙ respondit. Non sum ego xp̄us cū de hoc n̄ videat̃ fuisse interrogatus. ¶ Secūdo videt̃ male respōdisse. cū dixit se non esse Heliam cū Math. xi. Xp̄s dicat de eo ipse est helias. ¶ Tertio videtur male respondisse cū interrogatus si esset ꝓpheta respōdit se non esse ꝓphetam. ¶ Quarto videtur male respondisse cū intẽrogatus dicat se esse vocem clamantis in deserto. ¶ In oppositū est. quia Johannes cū essʒ repletus spūsancto ex vtero mr̄is sue. et p consequēs illuminatus a deo cōgruum fuit vt non responderet nisi bene. ¶ Ad rationes in oppositum Ad p̄mam dr̄. ꝙ licet expsse non fuerat interrogatus an esset xp̄us. ista tamen erat intentō illoꝝ querendi et sciendi. an esset xp̄us. Cū em̄ tp̄e quo viuebat iohannes esset famosa opinio. et maxime in iherusalem vbi vigebat studiū legis et ꝓphetaꝝ. ꝙ tempus aduentus messie essʒ de proximo. et messiam de proximo expectabant. Preterea videbant Johannis baptiste mirabilē natiuitatem et eius excellentem sāctitatem. ideo erant moti ad opinandū ipsum esse xp̄m. propt̃ q̄d miserunt solēniores nūcios ad iohannem. volentes super hoc scire voluntatem eius. et ita rn̄ē beatus Johannes dicens se non esse xp̄m respondit intentioni eoꝝ. Hoc em̄ querebant. Tu q̄s es. vt responderet eis si esset xp̄s vl' nō ¶ Ad secūdam dicitur ꝙ optime respondit negando se esse Heliā. quia ita erat i veritate ꝙ n̄ erat Helias in p̄sona. xp̄us autem dixit eum Heliam non in p̄sona. sed in spiritu et virtute. quia scʒ similitudinem Helie in suis operibus demonstrabat. Et hoc specialit̃ in tribus. Primo in officio. qꝛ sic Helias p̄m dn̄i aduentū p̄uenit et ita Johannes p̄cessit p̄mū. Vn̄ angelus dixit. Ipse p̄cedet an̄ illum. Secūdo in austeritate vite quia Helias in deserto morabat̃ parce vtebatur cibo. et duris ve

stibus operiebatur. vt dicitur. iiij. Regū. xvij. Ita Johannes in deserto esca eius erant locuste et mel silvestre. et zona ei⁹ de capillis camelorum. Tertio quantū ad zelū quia Helias maximi zeli fuit. Vñ dicebat. iij. Regū. xix. Zelo zelat⁹ sum sic et Johes zelo veritatis mortuus est. ¶ Ad tertiam respondetur quod bene rñdet negando se esse prophetam. Negauit quidē se eē prophetam. nō absolute sed illū excellentissimū de quo ipsi querebāt. et de quo scriptura loquitur. Deutro. xviij. Suscitabit vobis dñs prophetam de fratribus vestris etc. que scriptura ad lrām ē intelligenda de xp̄o. Vel negauit se esse prophetam quia non fuit propheta simpliciter siue tm̄. sed plus quam propheta. alij namque prophete sola futura p̄dicabāt et a remotis. Johes vero xp̄z p̄ntem nūciauit digito ondens. d. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mūdi. ¶ Ad q̄rtam rñdetur. quod etiam bene respōdit dicēs quod esset vox clamantis in deserto etc. Beatus em̄ Johannes cū esset deuotissim⁹ adiplens qđ apostolus dicit ad Gal. ij. scz. Viuo ego iam. non ego sed viuit i me xp̄us. Non rñdit ego sum fili⁹ zacharie vel talis et talis. sed illud in quo xp̄m sequebat. vñ dixit ego vox clamantis in deserto etc. Dicit autem se vocem esse quia vox origine posterior ē verbo. sed noticia prior. Nam verbū in corde conceptū p vocem platū cognoscimus cū sit signum eius. De⁹ aūt pater p̄cursorem misit iohannem in tempore factum. vt verbū suum ab eterno conceptū annunciaret Et idō congrue dicit iohes. Ego vox clamātis in deserto scz iudee dirigite viam dñi. id est ego sum ille de quo scriptura sancta loquitur. Ysa. xl. Ego vox clamātis in deserto. vt homines se ad aduentū xp̄i in mundū p̄parent. Et sic patet quod iohannes in omnibus bene respondit ad interrogationem sibi factam. Tu quis es.

Ad secūdam questionem qua queritur. Vtrū fuit cōueniens Johannē baptizare sic proceditur Et videtur quod nō ¶ Primo sic. Omnis em̄ ritus sacrāmentalis ad aliquam ptinet legē sed Johes non introduxit nouam legem. ergo inconueniens fuit quod iohannes nouū ritum baptizandi introduceret. ¶ Secūdo sic. Johannes fuit missus a deo in testimoniū tanquam propheta. scdm illud luce p°. Tu puer propheta altissimi vocaberis. sed prophete qui fuerūt añ xp̄m non introduxerūt nouū ritum sed ad obseruantiam legaliū inducebant. vt patet Malach. vlti. Mementote moysi serui mei. ergo nec Johannes nouū ritū baptizādi inducere debuit ¶ Tertio sic. Vbi est alicuius rei superfluitas non est ad illud aliud addendum sed iudei excedebant in superfluitate baptismatū. vt dr. Marci. vij. quod pharisei et om̄es iudei nisi crebro lauent manus nō manducāt et in foro nisi baptizentur nō cōmedunt et alia multa que tradita sūt illis seruare. vt baptisma calicū.

ergo incōueniens fuit q̄ iohes baptizaret. ¶ Quarto sic. Baptismus iohis nō videt̄ esse a deo. ergo incōueniens fuit iohem talez ritū introducere. cōsequētia patz añcedens ꝓbat̄ sic. Nihil em̄ sacramētale qd̄ ē a deo denoïat̄ ab hoie puro. Vñ baptism⁹ noue legis n̄ dr̄ petri aut pauli. ꝫ baptism⁹ denoiat̄ a iohe. dr̄ em̄ baptismus iohis ergo non ē institut⁹ a deo. ¶ Quinto sic. Alia sacra non habuert̄ assuefactoria. ergo nec baptismus xp̄i debuit hr̄e baptismū iohannis vt assuefaceret homines ad baptismū xp̄i. ¶ In oppositū ē euangeliū pn̄s et math. iij. vbi p̄missa sanctitate iohānis subdit̄ q̄ exibāt ad eū multi ⁊ baptizabant̄ in iordane. ¶ Rn̄deo dicendū sub ista cōclusione q̄ conueniēs fuit iohem baptizare. que cōueniētia colligit̄ ex q̄tuor. Primo qr oportebat xp̄m baptizari a iohanne vt baptismū cōsecraret vt dicit Aug⁹. sup Johem. Secūdo vt xp̄us manifestaret̄. Vñ Johannes baptista dicit Johannis p°. Vt manifestet̄. s. xp̄s in israel. ꝓpterea veni ego in aq̄ baptizans. Cōcurrentibus em̄ turb annūciabat xp̄m. qd̄ q̄dez facili⁹ sic factū ē q̄ si p singulos discurrisset. vt Chris. dicit sup Johan. Tn̄ em̄ officiū Johis p̄dicādo et baptizando ordinabat̄ ad maifestationē xp̄i. Tertio vt suo baptismo assuefaceret hoies ad baptismū xp̄i. Vñ Greg. dic̄ in q̄dam Omelia q̄ ideo baptizauit iohānes vt p̄cessionis sue ordinē seruans qui nascituꝝ dn̄m nascendo p̄uenerat. baptizando q̄ꝫ baptizatuꝝ p̄ueniret. Quarto vt ad peñtentiā hoies īducēs p̄pararet ad digne suscipiēdū bap̄m xp̄i. Vñ Bed. dic̄ q̄ q̄tū catecumis nōdū baptizatis ꝓdest doctrina fidei. tm̄ ꝓfuit baptismus iohis añ baptismū xp̄i. qr sic ille p̄dicabat penitentiā. et baptismū xp̄i ꝓnūciabat. et in coḡtionē vitatis q̄ mūdo apparuit attrahebat. sic ministri ecclesie q̄ p̄mo erudiūt p⁹ea peccata eoꝝ redarguunt. deinde baptismo xp̄i remissioꝫ ꝓmittūt. ¶ Ad rōes in oppositū Ad p̄mā rn̄det̄ negādo ōnam Et rō ē. q̄a baptismus iohis nō erat p se sacmentū sed q̄si q̄dam sacramētale dispones ad baptismū xp̄i. ⁊ iō aliq̄liter ptinebat ad legē xp̄i. nō aūt ad legē moysi. ¶ Ad secūdaz rn̄detur negādo ōnaꝫ Et rō ē. q̄a Johannes nō solū fuit ꝓpheta ꝫ plus q̄ ꝓpha. vt dr̄ Math. xi. fuit em̄ termin⁹ legis et initiū euāgelij. et iō magis ptinebat ad eū verbo et ope īducere hoies ad legē xp̄i q̄ ad obseruantiā veteris legis. ¶ Ad tertiam rn̄det̄ negando ōnam Et rō ē. qr baptismata illa phariseoꝝ erant in aq̄. vt poste ad solā mūdiciā carnis ordiata sed baptismus iohannis ordiabatur ad mūdiciā sp̄ualē. inducebat em̄ hoies ad p̄niam. vt dictū est ¶ Ad q̄rtam rn̄detur negando assumptū. Naz dr̄ Joh. p°. Qui me misit baptizare in aquis ille dixit mihi ⁊c̄. Et ita baptismus iohannis fuit institutus p̄cepto diuino Vnde ritus ille baptizandi n̄ fuit

ab hoib⁹ sed a deo qui familiari spūssancti reuelatione iohannem ad baptizandū misit. et ita iohēs pmus minister fuit institutionis. et deus actor pncipalis. ꝙ autē denoiet a beato iohāne ē ꝓpt tria vt dicit sanctus tho. in. iiij. Tum pmo. qꝛ ipe fuit baptismi institutor aliq̊ mō. Petrus autem nullo mō baptismi quo ipe baptizabat Tū secundo. qꝛ nihil in illo baptismo efficiebat ꝙ iohēs nō faceret. Tū tertio. qꝛ sibi soli erat datū illi⁹ baptismi ministerium. ¶Ad quintā rūdet negādo ōnaꝫ. quia vt dicit dñs Bonauētura nō est sil'e de baptismo xpi et de alijs sacramētis. qꝛ cū baptismus ē pmū et necessariū congrue habuit pambulū. qꝛ em̄ ē necessariū oportebat oīs suscipe qꝛ pmū ne homines inhabiles essent et impparati oportet ꝙ pcederet aliqd simile. non ē sic de alijs sacramentis. Baptismus em̄ susceptus disponit ad cetera alia et iō nō indiguit alia assuefactiōe immo assuefactio baptismi alia assuefecit

Ad tertiam questionē in qua querit. qꝛ dr in euangelio de xpo medius vestrum stetit. id est conuersatus ē Vtrū conueniens fuit vt xpus inter hoīes cōuersaret vel vitā solitariam ageret. sic pcedit. et videtur ꝙ non fuit cōueniēs cū inter hoīes cōuersari ¶Primo sic. Oportebat ꝙ xpus sua cōuersione non solū se hoīem ostenderet sed etiam deū. Sed deū nō cōuenit cū hoibus cōuersari. Dicitur em̄ Danielis. ij. Exceptis dijs quorum nō est cū hoibus cōuersatio. Et ꝑhus dicit pmo pollitic. ꝙ ille q̄ solitarie viuit. aut est bestia si ꝓpter seuitiam hoc faciat. aut est deus si hoc faciat ꝓpter contemplandam veritatē. ergo videt ꝙ non fuit cōueniens xpm inter homines conuersari. ¶Secūdo sic. Xps dū in carne mortali vixit debuit pfectissimam vitā ducere. pfectissima aūt vita ē cōtemplatiua. ad vitam autem contemplatiuam maxime competit solitudo fm illud Osee. ij. Ducam eaꝫ in solitudinē et loquar ad cor eius. ergo videtur ꝙ xpus debuit solitariam vitam ducere ¶Tertō sic Cōuersatō xpi debuit esse vniformis quia semp debuit in eo apparere qd optimū est. sed qñqꝫ xps solituriā vitam querebat turbas declinans. Vñ Remigius dic sup Matheū. ꝙ xps tria refugia legitur habuisse. nauim. montem et desertū. ad quoꝝ alterꝝ quotienscūqꝫ a turbis cōprimebat cōdescendebat. g° semp debuit solitariam vitam ducere ¶In opositū est euangeliū pñs vbi dicitur. Medius vestrū stetit. id est inter vos cōuersatus est. et vitā cōmunē nobiscū ducens ¶Respondeo dicendū sub ista cōclusione. Conuenientissimū fuit xpm conuersari inter homines. patet conclusio. pmo ex illo Baruth. iij. post hec in terris visus est et cū hominib⁹ cōuersatus est. Rōne sic ꝓbatur. Cōuersatio xpi talis debuit esse vt cōueniret fm cōuersationis fm quem venit in mundum Venit aūt in mundū. Primo q̄

dem ad manifestandū veritatem
sicut ipse dicit Joh. xviij. In hoc
natus sum et ad hoc veni in mū-
dū vt testimoniū phibeam verita
ti. et ideo nō debebat se occultare
vitam solitariam agens. ʒ i pub-
licū pcedere publice pdicando.
Vn̄ Luce. iiij. dicit illis qui vole
bant eū detinere. quia et alijs ci-
uitatibus oportet me euangeliza
re regnū dei. q2 ideo missus sum.
Secūdo venit ad hoc vt homies
a pctō liberaret. ʒm illud. i. Thi
moth. p°. Xp̄us ihesus venit in
hūc mūdū peccatores saluos fa-
cere. et ideo vt Chris. dicit Licet
in eodē loco manendo possʒ xp̄us
homines ad se trahere. vt ei9 p-
dicationem audirent. non tn̄ hoc
fecit pbens nobis exemplū vt p
ambulemus et requiram9 peun-
tes sicut pastor ouez pditā ⁊ me-
dicus accedit infirmū. Tertio ve
nit vt p ipm habeamus accessuʒ
ad deū. vt dicit ad Rom. v. et ita
familiariter cū hominibus cōuē
sando cōueniens fuit. vt omnibus
fiduciam daret ad se accedendi.
Vn̄ dictum est Mathei. ix. Fa-
ctum est discumbente eo i domo
Ecce multi publicani et pctōres
venientes discumbebant cū Ihe
su et discipulis eius ¶ Ad ratio-
nes in oppositū ¶ Ad pimam respō
detur negando consequentiaʒ Et
ratio est. quia xp̄us per humani
tateʒ voluit manifestare diuinita-
tem ⁊ ideo conuersando cu homi
nibus qd est ppium ho is mani-
festauit omnibus diuinitateʒ su-
am. pdicando et miracula facien
do et innocenter et iuste intē ho
mines conuersando ¶ Ad secun-
dam respondetur negando conse
quentiam Et ratio est. quia licet
vita contemplatiua simplicitē sit
melior q̄ actiua que occupatur
circa actus corpales. actiua tam̄
ʒm quā aliquis pdicando et do-
cendo contemplata alijs tradit ē
pfectior q̄ vita que solū contem
platur quia talis vita psupponit
habūdantiam contemplationis
et ideo xp̄us talem vitam elegit
¶ Ad tertiam respondetur negā
do assumptum Et ratio est. qa
actio xp̄i fuit nostra instructio. ⁊
ideo vt daret exemplum pdicato
ribus q̄ non semp se darent i pu
licū. ideo qn̄q3 se dn̄s a turbis re-
traxit. qd quidem legitur fecisse
ppter tria. Qn̄q3 quideʒ ppt cor
poralem quietem. Vnde Marci
vi. dicitur. q̄ dn̄s dixit discipulis.
Venite seorsum in desertū locuʒ
et requiescite pusillum. Erāt eni
qui veniebant et redibant multi
et nec spaciū manducandi habe-
bant. Qn̄q3 vero causa orationis
vt dicitur Luce. vi. Factū est in il
lis diebus. Exijt in montem ora-
re et erat pnoctans in orōne. vbi
dicit Ambro. q̄ ad pcepta vtu-
tis sue nos informat exemplo.
Qn̄q3 vero vt doceat fauorē hu
manam vitare. Vn̄ sup illud Ma
thei. v. Videns ihesus turbas as-
cendit in montem. dicit Chris. p
hoc q̄ non in ciuitate et foro sed
in monte et solitudine sedit. eru-
diuit nos nihil ad ostētationē fa
cere. ⁊ a tumultibus abscedere ⁊

maxime cū de necessarijs disputare oporteat. et tantum de ista conclusione.

Feria quarta quatuor temporum est illud euangelium Luce p°. Missus est angelus rc. Circa quod questiones disputandas quere in festo Annunciaonis Marie.

Feria sexta euangelium ē. Exurgens Maria Luce p°. Disputanda sup hoc quere in festo Visitationis Marie.

In die sabbati euangelium. Anno xv. Luce iij. Venit scz Johannes in omnem regionem iordanis. pdicans baptismum penitentie i remissionem pctōrum. Circa qd venit disputandum.

Utrum baptismus iohannis conferebat gratiam. et videtur q sic. ex euangelio pnti vbi dicitur. q pdicabat baptismū penitentie in remissionē peccatorum. Penitentia autez et remissio peccatorum est per gratiam. ergo baptismus Johannis cōferebat gratiam. Secūdo sic. Baptizandi a Johanne con fitebantur peccata sua. vt habetur Mathei. iij. et Marci pmo. Sed confessio peccatorum ordinabatur ad remissiōez que fit per gratiam. ergo baptismus Johannis conferebat gratiam. Tertio sic. Baptism9 Johannis pinquior erat baptismo xpi. q circūcisio. sed circūcisio conferebat gratiam per quaz remittebatur peccatum originale. ergo idem q prius. Quarto sic. Si baptismus Johannis nullū habebat interius effectum. cū ablutio carnis pue aut nullius sit vtilitatis. videtur q baptismus Johannis non fuit acceptand9 nec approbandus. sed hoc non videt dicendum. ergo baptismus iohānis aliquam interius habuit efficaciam. et non nisi gratiam conferendo. ergo rc. In oppositū arguitur ex illo Mathei tertio. vbi inquit Johannes. Ego quidem baptizo vos in aqua per penitentiaz. quod exponens Gregorius in quadam Omelia dicit. iohannes non in spiritusancto sed i aqua baptizabat. qr peccata soluere non valebat. sed gratia est a spiritusancto. et per eum peccata tolluntur. ergo baptism9 iohannis gratiam non conferebat. Respondeo dicendum sub ista conclusione. q baptismus iohānis gratiaz non conferebat cum esset operatio hominis. Gratia autem non potest ab homine cōferri. que conclusio sic declaratur sicut sup dictū est. Tota doctrina et operatio Jōhannis pparatoria erat ad xpm. sm illd Johānis pmo. Gratia et veritas p ihesum facta est. et ideo baptismus Johannis gratiam non conferabat. sed solum ad gratiam ppara bat. Et hoc tripliciter. vno qdez modo per doctrinam Johannis

inducentem hominē ad fidē christi. Alio modo assuefaciendo homies ad ritū baptismi xpi. Tertio mō p̄ penitentiam p̄parando homines ad suscipiendū baptismū christi. ¶ Ad rationes in oppositum Ad p̄mam respondetur iuxta glosam. q̄ auctoritas sic exponenda est. vt referatur ad baptismata diuersa. hoc modo erat Johannes baptizans. scz baptismate suo et p̄dicans scilicet baptismum christi. qui est in remissionem peccatoꝝ. Si autem referatur vtrumqz ad baptismum iohannis. tunc dicitur p̄dicare baptismum in remissionem peccatorum. Non ideo. quia hoc ipse perficeret. sed quia ad hoc imponendo dignos fructꝰ penitentie agere disponebat et p̄parabat. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. q̄a confessio illa peccatorum non fiebat ad remissionem peccatorum statim p baptismū Johānis exhibendam. sed consequendam p̄ penitentiam consequentem ꝛ baptismum christi ad quem penitentia illa p̄parabat. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia quāuis baptismus Johannis magis conueniret cum baptismo christi q̄ circumcisio quantū ad materiam. non tamen conueniebat magis quo ad causam institutionis quia circumcisio instituta fuit in remedium contra originale peccatum. baptismus autem Johannis non erat ad hoc institutus. sed soluz erat p̄parationis ad baptismum christi. vt dictū est. Sacramenta autem ex vi sue institutionis suum habent effectū. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam Et ratio ē quia licet baptismus Johannis interius non pugnaret. non tamē erat inutilis. quia instruebat ꝛ p̄parabat ad baptismum christi. d' cuius vtilitate dictum est in ratione ad p̄mum argumentum. et tantum de hac questione.

¶ Sequitur de vigilia natiuitatis christi.



In Vigilia natiuitatis christi euangelium est. In illo tempore. Cum essꝫ desponsata mater Jhesu ꝛc. Math. p̄mo. Circa qđ multe questiones disputande venirent. inter quas hee sūt que sequuntur. Prima. Vtrum christus debuit de virgine desponsata concipi. Secūda. Vtrum inter Mariam et Joseph fuit perfectum matrimonium. Tertia Vtrum predictum matrimoniū fuit aliquando consumatum. Quarta. Vtrum xp̄us sit dicēdus conceptus de sp̄ūsancto.

Ad p̄mam questionē q̄ q̄ritur. Vtrum fuit conueniens q̄ xp̄us de virgine desponsata cōciperet. p̄cedit

sic. et videt q non. ¶ Primo sic. Desponsatio ad carnalem copulam ordinatur. sed mr dei nunq voluit carnali viri uti copula. qr hoc derogat virginitati mentis ipsius. g non debuit esse desponsata. ¶ Secundo sic. qr xps ex virgine nasceretur miraculum fuit. ut patet. et e dictum Augustini in epla ad Volusianum. sed miracula q fuit ad confirmationem fidei debent esse manifesta. cum g p desponsationem hoc miraculum fuit obumbratum. videtur non fuisse conveniens q xpus de desponsata nasceret. ¶ Tertio sic. Causa q assignatur ab aliquibus desponsationis beate Marie e. scz ut ptus celaret diabolo dum eum putat non de virgine sed de uxore generatum nulla esse videt. tum qr diabolus ea que fiunt corpalit pspicacitate sensus cognoscit. tum qr p multa euidentia sig postmodum demones aliqualiter xpm cognouerunt. Un dr Marci. p. q homo spu immundo plenus exclamauit dicens. Quid tibi et nobis ihesu nazarene. venisti pdere nos. scio q sis sanctus dei. non g videt conueniens fuisse q mr fuisset desponsata. ¶ Quarto. Nec ro assignata a Jero. videt valere in q dicit Ne scz lapidaret mr dei a iudeis sic adultera. qr si non fuisset desponsata non posset de adulterio condemnari et ita non videt ronabile q xps de desponsata nasceret. ¶ In oppositum est euangelium pns. ¶ Rndeo dicendum sub ista conclusione. q conueniens fuit xpm de desponsata virgine concipi et nasci. ptz conclusio. Luce p. Missus e angelus Gabriel ad virginem desponsatam viro cui nomen Joseph. Ista aut conuenientia colligit ex multiplici capite. tum pter xpm. tum pter matrem. tum pter nos. Propter xpm quadruplici rone. Prima qdem ne ab infidelibus tanq illegittime natus abijceret. Et e ro Ambrosii sup Lucam. Secunda. ut consueto mo eius genealogia p virum describeret. ut dicit Ambrosius ubi sup. Tertia ad tutelam pueri nati ne diabolus contra eum vehementius nocumenta pcurasset. et io Ignatius dicit ipam fuisse desponsatam ut ptus eius celaret diabolo. Quarta. ut a ioseph nutriret. Un pr eius dictus e nutricius. Fuit etiam conueniens ex pte virginis. Primo qdem qr p hoc reddit immunis a pena ne scz lapidaret ut Jero. dic. Secundo ut p hoc ab infamia liberaretur. un Ambro. sup Lucam dic. q desponsata e. ne intemerate virginitati adduceret infamia. cui grauis aluus corruptele insigne preferre videret. Tertio ut ei a Joseph misterium exhiberet ut Jeronimus dicit. Ex pte etiam nra hoc fuit conueniens. Primo qdem. eo q testimonio ioseph comprobatum e xpm ex virgine natum ut dic Ambro. sup Lucam. Secundo. qr ipa verba virginis magis credibilia redddant sua virginitatem asserentis ut ait Amb. sup Lucam. Tertio. qa p hoc designat uniuersal ecclia q cum virgo desponsata sit. tum e uni viro scz xpo. ut Augustinus dicit in libro de sancta virginitate.

Quarto. qr ꝙ mr̄ dn̄i fuit despon
sata ⁊ vgo. i psona ipius et virgi
nitas et mr̄iomū honorať. cōtra
hereticos alteri hoꝝ detrahētes
¶ Ad rationes in oppositū Ad p
mam respondetur negando conse
quentiam Et rō ē. qr licet despō
satio regulariť ad carnalez copu
lam ordinať. beata tn̄ virgo ma
ria ex familiari istinctu spūssan
cti credenda ē desponsari voluis
se. cōfidens de diuino auxilio qđ
nūꝗ̄ ad copulam carnalē perueni
ret. hoc tn̄ diuino cōmisit arbi
trio vnde in nulla passa est virgi
nitatis detrimentū ¶ Ad secūdā
rn̄detur negando ɔn̄am Et ad p
bationē cū dicitur. ꝙ miracula.
Rn̄detur ꝙ miraculoꝝ dei quedā
sunt de quibus ē fides sicut miracu
lum virginei ptus. et resurrectō
nis dn̄i. et etiā sacramenti altaris
et ideo voluit dn̄s ista occultiora
esse vt fides eoꝝ magis merito
ria esset. quedam vero miracula
sunt ad fidei cōprobationē. vt mi
racula que xp̄us illuminando ce
cos et alias infirmitates sanādo
ad cōprobationez sue diuinitatis
fecit et ista dicūtur esse manife
sta Partus aūt virginis de pmo
genere miraculoꝝ est. nō de secū
do et iō nō pcedit rō ¶ Ad terti
am rn̄detur ꝙ rō illa Ignatij bo
na est. Et ad pbationem ꝙ non
Rn̄detur iuxta Augustinū. iij. de
trinitate. ꝙ diabolus multa pōt
virtute sue nature a qbus tn̄ pro
hibetur v̓tute diuina. et hoc mō
pōt dici ꝙ virtute sue nature dia
bolus poterat matrez dei cogno
scere non fuisse corruptā sed v̓gi
nem. phibebať tn̄ a deo cogno
scere modū ptus diuini. Qđ aūt
postmodū xp̄m aliq̄liter cogno
uit diabolus esse filiuz dei. nō ob
stat. quia tempus erat vt xp̄s su
am virtutem contra diabolū ōn
deret et psecutionem ab eo conci
tatam pateretur. sed in infantia
oportebat impedire maliciā dia
boli ne eū acrius psequereť quā
do xp̄us nec pati disposuerat nec
virtutem suam ōndere. sed in om
bus alijs infantibus se similē ex
hibebat. Vnde Leo papa in ser
mone epiphanie dicit. ꝙ magi i
uenerunt pueꝝ ihesuz ꝗ̄titate p
uum alieni operis indigentē. fan
di impotentem et nulla ab hūa
na infantie generalitate discretū
¶ Ad quartaz respondetur ꝙ ra
tio non pcedit. quia iudiciū adul
terarū lapidabatur sm legē non
sm illa que iam erat desponsata
vel nupta. sed etiam illa q̄ in do
mo patris custodiebať vt virgo
qn̄qz nuptura. vt colligiť Deu
tro. xxij. quidam referūt dēm Je
ronimi ad lapidationem infamie

AD secūdam questionem
qua queritur. Vtrum in
ter Mariam et Joseph
fuit perfectuz matrimoniū. sic p
ceditur. Et videtur ꝙ non. Pri
mo sic. Dicit enim Jheronimus
cōtra Elidium ꝙ Joseph Ma
rie custos fuit potius ꝗ̄ maritus.
Sed si fuit verum matrimonium
vere Joseph maritus eius fuissz
ergo videtur ꝙ non fuit verū ma
trimonium inter mariā ⁊ ioseph
Secūdo sic ex pte cāe. Consensus
eīm simplex et absolutus causat

mrionium simpliciter. nō aūt cōsensus cōditionatus. sed ↄsensus beate virginis fuit cōditionat⁹. g° nō causabat mrionium simplr. ꝫ secūdū quid et ita impfectū. ¶ Tertio sic ex pte bone fidei. aliud est votū castitatis absolutū. et aliud est fidei thori. Votū em̄ absolutū custodit castitatē absolute ab omni viro et in omni hora. sed fides thori nec ab omni hora nec ab omni viro nec absolute ꝫ marito custodit. ꝫ hec custodia non fuit in beata virgine. g° suū mrimoniū ꝙtū ad fidē thori fuit īpfectū. ¶ Quarto sic ex pte boni ꝓlis. Proles ñ fuit ꝓcreata a mrimonio. ergo nō fuit bonū ei⁹ mrimoniū. g° nō accepit ab eo aliꝙ pfectionē. ¶ Quinto sic ex pte boni sacramēti. Perfectū em̄ mrionium in bono sacramēti ē pfectū i sigficando. ꝫ istud mrionium beate virginis ē impfectū in sigficando g° ē impfectū rōe sacramēti. Sexto ex indiuiduitate vite q̄ ē causa mrionij sic arguit. Beata virgo et ioseph nūꝙ pfecte hūerūt illā. g° habetur ꝓpositū. ꝓbatur assūptū. qꝛ vnitas aīoꝝ ordinatur ad vnitatē corpum. finis aūt ē in oībus cōpletiuū. cū g° nūꝙ fuerint vnū. vnitate corpum. nūꝙ fuerīt pfecte vnū. g° nūꝙ hūerunt pfecte indiuiduitatem. ¶ In oppositū ē euangeliū pn̄s. i q̄ ait angelus ad ioseph. Noli timere accipe cōiugē tuā ꝫ nō dicunt̄ cōiuges nisi ex q̄ pfectū ē mrionium inter eos. g° rc̄. ¶ Respondeo dicendū ꝙ matrimoniū qd̄ fuit int̄ beatā mariā et ioseph fuit veꝝ ⁊ pfectū. Ista cōclusio ptꝫ in. cap. Beata maria. et multis sequētibus. ij. q. ij. Rōne ꝓbat̄ sic. Dr̄ Deut° xxxij. Dei pfecta sūt opa ergo p̄cipue illa sunt pfc̄a q̄ fac̄ circa se ⁊ suos. ꝫ illud mrionium fecit circa mr̄em suā. fuit em̄ illi diuinitus reuelatū. g° mrimoniū illud pfectū. Pro cui⁹ declaratiōe ē notādū iuxta sanctū tho. ꝙ duplex ē rei pfectio. Prima et sc̄da Prima q̄dē pfectio in ipa rei forma cōsistit ex q̄ spēm sortit̄. Secūda pfectio cōsistit in opatione rei. p quā res aliq̄liter finē suū attingit. Forma aūt mrimonij consistit in q̄daꝫ indiuisibili cōiunctione aīoꝝ. p quā vn⁹ cōiugū indiuisibiliter alteri fidē seruare tenetur. Finis aūt mrionij ē ꝓles generenda et educāda. ad q̄ꝝ pmā peruenit̄ p cōcubitū cōiugalē. ad sc̄dam p alia opa viri et vxoris q̄bus sibi inuiceꝫ obsequunt̄ ad ꝓlem nutriēdā. Sic ergo dicendū ē ꝙ mrionium int̄ beatā v̄ginē ⁊ ioseph ꝙtū ad pmā pfectōnē omnino veꝝ fuit et pfectū. qꝛ vtēqꝫ cōsensit in copulā cōiugalē. non aūt expsse in copulā carnaleꝫ nisi sub cōditione si deo placeret. Vn̄ angelus vocat eā cōiugē Mathei p°. d. ad ioseph. Noli timere accipe cōiugē tuā. qd̄ expōnēs aug⁹. li. de nup. et cōcupis. dicit. Cōiux vocat̄ ex pma despōsatōis fide quā i cōcubitu nec cognouerat nec fuerat coĝtura. ꝙtū vero ad sc̄daꝫ pfectionē q̄ ē p actū matrimonij si hoc referat̄ ad carnalē cōcubitū per quā ꝓles generatur. nō fuit mrionium illud pfectū.

Habuit tñ illud mrimoniũ etiã se cũdã pfectõz q̃tũ ad ꝓlis educa tioez. vñ Aug⁹ dic̃ in li. de nup. ⁊ cõcupiscẽtia. nuptiaꝝ bonũ im pletũ ẽ i illis parentib⁹ xp̄i. ꝓles fides. ⁊ sacr̄m. Prolem cognosca mus ip̄m dñm ih̄m xp̄m. Fidem. qꝛ nullũ adulteriũ sacr̄m. qꝛ nul lũ diuortiũ. solus ibi nuptial' cõ cubitus nõ fuit. Concordãt oms doctores. ¶ Ad rões in oppositũ ¶ Ad p̄mã r̃ndet̃. q̇ Jero. accipit ibi maritũ ab actu mrimonij con sumati. et sic v̾m ẽ. q̇ ioseph nõ fuit marit⁹ ¶ Ad scdam r̃ndetur negando miorẽ. dicim⁹ em̄ q̇ cõ sensus beate v̾ginis fuit ɔsensus absolutus. absolute em̄ ɔsensit in mrimoniũ diuinit⁹ certificata de ip̄ius sancti ioseph cõtinentia. et ip̄a de se certa erat q̃ nullũ caris stimulũ sentiebat. ꝫ in mrimoni um sic cõsentiẽs. v̾ginitatẽ suam deo cõmisisse dr. ¶ Ad tertiã r̃n detur negãdo ɔñaꝫ Et rõ ẽ. qꝛ li cet custodia castitatis thori non fuit in beata v̾gine. fuit tñ custo dia castitatis absolute. Nã vt di cit Albert⁹ magn⁹. Fides custo dit castitatẽ ꝓpt̃ se et exhibet se mrimonialiter cõiuncto ꝓpt̃ ifir mitatẽ vel bonũ ꝓlis. Vñ exhi bet se ꝓpter aliud. ꝫ custodia ca stitatis ẽ sic p se desideratũ. ⁊ ideo in p̄mo ẽ pfectio bone fidei nõ in secũdo ¶ Ad q̃rtam r̃ndet̃ negan do ɔñam Et rõ est ꝼm scm̄ Tho. et Alb. magnũ. qꝛ ꝓles nõ ẽ bo nũ mrimonij solũ inq̃tũ p matri momũ generat̃. sed inq̃tũ i mri momio suscipit̃ et aducat̃. ⁊ sic bo nũ illi⁹ mrimonij fuit ꝓles illa. s. xp̄s. qui pietate pentũ nutritus et educatus. ⁊ in templo p̄ñtat⁹ coram dño. nõ aũt p̄mo mõ. quia non ex mriomo natus sed ex sp̄ũ sancto ¶ Ad quintã r̃ndet̃ scꝫ ne gando ɔñam. qm̄ nõ ẽ de essentia sacramẽti q̊ ad p̄mã ei⁹ pfectiõz plena illa sigficatio xp̄i et eccl'ie et hũane nat̃e cũ diuina p̄sona ꝫ illa ẽ de essentia scde pfectiõis. s. mrimonij cõsumati. et iõ rõ nõ ꝓ cedit ¶ Ad sextam r̃ndet̃ negãdo minorẽ Et rõ est. qꝛ vt dicit ma gn⁹ Alb. Nulla vnio ẽ essential' mriomo nisi marital'm ɔsensu ai moꝝ fundata. Jlla aũt q̃ ẽ carnis est cõsequẽs ip̄am. et iõ p̄ma nõ ordinat̃ ad illã sic ad essentiale. sed sic ad effectũ q̊ põt seq̇ si vo lũt cõiuges. et ita argumẽtũ fal sũ p̄supponit ⁊ p ɔñs non ꝓcedit.

AD tertiã questiõem q̃ q̃rit̃. Vtrũ mriomũ illud int̃ ma riaꝫ et ioseph fuit aliq̃n cõ sumatũ. ꝓcedit̃ sic. et videt̃ q̇ sic. ex p̄ñti euangelio ¶ Primo ex il lo vbi dr. Añq̇ cõuenirẽt inuen ta ẽ in vtero hñs de sp̄ũscõ. non aũt euãgelista hoc dicerꝫ nisi cẽ tus essꝫ de cõuenturis. g⁰ videtur q̇ beata v̾go qñqꝫ cõueñt carna li copula cũ ioseph. et ita consu masset mriomũ. Secũdo argui tur idẽ ex illo qđ subdit̃ in euan gelio. q̃d ait angelus ad ioseph Accipe mariã cõiugẽ tuã. Cõiu giũ aũt cõsumat̃ p carnalẽ copu lam. g⁰ qñqꝫ carnalis copula in teruenit inter beatã mariã et io seph. ⁊ ita mriomũ fuit ɔsumatũ

¶ Tertio idem arguitur et ex eo qđ ibidē post pauca subdit̄ scʒ. Math. p°. Joseph accepit coniugem suam et non cognoscebat eam donec peperit filiū suū p̄mogenitum. hoc autem aduerbium donec. consueuit determinatū tēpus designare. quo completo fiat id qđ vsqʒ ad illud temp⁹ nō fiebat. Verbum autem cognoscē di ad coitum refēt̄ur sicut Geñ. iiij. dicitur. Adam cognouit vxorem suam Et videtur ꝙ post ptū beata Maria fuit a ioseph cog̃ta. et ita videtur matrimoniū cōsumatum. ¶ Quarto idem arguit̄ ex illo verbo p̄mogenitum. Primum enī dicitur respectu secūdi. et ita p̄mogenitus nō pōt dici nisi qui habet fratres subsequentes. sed xp̄us in auctoritate inducta Mathei p°. dicitur. p̄mogenitus filius virginis. ergo post p̄mum habuit alium. ergo p⁹ xp̄i natiuitatem matrimoniū fuit consumatum. ¶ In oppositū est illud qđ habetur Ezech. xliiij. Porta hec clausa erit et non aperietur et vir non ptrāsibit p eam. qm̄ dominus deus israel ingressus ē p̄ eam. qđ exponens Aug⁹. in quodaʒ sermone dic̄. Quid est porta i domo domini clausa. nisi ꝙ Maria semp erit intacta. et quid est homo non transibit p eaʒ. nisi ꝙ Joseph nō cognoscet eam. ⁊ qđ est ꝙ dn̄s solus intrat et egreditur p eam. nisi ꝙ sp̄ussanctus impregnabit eam. et angeloꝝ dn̄s nascetur p eam. et quid est ꝙ domus clausa erit in eternū. nisi ꝙ Maria virgo est ante ptum. i partu. et virgo post ptum. Respondeo dicendum sub ista conclusione ꝙ matrimonium inter beataʒ Mariam et Joseph nūꝙ fuit cōsumatum quoniaʒ beatissima mater xp̄i fuit virgo ante ptū. i partu. et post ptum virgo in eternū permansit. Vnde detestandi sunt errores iudeoꝝ et hebeonitarum qui derogātes virginitati beate Marie ante ptum dixerunt christum ex semine Joseph esse natum. Et errores philosophoꝝ q̄ virginitati eius i ptu derogabāt dicentes nō posse esse duo corpa in eodem loco. Detestandus est etiam error Elidij. qui virginitati beate Marie post ptum derogans dicere p̄sumpsit matrē christi post ptum a Joseph esse cogtam et alios filios genuisse. Sed iste error irrationabilis est et insanus scʒ ꝙ beata virgo mat̄ dei templum spiritussancti opi caris vacaret. hoc autem non pōt cadere nisi in animam impiā et stultam credere tantaʒ in matrē domini indignitatem. ideo erroneuʒ est et pnitiosum. Vnde et dominus in morte istum errorē euacuauit. qn̄ eam btō Johāni cōmendauit et dedit sibi i solatiū loco filij. vt quid dedisset si filios huissʒ. ¶ Ad rationes in oppositū Ad p̄mam de verbo anteꝙ respondet̄ ꝙ ratio non pcedit quia hec p̄positio ante non semp denotat ordinem ad illud qđ futuꝝ ē s̄m rei veritatem. sed qn̄qʒ ad illđ qđ futurum speratur s̄m cōmuneʒ cur-

sum sicut cū dicitur. anteq̄ꝫ habe
ret. xx. annos mortuus est. ⁊ sic ē
in ꝓposito ¶ Ad secūdam respō
detur negando consequentiaꝫ et
ratio est. quia nos dicim⁹ ꝙ con-
iugium licet fuerit pfectū pfe-
ctione pma. non tn̄ fuit consuma
tū qđ ptinet ad pfectionē secūdā.
¶ Ad tertiam respondetur negā-
do consequentiam Et dicit̄ ꝙ ly
donec qn̄qꝫ designat certū tēpus
ẜm illud Gal. iiij. Propter trans-
gressionem lex posita ē donec ve-
niret semen qđ promiserat. Qn̄-
qꝫ vero signat infinitū temp⁹. se
cūdū illđ ps. Dixit dn̄s dn̄o meo
sede a dextris meis. Donec ponā
inimicos tuos ⁊c. ⁊ ẜm illud ps.
Oculi nostri semp ad dn̄m donec
misereatur nostri. Ex q̄ non est i-
telligendū ꝙ post impetratā mi
sericordiam oculi nostri auertan-
tur a deo. et sic est hic ¶ Ad q̄r-
tam r̄ndetur negādo consequenti
am Et rō est. q: pmogenit⁹ hic
puat ordinē ad anteri⁹. nō ponit
ordinē ad posterius. Ideo dn̄s p-
mogenitus appellat̄ q: ẜm legeꝫ
erat offerend⁹. Idem vero dꝫ ꝙ
hūerit frēs. dicendū ꝙ frēs vo-
cantur ibi ꝓpinqui in secūdo vel
tertio gradu.

AD q̄rtaꝫ questionē q̄ q̄ri
tur Utrum xps dicendus
sit cōceptus de spūsancto. sic ꝓce
ditur Et videtur ꝙ nō ¶ Primo
sic. Hec ꝓpositio de denotat cōsb-
stantialitatem. Un̄ non dicimus
aliquid de aliq̄ nisi de substantia
eius sit. Dicimus em̄ filiū esse de
patre. non autem celū et terram
de deo. sed xps ẜm hoīem non est
consubstantialis spūisancto. g° n̄
debet dici de spūsancto nat⁹ ¶ Se
cūdo sic. Spūssanctus caritas est
et donū. sed non conuenienter di-
citur conceptus a caritate vel do
no. ergo nec de spūsancto dꝫ dici
conceptus. Tertio sic. Efficere
cōceptionē xpi nō debet attribui
spūisancto. g° ⁊c. cōsequentia pꝫ
an̄cedens ꝓbat̄. q: vt dicit aug⁹.
in pmo de trinitate. Indiuisa sūt
opera trinitatis. sicut indiuisa est
essentia trinitatis sed efficere cō-
ceptionem xpi est q̄ddam op⁹ di
uinū. ergo videtur ꝙ nō sit ma-
gis attribuēdū spūisancto q̄ꝫ pri
aut filio ¶ Quarto sic. Si cōceptō
xpi attribuēda ē spūisācto vt pn
cipio eius. seq̄tur ꝙ sit pater xpi
dicendus ẜm hūanitatē. sed hoc
non est verꝫ. Dicit em̄ Aug⁹ in
enchiridion. Natus ē xpus de spi
ritusancto nō sic filius. cōsequē-
tia tn̄ ꝓbatur sic ẜm phm li. de
generatione animaliū. Pater di
cit pncipiū actiuū in generatiōe
mater vero ministrat materiam
sed beata maria dꝫ mr̄ xpi ꝓpter
materiā quā in cōceptiōe ei⁹ mi-
nistrauit. g° spūssanctus pōt di-
ci pater ei⁹. si dicat̄ ꝙ fuerit pn-
piū actiuū in cōceptione eius.
¶ In oppositū arguit̄ ex pn̄ti euan
gelio ¶ Respondeo dicenduꝫ sub
ista conclusione ꝙ conuenienter
dicitur xpus conceptus de spiritu
sancto. Patet ista conclusio. q̄a
conceptioneꝫ q̄ꝫuis tota trinitas
operata sit. attribuitur tamen spi
ritui sancto triplici ratione.

¶Primo quidem quia hoc congruit cause incarnationis que consideratur ex pte dei. Spiritus enim sanctus est amor patris et filij. hoc autem ex maximo amore dei pueniit vt filius sibi carnem assumeret in vtero virginali. Vñ dicitur Johan. iij. Sic deus dilexit mundum vt filium suũ daret. Secũdo quia hoc congruit cause incarnationis ex parte nature assũpte. per hoc datur ĩtelligi q natura humana assumpta ē a filio in vnitate persone non ex aliqb9 meritis sed ex sola dei gratia que spiritui sancto attribuitur. Tertio. q hoc congruit termino incarnationis. ad hoc enim terminata est incarnatiõ vt homo ille qui assumebatur esset sanctus et fili9 dei. vtrũqz autem hoc appropriatur spiritui sancto. Nam per ipm efficiũtur homines filij dei. ꝭm illud Gal. iiij. Qm̃ estis filij dei misit deus spm̃ filij sui in corda vestra clamantem, abba pater. ipse etiam est spũs sanctificationis vt dicitur ad Roma. pmo. Sic ergo alij per spm̃sanctum sanctificantur spũaliter vt sint filij dei adoptiui. ita xp̄us p spm̃sanctum ē in sanctitate conceptus. vt essz filius dei naturalis. Vnde angel9 postq̃ pmiserat. spũssanctus superueniet in te. cõcludit. Ideoqz qd nascetur ex te sanctũ vocabitur filius dei. ¶Ad rationes in oppositum ¶Ad pmam respondetur q ly de largo modo accipitur p ex. quia em̃ corpus xp̄i nõ est cõsubstantiale spiritui sancto. non n proprie potest dici conceptũ de spiritusancto. sed magis ex spiritusancto. Et ratio est. qz qd ex aliquo est. aut est ex substantia aut potestate eius. ex substantia sicut fili9 q a pr̄e ē. ex potestate. sic ex deo sunt omnia quõ etiam in vtero habuit maria ex spiritusãcto.

¶Ad secũdam respondetur negãdo consequentiam Et ratio ē. q a licet spiritussanctus sit caritas et donum. tamen nomie caritatis et doni non significatur vt persona subsistens cuius est agere. et iõ non potest dici conceptus de caritate vel dono. vt ly de dicat habitudinem cause efficientis. ¶Ad tertiam respondetur negãdo assumptum et ad pbationem rñdetur. q licet opus conceptiõis corporis christi sit cõmune toti trinitati. ꝭm modum tamen aliqd attribuitur singulis personis. Naz patri attribuitur auctoritas. etiam ratione psone filij qui pē huiusmodi conceptionem carnem sibi assumpsit. Filio attribuitur ipsa carnis assumptio. sed spũisancto attribuitur formatio corporis. qd assumitur a filio. Naz spiritussanctus dr̄ est spiritus filij. Gal. iiij. Misit deus spm̃ filij sui. Sicut autem virtus anime que est in semine p spm̃ qui est in semine inclusus format corpus in generatione alioꝝ hominũ. ita v'tus dei que est ipse filius dei. ꝭm illud. i. Coꝝ. p°. xp̄m dei virtutez per spm̃sanctũ formauit corpus suum qd assumpsit. Hoc etiã verba angeli demonstrant dicentis.

Spiritussanctus supueniet in te. quasi ad pparandam et formādū materiam corpis xpi. ¶ Ad quātam respondetur negando consequentiam. nam christus non ē filius spūssancti. nec etiam trinitatis. sed tantum dei patris. hoc patet. tum pmo quia nomina paternitatis maternitatis et filiationis generationem sequuntur nō quālibet tamen. sed in solis animalibus in quibus est generatio pfecta. nec tamen omne quod in animalibus generatur filiationis nomen accepit. sed solū illud qd generatur in similitudinem generātis. et sic si sit pfecta similitudo erit perfecta filiatio. Si aūt sit similitudo imperfecta est etiam filiatio imperfecta. sed xpus non ē conceptus de spiritusancto fm similitudinem specierz. sicut homo nascitur de patre suo. ergo christus non potest dici filius spiritus sancti. Et ad pbationem respondetur negando consequentiaz. Et ratio est. quia xpus conceptus ē de Maria virgine materiam ministrante in similitudinem specierum. et ideo dicitur filius eius. Christus autez fm qp homo cōceptus est de spiritusancto sicut de actiuo pncipio. non tamen fm similitudinem speciei. et ideo nō dicitur filius eius. vt dictū est.

IN die natiuitatis domini sunt tria euāgelia. et ita circa vnūqd qz occurrunt questiones alique disputande. Circa pmum scz In illo tempe. Exijt edictum Luce. ij. sequentes questiones. ¶ Pmo. Vtrum xpo sit attribuenda aliqua natiuitas temporalis. Secūdo. Vtrum secundum tempalem natiuitatem beata virgo potest dici mater christi Tertio. Vtrum conuenienti tēpore et loco xpus natus est.

AD pmam questionem q̄ queritur. Vtruz attribuēda sit xpo aliqua natiuitas tempalis. sic pceditur. Et videtur qp non. ¶ Primo sic. Nasci enim est sicut quidam motus rei non existentis anteq̄ nascat. sed xpus ab eterno fuit. ergo nō potuit tempaliter nasci. Scdo. Illud qd est i se perfectū natiuitate non indiget. sed persona filij. ab eterno fuit perfecta. ergo nō indiguit tempali natiuitate et ita videtur qp non sit tpaliter natus. Tertio sic. Si xpus esset tempaliter natus sequeret qp essent ponende ī eo due natiuitates. sz hoc non videtur. cum natiuitas pprie conueniat persone. sed in xpo est tantū vna persona. ergo in christo tm̄ vna est natiuitas. Quarto sic. Si in christo essent due natiuitates. sequeretur qp xpus essz bis natus. sed hoc non videtur dicendum. quia aduerbiū bis importat interruptionem. Vnde qui tota die loquitur non dicitur bis loqui. sed natiuitas qua de patre natus est interruptionē nō patit ergo non potest dici bis natus. In oppositum est euangelium psens. Respondeo dicendum. sub

DD

ista conclusione · q necessarium est poneꝫ in christo duas natiuitates. vnam eternam et alteraꝫ temporalem. Ista conclusio est Damasce. iij. li. qui ait. Confitemur christi duas natiuitates. vnam que est ex patre eternaꝫ. et vnam que est in vltimis tempibus propter nos. que conclusio ostenditur sic. Natura comparatur ad natiuitatem sicut terminus ad motum vel mutationem. motus autem diuersificatur secundum diuersitatem terminorum. vtꝫ. per phm. v. phisicorum. In christo autem est duplex natura. quarum vnam accepit ab eterno a patre alterum autem accepit temporaliter a matre. et ideo necesse est xpo attribuere duas natiuitates. vnam qua eternaliter natus est a patre aliam qua temporaliter natus est a matre. ¶ Ad rationes in oppositum Ad primam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia christus non dicitur temporaliter nasci. eo q tempaliter cepit esse. sed dicitur secundum hominem tempaliter nasci. quia vniuit sibi in vnitate persone naturam humanam quam tempaliter in vtero virginis assumpsit. ¶ Ad secundam dicitur. q persona filii semper perfectissima fuit. nec indiguit nasci propter se. sed natus est propter salutem nostram. et hoc dicitur nasci tempaliter. ¶ Ad tertiam respondetur concedendum est q in christo sint due natiuitates Nam xps processit a patre eternaliter. et a matre temporaliter et vtraqꝫ processio habet rationem natiuitatis et ita sicut due processiones ita etiam sunt due natiuitates. Et ad rationem respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia licet natiuitas sit persone vel subiecti. est tamen nature et termini. Possibile. est autem vni subiecto plures transmutationes inesse quas tamen necesse est secundum causas variari. tamen non dicimus q eterna natiuitas sit transmutatio aut motus. sed quia significatur per modum mutationis et motus. ¶ Ad quartam respondetur negando q christus non potest dici natus. immo potest dici secundum duas natiuitates Sicut enim dicitur bis currere qui currit duobus temporibus ita potest dici bis natus qui semel nascitur in eternitate. et semel in tempore. quia eternitas et tempus magis differunt quam duo tempora cum vtrumqꝫ designet mensuram durationis. nec est necesse q illud quod est eternum interrumpatur et cesset.

Ad secundam questionem qua queritur. Vtrum secundum temporalem natiuitatem christi beata virgo possit dici mater christi et mater dei. sic proceditur. Et videtur q nullum illorum est dicendum. Et primo arguitur q non sit mater christi dicenda. Dicit Damas. li. iij. Christocon. id est christi matrem virginem non dicimus. Secundo sic. In conceptione christi beata virgo ministrauit tantummodo materiam. quia totam actionem fecit spiritussanctus. sed hoc non videtur

fufficere ad rationē matris. alio=
quin lignum diceretur mater le=
cti siue scamni. ergo beata virgo
non potest dici mater christi. Tē
tio sic. Xp̄us ex beata virgine mi
raculose natus est. sed miraculo=
sa generatio non sufficit ad ratio
nem maternitatis vel filiationis
Non enim dicimus Euam filiam
fuisse Ade. ergo videt̄ q̄ nec xp̄s
debeat dici filius beate virginis.
¶ Quarto sic. Ad matrem vide=
tur decisio pertinere seminis. sed
sicut Damascenus dicit in tertio
li. Corpus christi non seminalitē
sed a spiritusancto formatur con
ditiue. ergo videtur q̄ beata vir=
go non debeat dici mater christi.
Ad vero non possit dici q̄ sit ma
ter dei arguitur sic. Primo. Nō
enim est mater nisi s̄m naturam
quā ab ea accepit. sed non acce=
pit ab ea diuinitatem sed huma
nitatem. ergo non debet dici ma=
ter dei sed hominis. Secūdo sic.
In deo non differt deus et deitas
sed non potest dici mater deitatis
ergo nec debet dici mat̄ dei ¶ Tē
tio sic. Hoc nomen deus est com=
mune tribus personis. sed beata
Maria non est mater patris. nec
sp̄ussancti. ergo non deb3 dici ma
ter dei ¶ In oppositum p̄mi ē euā
gelium hodiernum. cū dicitur de
beata Maria q̄ peperit filium p̄
mogenitū. De scđo dicit Dama=
scenus li. iij. Theotocos. id ē. dei
genitricem vere et p̄ncipaliter p̄
dicamus virginem ¶ Respondeo
dicendum sub duabus conclusio=
nibus. Prima est. q̄ s̄m tempo=
ralem natiuitatem conuenienter
et veraciter beata Maria virgo
dicitur mater christi. Ista cōclu
sio patet etiam Mathei p°. vbi
vocatur mater Jhesu. Ratiōe sic
p̄batur. Beata Maria contulit ī
generatiōe christi quicquid alia
mater conferre debet ad genera=
tionem filij sui. si ergo alie mulie
res dicuntur matres. ergo beata
Maria vere potest dici mat̄ chri
sti. Secūdo sic. Corpus xp̄i non ē
de celo allatum sicut dicebat Va
lentinus hereticus. sed de virgīe
matre sumptum. et ex purissi=
mis eius sanguinibus formatum
et hoc solum requiritur ad ratio
nem matris. ergo beata Maria
vere est mater christi. Secunda
cōclusio. q̄ beata Maria vere di
citur mater dei. Ista conclusio p3
ex capitulis Cyrilli approbatis ī
ephesina synodo vbi legitur. Si
quis non confitetur deum esse se
cūdum veritatem emanuel. et dei
genitricem sanctam virginē ana
thema sit. Ratione sic p̄batur. p̄
pter vnionem naturarum in vna
persona vere dicimus deum pas=
sum. q̄uis hoc fuerit s̄m huma=
nam naturam tantum. ergo etiā
q̄uis xp̄s sit natus ex v̄gine s̄m
hūanā naturam vere pōt dici de=
us ex virgine natus. ergo etiā mr̄
dei dici potest. Vbi notandum se
cūdum q̄ sanctus Thomas dicit
in tertio. q2 humanitas et mater
nitas virginis a deo sibi connexa
sunt. vt qui circa vnum errauerit
circa aliud oporteat eum errare.
Vnde quia Nestorius circa hu=

manitatē errabat·asserens aliā esse personam humanitatis et diuinitatis in christo· oporteret ꝙ diceret virginem non matrē dei sed hominis. quia ſm eum deus et homo non vnus est xp̄us· quidam vero moderni errātes dicūt nō posse dici virginem matrē dei nec mater patris ⁊ spiritussancti intelligatur· concedunt tamen esse m̄rē filij· sed isti trepidant timore vbi nō est timor. quia om̄e nomen significans in concreto naturam aliquā potest supponere ꝓ qualibet hypostasi illius nature. Vnde cum vnio incarnationis sit facta in hypostasi· manifestū est ꝙ hoc nomen deus licet commune sit tribus personis. potest tamen reddere locutionem verā ꝓ vna persona. ſm ꝙ dicitur. Deꝰ generat· sicut dicitur. homo currit. etiā solo petro currente. vnde simpliciter est concedendū virginem esse matrem dei. sicut confitemur ihesum christum esse deum verum. ¶ Ad rationes in oppositum Ad p̄mam respondetur ꝙ beata virgo vera est mat̄ christi· nec hoc negat Damasce. Sȝ dicit ꝙ non dicimus christotocō id ē christi genitricē· qr hoc nomen inuentū erat a Nestorio ad abolendum nomē theotocon· cū hereticis autem nec nomina debemus habere communia· vt dicit Jeronimꝰ sup Osee· ij. ¶ Ad secūdam respōdetur ꝙ ratio non ꝓcedit· quia non solum materiā ꝑstitit beata virgo ad conceptionem christi· sed materiam conuenientem ad ꝓducendum aliquid simile in specie et locum conuenientem. et nutrimentum conueniens conceptioni fetus· et hoc sufficit ad rationē matris. ¶ Ad tertiam respondetur ꝙ ratio non ꝓcedit· quia licet conceptio christi vt dicit sanctus Thomas i tētia parte· ex parte operatiōis spiritussancti fuerit miraculosa· ex pte tamen matris fuit naturalis. Vnde beata virgo est vera et naturalis mater christi ¶ Ad quartam respondetur negando assumptum. Dicimus enim iuxta p̄hm ꝙ resolutio seminis non pertinet ad materiam conceptus· sed sanguis quē femina administrat ad conceptionem. Vnde corpꝰ christi formatū dicitur ex purissimis sanguinibus beate virginis. et iō resolutio seminis non requirit̄ ad rationem matris. ¶ Ad ratiōes ꝓ alia parte qd nō possit dici mater dei Ad p̄mā respondetur ꝙ ratio non ꝓcedit· quia vna persona est que subsistit in humanitate et diuinitate· et ideo nature cōmunicant sua idiomata· id est ꝓprietates. vt dicit Damasce. Vnde sicut dicuntur iudei crucifixisse dominum glorie q̄uis non secundum ꝙ est deus glorie· ita et dici debet virgo est mater dei· quāuis ſm diuinitatē non genuerit eum. ¶ Ad secūdam respondet̄ negando consequentiam Et ratō est· quia q̄uis deus et deitas nō differant re· tamen differunt ſm modum significandi· quia deitas significat diuinam naturā in ab-

stracto. vnde non videtur suppo-
nere pro persona. Deus autem qui
significat diuinam naturam per mo-
dum concreti. id est habentis dei
tatem. potest reddere locutionem
veram pro persona. et ideo quia bea
ta virgo est mater filij dei, potest
dici mater dei. non autem deitatis
¶ Ad tertiam respondetur ne-
gando consequentiam. quia quam
uis nomen deus sit nomen commu-
ne tribus personis. tamen quan-
doque supponit pro sola persona patris.
sicut dicitur Deus generat. quandoque
pro sola persona filij vel spiritussancti.
et ideo cum dicitur. beata virgo est
mater dei. hoc nomen deus suppo
nit pro sola persona filij incarnata.

Ad tertiam questionem
qua queritur. Utrum con-
uenienti loco et tem-
pore natus est christus. sic procedi
tur. et videtur quod non. Et primo ar
guitur quod non debuit nasci in beth
leem. ¶ Primo sic. Dicitur enim ysa.
ij. De syon exibit lex. et verbum do
mini de iherusalem. sed christus est
vere verbum dei. ergo de iheru-
salem debuit prodire in mundum.
Secundo sic. Mathei. ij. dicitur scri-
ptum de christo quod nazarenus voca-
bitur. sed maxime aliquis denomina
tur a loco sue natiuitatis. ergo vi
detur quod in nazareth debuit nasci
vbi fuit conceptus et nutritus. Quod
vero non conuenienti tempore eti-
am fuit natus. arguitur primo sic.
Ad hoc enim christus venerat. vt su
os in libertatem reuocaret. sed na-
tus est tempore seruitutis. quo scilicet
totus orbis precepto Augusti de
scribitur. id est tributarius factus
est. vt habetur Luce. ij. ergo vide
tur quod non congruo tempore chri-
stus fuit natus ¶ Tertio sic. Pro
missiones de christo nascituro non
fuerunt gentibus facte. secundum illud
Roma. ix. Quorum sunt promissa. sed
christus natus fuit tempore quo rex ali
emgena dominabatur. sicut patet
Math. ij. Cum natus esset Ihe-
sus in diebus herodis. ergo vide
tur quod non fuit tempore congruo na
tus. In oppositum est. quia que a deo
sunt ordinata. sunt et conuenien
ter disposita. Nam vt dicitur Sa
pien. viij. Sapientia attingit a fi
ne vsque ad finem fortiter. et dispo-
nit omnia suauiter. ergo conue-
nientissimo loco et conuenientis-
simo tempore christus natus est.
Respondeo dicendum primo quod con
uenienti loco natus est scilicet in beth
leem Et hoc propter tres rationes
Primo quidem quia christus fa-
ctus est ex semine dauid secundum car
nem. vt dicitur Roma. p°. cui eti
am facta fuerat repromissio spe
cialis de christo. et ideo in beth
leem de qua natus est Dauid na
sci voluit vt ex ipso loco natiuita
tis repromissio ei facta impleta
ostenderetur. et hoc designat euan
gelista dicens. Eo quod esset de do
mo et familia Dauid. Secundo.
quia vt Greg. dicit in Omelia.
Bethleem domus panis interpre-
tatur. ipse christus est qui ait. Ego sum
panis viuus qui de celo descendi
Locus ergo in quo deus nascitur
domus panis antea vocatus est

quia futurum pfecto erat/ vt ille ibi per naturaz carnis appareret qui electoꝝ mentes in eterna societate reficeret. Tertio. quia sic erat ꝓphetizatum Michee quinto. Et tu bethleem effreta puuslus es in milibus iuda. ex te eniz exiet dux qui regat populū israel. et egressus eius ab initio a diebus eternitatis. Non elegit autem dominus in sua natiuitate ciuitatem maximam romam. qz sicut dicitur in quodam sermōe ephesini consilij. Propter potentiā ciuium imitationem orbis terrarū putarent esse factum. sed vt diuinitas agnosceretur orbem transmutasse terraꝝ. pauperculā elegit matrem. pauperrimam patriam. Elegit autem deus infirma mundi vt confundat fortia. sicut dicitur. i. Coꝝ. p°. et ideo vt suā potestatem magis ostenderet in ipsa Roma que caput orbis erat statuit caput ecclesie sue i signū pfecti vigoris. vt ex inde fides deriuaretur ad vniuersum mundum ꝭm Ysa. xxvi. Ciuitatem sublimem humiliabit et conculcabit eam pes paupis. id est xpi gressus egenoꝝ. id est apostoloꝝ petri et pauli. ¶ Ceteꝝ non est ꝑtereundum q in via natus est. Et hoc quadruplici ratione. vt dicit Albertus magnus sup Lucam. Primo vt se pegrinū in hoc mundo ostenderet Jeremie. xiiij. Sicut pegrinus futurus es ⁊c. Secūdo vt se viam demonstraret Johan. xiiij. Ego sum via veritas et vita. glosa. Via qua itur. veritas qua pes dirigit̄. vita ad quaz puenitur. via per p̄ceptum. consilium in exemplum. veritas ꝑ doctrine verbum. vita ꝑ p̄miū. Eccl. xxiiij. In me omnis gratia vie et veritatis. in me oīs spes vite et virtutis. Virtus confortat ad vitam per meritum. veritas illustrat ad vitam per doctrinam. et spūssanct⁹ per inspirationē. Tertio. vt mundum contemnere doceret. Apocal. xviij. Exite de illa popule meus. et ne pticeps sitis delictoꝝ. Quarto vt semp patriam exemplo suo inquirere doceret. ad Hebre. xi. Confitentes q̄niam pegrini et hospites sūt super terram. Preterea parit̄ conuenienti tempe natus est. et hoc colligitur ex vnitate que illo tē pore contigerit. Primo quidē. q̄a illo tempe describit̄ orbis ⁊ hoc conuenit christo ¶ Vnde Grego. Quid est q nascituro domio mūdus describitur. nisi q apte monstratur q ille apparebat in carne qui electos suos ascriberet in eternitate. Secūdo. in tempe illo census soluebatur cesari. hoc etiam conuenit xpo. Xps eīn venerat nos in statum libertatis reducere de statu seruitutis ¶ Et iō sicut mortalitatem nostraz suscepit vt nos ad vitam reduceret. Ita vt Beda dicit. Eo tpe dignatus est nasci quo nos ꝓpter omnium libe rationem/ ipse seruitio subderetur. Tertio in illo tempore fuit maxima pax. Vnde Jeronimus dicit sup Ysa. Veteres renouamus historias. ⁊ inueniem⁹

vsq3 ad.xxviij. annū cesaris Au
gusti in toto orbe terrarū fuisse di
scordiam ortam. orto autem dño
omnia bella cessauerunt Conue=
niebat em̄ vt in illo tempe nasce
retur qui est pax nostra faciens
vtraq3 vnum. ad Ephes. iiij. Sic
em̄ erat a ꝓphetis ꝓnunciatum
ps. lxxi. Orietur in diebus eius iu
sticia et habundantia pacis. Itē
Ysa. ij. Non leuabit gens cōtra
gentem gladium. Quarto. in illo
tempore vnus pnceps dominaba
tur in mundo quo tempe congru
ebat vt nasceretur qui venerat fu
os congregare in vnū vt ess3 vnū
ouile et vnus pastor. vt dicit Jo
han. x. Quinto. in illo tempe re=
gnabat alienigena quo tempore
nasci voluit vt impleretur ꝓphe=
tia Jacob dicentis. Gen. xlix. nō
auferetur sceptru3 d' iuda et dux
de femore eius donec veniat qui
mittendus est. sc3 messias. et tā=
tum dictum sc3 de ista questiōe.
Ad rationes in oppositū Ad p'=
mam respondetur negando con=
sequentiam. et ad auctoritate3 re
spondetur q' non ꝓbat de natiui=
tate. sed loquitur de doctrina le=
gis et pdicatiōis que inde habu
it ortum Nam sicut dictum est in
bethleem natus est. ita iherusalē
elegit vt in eam sedem regni cō=
stitueret. et templum dei edifica=
ret. et sic iherusalem esset ciuitas
simul regalis et sacerdotalis. Sa
cerdotium autem christi et ei⁹ re
gnum p̄cipue consumatū est i ei
us passione. et ideo conuenienter
xp̄us elegit bethleem natiuitati

et iherusalem passioni. Similiter
etiam per hoc hominū gloriā cō
futauit qui gloriantur de hoc q'
ex ciuitatibus nobilibus originē
ducunt. in quibus et p̄cipue vo=
lunt honorari. Christus autem
econuerso in ciuitate ignobili na
sci voluit et in ciuitate pati nobi
li obprobrium Ad secūda3 re=
spondetur negando consequenti=
am Et ratio est. quia xp̄us flore
re voluit ꝰm virtuosam conuer=
sationem. non ꝰm carnis origine3
et ideo in ciuitate nazareth edu=
cari voluit et nutriri. in bethlee3
autem voluit quasi peregre na=
sci Ad alias autem rationes de
tempe ex his que diximus clara
patet responsio.

Circa euangelium se=
cūdum quod in auro
ra legitur in scda mis
sa. sc3 In illo tempo=
re. Pastores loquebantur ad in=
uicem ꝛc. Luce. ij. vbi de pastori
bus fit mentio. quibus per ange
lum facta fuit annunciatio natiui
tatis xp̄i. possunt queri ea que se
quuntur Primo. Vtrum cōue=
nienter pastoribus pmo maife=
stata est natiuitas christi Se=
cundo. Vtrum conferentia illa q̄
dicitur Maria erat conferens q̄
audierat. fuerit conferentia alicu
ius dubitationis.

Ad pmam questionem
qua queritur. Vtꝝ cō=
uenienter pastorib⁹ p̄
mo maifestata est natiuitas xp̄i
sic ꝓceditur Et videtur q' non.

Primo sic. Debuit pmo manifestari natiuitas christi illis q propinquiores christo fuerunt. s; iusti ppinquissimi erant christo pe fidem et maxime eius aduentum desiderabant. Unde dicitur de Symeone. Luce. ij. q erat homo iustus et timoratus. expectans redemptionem israel. ergo pus debuisset manifestari christi natiuitas Symeoni q pastorib9 et magis ¶ Secudo sic. Omnia sacramēta veteris legis erant christi figura. sed sacramenta veteris legis dispensabantur p ministeriū sacerdotū. ergo christi natiuitas magis debuit manifestari sacerdotibus in templo q pastoribus in agro. ¶ Tertio. Reges sunt p alijs honorandi. iuxta illud. i. petri. ij. Regem honorificate. g° regibus magis pus xpi natiuitas erat manifestanda. ¶ In oppositum est euangelium psens. et etiam quia omnia a deo ordiata sut sapienter. et conuenientissime disposita. ¶ Respondeo dicendum sub quatuor cōclusionibus ¶ Prima est. Necesse fuit vt xpi natiuitas aliquibus manifestaretur Ista conclusio probatur ex eo q christi natiuitas nulli fuisset pficua si omnibus fuisset occulta. s; oportebat xpi natiuitatez esse pficuam. alioquin frustra nat9 fuisset. ergo videt q aliquib9 manifestari debuit xpi natiuitas.

Secūda est. q conuenientissime electi sunt quibus christi natiuitas erat manifestanda Ista conclusio pmo ptz ex illo ¶ Joh. xiij. Ego scio quos elegi. que autem sunt sm dei sapientiam conuenienter fiunt. ergo conuenient sut electi quibus est maifestata christi natiuitas ¶ Secūdo sic. Salus que erat futura per xpm ad omnem diuersitatem hominum pertinebat. quia sicut dicit Col. iij. In christo non est mascul9 et femina. gentilis et iudeus. seru9 et liber. et sic de alijs huiusmodi. et vt hoc in ipa xpi natiuitate psigurarettur omnibus conditionibus manifestatus ē. quia vt dicit Augusti. in sermone de epiphania. Pastores erant israelite Magi gentiles. isti pe. illi longe. Utriqz tanq ad angularē lapidem cucurrerunt. Fuit etiā inter eos alia diuersitas. Naz magi quia fuerunt sapientes et potentes. Pastores autem simplices et viles. Manifestatus ē etiam iusto Symeoni et Anne. et peccatoribus scz magis Manifestatus est etiam viris et mulieribus. scz anne vt per hoc ostenderetur nullam conditionem hominum excludi a xpi salute ¶ Tertia conclusio Inter omnes istos conueniēter pmo manifestata ē christi natiuitas pastorib9 Ista conclusio ostenditur triplici ratōne. Primo qr erant simplices absqz cautelis malitie. occupati i officijs sanctorz patriarchaz q dicuntur fuisse pastores. Gen. xlvij Talibus eni solēt diuine illūinatōnes et cōsolationes reuelari. et non hoibus in sapia huius mūdi q stulticia ē apud deū occupatis sm qd dicit saluator. Math. xi. Cōfitebor tibi dn̄e pr celi et tre. qr abscōdisti hec a prudētibus et sapientib9 et reuelasti ea puulis.

Secda rō · qꝛ illa maifestatio xp̄i natiuitatis fuit q̄dā p̄libatio plene maifestatiōis q̄ erat futura· et sic in scda manifestatōe p̄mo an nūciata ē grā xp̄i· p xp̄m et eius apl'os iudeis ꝛ postea gentilib⁹. ita ad xp̄m· p̄mo puenerūt pastores q̄ erant p̄mitie iudeoꝝ tanq̄ ꝓpe exn̄tes· et postea venerūt magi a remotis q̄ fuerūt p̄mitie gentiū·vt dicit Aug⁹·Tertia rō est qꝛ p hos pastores significantur doctores eccl'ie q̄b⁹ xp̄i misteria reuelant̄ q̄ latebāt iudeos ·Quarta conclusio·cōueniente: pastoribus manifestata ē xp̄i natiuitas p angl'os.ptꝫ ista ɔclusio sic· deutro·xxxij· Dei pfecta sūt opa sed talis manifestatio fuit op⁹ diuinū·g° p cōuemētia signa fuit effecta· ¶ Secūdo sic·hēc maifestatio silogistica fit p ea q̄ sunt magis nota ei cui ē aliqd manifestādū·ita maifestatō q̄ fit p sig̃ drēt fieri p ea q̄ sūt familiaria illis q̄bus manifestat̄.ꝛ qꝛ iudei cōsueti sūt diuina responsa p angelos accipe.p q̄s etiā legē acceperūt· s̄m illud Actu·vij · Accepistis legē i dispositiōe angl'oꝝ·Gētiles vo et maxime astrologi ɔsueti sūt stellaꝝ cursus aspicere· iō pastorib⁹ tāq̄ iudeis apd q̄s frequēter facte sūt apparitiōes āgeloꝝ reuelata ē xp̄i natiuitas p angelos Magis aūt assuetis in cōsideratiōe celestiū corpum manifestata ē p signū stelle·est ꝛ alia rō Greg· in omel'·iudeis tāq̄ rōne vtētib⁹ rōnale aīal·i·angelus p̄dicare debuit· Gētiles vo q̄ vti rōe nesciebāt ad cognoscēdū deū nō p vocē ꝫ p sig̃ pducunt̄ · Ad

rōes in oppositū Ad p̄mā rn̄det iuxta san.tho·q̄ rō nō ꝓcedit·ꝛ rō est.qꝛ sic apl'us dic̄ ad Ro·ix. ¶ Jsrael sectādo legē iusticie in legē iusticie nō puenit.ꝫ gētiles q̄ nō q̄rebāt iusticiā iudeos cōuenienter in iusticia fidei p̄uenerunt. Et in hmōi figurā Symeō q̄ expectabat cōsolatiōeꝫ isrl' vltimo xp̄m natū cognouit· et p̄cesserūt eū magi et pastores q̄ xp̄i natiuitateꝫ nō ita sollicite expectabāt ¶ Ad scdam rn̄det negādo ɔn̄am Et rō ē·qꝛ vt dic̄ Chris ¶ Angl's maifestās xp̄i natiuitateꝫ nō iuit iherosolimā·nō reqsiuit scribas ꝛ phariseos·erāt eīn corrupti ꝛ p̄ iuidia cruciabant̄.ꝫ pastores erāt sinceri tāq̄ conuersatiōeꝫ p̄riarchaꝝ ꝛ moysi colētes·p hos eīn pastores etiā significant̄ doctores eccl'ie q̄b⁹ xp̄i misteria reuelātur et ex isto ptꝫ rn̄sio ad tertiā· plati eīn ꝛ doctores ecclesie p pastores designati regibus p̄ferūtur.

Ad scdaꝫ q̄stiōeꝫ q̄ q̄rit̄·vtꝝ cōferētia illa q̄ btā Maria dr cōferēs i corde suo fuerit cōferētia alicui⁹ dubitatiōis aut q̄stiōis i mēte sup ill' q̄ audiebat· rn̄det̄ q̄ n̄·ꝫ erat delcabil' et admirabl'is cōtēplatio et prudētissima attētio quō ꝓphetie iplebāt̄ in puero nato·Cōferebat eīn vt ait Beda q̄ acta videbant̄ ɔformia his q̄ agēda legerat·videbat nāqꝫ se de stirpe dauid ortā·in nazareth de spiritusancto cōcepisse Legerat ꝓphetiaꝫ Ysa·xi· Exiet vga de radice yesse·ꝛ flos de radice ei⁹ ascēdet ꝛ reqescet sup eū sp̄s dn̄i·legerat etiā·s·mich·v· et

tu bethleem effrata nequaq̄ par uula es in milib⁹ iuda. Ex te eñ egredietur qui sit dominator i israhel. et egressus eius ab initio a diebus eternitatis. Videbat se in bethleem peperisse filium et vocasse nomen eius ihesum. Legerat in prophetijs Ysa. vij. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel. Legerat Ysa. p°. Bos cognouit possessorem suum et azinus presepe domini sui. Videbat dominum in presepe quo bos et asinus solet nutriendus aduenire. Meminerat sibi dictum ab angelo Luce p°. Spūssanct⁹ superueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. ideoqȝ qd nascetur ex te sanctuȝ vocabitur filius dei. Legerat modum natiuitatis eius non nisi reuelante angelo potuisse cognosci dicente Ysa. liij. Generationē eius quis enarrabit. Legerat scilicet Michee. iiij. et tu turris gregis nebulosa filia syon ad te veniet. et veniet potestas prima regnum filie iherusalem. Audiebat angelicas virtutes que sunt filie superne ciuitatis. apparuisse pastoribus in loco. qui a conuentu pecorum antiquitus turris gregis vocabatur, et est vno miliari ad orientē a bethleem. vbi etiam nūc tria pastorum illorum monumenta in ecclesia monstrantur. Nouerat tūc in carne venisse dominum cui vna eterna est cum patre maiestas qui regnuȝ daret ecclesie filie scȝ celesti iherusalem. Cōferebatur ergo Maria hec que siē da legerat cū his que iam facta cognouit. Non tamen hoc ore proferens sed clauso seruans in corde hec autem collatio non solum fuit beatissime virgini valde delectabilis. sed etiam toti ecclesie summe vtilis. quia secundum qd dicit Jero. in sermone de assumptione beate virginis. Nam post ascensionem filij remansit ad tempus in terris cū apostolis vt eos plenius instrueret de verbo incarnato de q̄ erat plenius edocta per spūmsanctū et familiarius viderat et tractauerat. de quibus aplos plenī⁹ instruebat de verbo incarnato propter qd meli⁹ exprimere poterat secundum qd dicit Jero. Qd melius nouim⁹ melius proferimus. Et tātum pro nūc de ista conclusione.

Euangelium in tertia missa est. In principio erat verbū. Joh. p°. Circa qd pōt disputari sequēs questio. Vtrū vera sit ista propositio. Verbū caro factum ē.

Circa istam questionem sic proceditur. Et videtur q nō Primo sic De quocūqȝ predicatur id qd ipm est dicitur et esse factum. sed verbū non ē caro. ergo nō est factū caro. consequētia patet si dicas q ibi pars ponitur pro toto. id est pro homine. vt sit sensus Verbū hō factum est. tūc quero. quare euāgelista solā noīauit carnē. ¶ Secundo dato q ibi caro ponatur pro homine. vt caro factum est. id est homo. arguitur q hoc sit falsum. quia homo significat substantiaȝ. fieri hominem esse fi-

eri simpliciter. sed hoc est falsuȝ
deus factus est simpliciter. ergo
hoc est falsum. deus factus ē ho
mo. ¶ Tertio sic. Fieri hominē
est mutari. sed deus nullo mō po
test dici mutatꝰ. Dicit eñ Mal.
iij. Ego dñs et non mutor. ergo
videtur ꝙ hec ꝓpositio sit fal=
sa. Deus factus est hō. ¶ Quar
to. Hoc nomine homo ñ possunt
intelligi nisi duo. scȝ natura hūa=
na et suppositum nature. ȝ dicta
ꝓpositio non potest verificari ra=
tione humane nature. quia deus
nunꝙ̄ est vel fuit humana natu=
ra. Similiter nec ex pte suppositi.
quia hoc nomen homo quod de
christo ꝑdicatur non importat ni
si suppositum eternum filij. ȝ sem
per fuit verum dicere ꝙ deus est
persona filij. ergo nullo modo po
test illa ꝓpositio verificari. quia
falsum est ꝙ deus sit factus per
sona filij. ergo ꝛc. ¶ In oppositū
est euangelium ꝑsens vbi dicitur
Verbum caro factum est. ¶ Re=
spondeo dicendū ꝓ conclusione.
ꝙ ꝓpositio illa est vera. Verbuȝ
caro. id est homo factuȝ. sicut di
citur in simbolo fidei. Et hō fa=
ctus est ¶ Que conclusio ꝓbatur
sic. Omne quod est et non fuit ꝑ=
us dicitur esse factuȝ sed hec est
vera. deus est homo. et non fuit
semper vera. quia non conuenit
deo esse hominem ab eterno. sed
ex tempe per assumptionem hu=
mane nature. ergo hec est vā. de
us factus est homo. Pro quo no=
tandum ꝙ cū dicitur. verbum si=
ue deus factus est homo. hoc p=
ticipium factus. tripliciter se po
test habere in locutione ista. vno
modo ꝙ feratur ad totam ꝓposi
tionem vt sit sensus. Factum est
ꝙ deus sit homo. ꝛ sic vera est il
la ꝓpositio ¶ Secūdo. ꝙ dictū p=
ticipium factus potest determīa
re absolute subiectum vel ꝑdica=
tum et qd̾cunqȝ eoꝝ determinat.
ꝓpositio est falsa. quia nec deus
est factus. nec homo ille demon
strate ꝑpo est factus. nisi addat
aliquid. quia supponit suppositum
eternum ¶ Tertio dictum parti=
cipium potest determinare subie
ctum in compatione ad ꝑdicatuȝ
sic locutio vera est ¶ Nec obstat
ꝙ videtur ponere fieri circa deuȝ.
quia hoc fieri qd̾ pticipiū impor=
tat non est nisi fieri ratiōis. vt di
cemus infra in responsione ad ar
gumenta. ¶ Ad rationes in op=
positū Ad ꝑmam respōdetur. ꝙ
ibi caro ponitur ꝓ homine sicut
pars ꝓ toto. sicut Ysa. xl. Vide=
bit omnis caro salutare dei. quē=
admodum aliqñ anima ponit ꝓ
toto homine. Geñ. xlvi. Oīs aie
que egresse sunt in egyptū. ꝛc. ꝛ
ad questionez que mouetur. q̄re
euangelista solam carnem nomi
nauit. ad hoc respondetur ꝙ mł=
tiplici ratione ¶ Primo quia per
carnem visibilis apparuit. vnde sb̄
ditur. Vidimus gloriaȝ eius ꝛc.
Secūdo vt ostenderet per locum
a minori nihil in hominis natura
esse quod verbum dei non assum=
pserat. ¶ Tertio. ad ostendendā
veritatem incarnationis. contra
manicheos qui dicebant verbuȝ

non assumpsisse veram carnē sed
fantasticam tantum·⁊ iō ad hoc
excludendum fecit mentionē spe
cialiter de carne ¶ Quarto·ad de
monstrandum magnitudinem be
nignitatis·Constat enim ꝙ ani=
ma rationalis magis conformis
est deo ꝙ̄ caro·equidem magnū
pietatis sacramentum fuisset si v̄
bum assumpsisset animā humā=
nam·vtpote sibi magis conformē
sed assumere etiam carnem elon=
gatam a singularitate diuine na=
ture fuit multo amplioris·immo
inestimabilis pietatis indiciū·ſm
quod dicit apostolus·i·Thimo.
iij·Et manifeste magnum ē pie=
tatis sacramentum quod manife
statum est in carne.¶ Ad secū=
dam rationem respondetur negā
do consequentiam Et ratio ē,qꝛ
licet fieri hominem sit fieri sim=
pliciter i omnibus his in quibꝰ
humana natura incipit esse.i sup
posito de nouo creato·deꝰ dicitur
factus homo eo ꝙ humana na=
tura incipit esse in supposito diui=
ne nature ab eterno preexistente ⁊
ideo deum fieri hominem nō est
deum fieri simpliciter.¶ Ad ter
tiam respondetur negando vniū=
saliter assumptum. Dicimus eñ
ꝙ quando aliquid p̄dicatur d̄ no=
uo de altero cum mutatione eius
de quo dicitur tunc fieri est muta
re·sicut conuenit in his que ab=
solute dicūtur. Ea vero que rela
tiue dicūtur possunt de nouo pre=
dicari.de aliquo absq3 eius mu=
tatione·sicut homo de nouo fit
dexter absq3 eius mutatione per
motum illius qui fit ei sinister.
Vnde in talibus non oportet om
ne qđ dicitur fieri esse mutatū qꝛ
hoc potest accidere per mutatio
nem alterius Et per hunc modū
dicimus Dominus refugium fa=
ctus est nobis·Esse autem ho=
minem p̄dicat̄ de nouo de deo abs
q3 eius mutatione·per mutatio=
nem humane nature que assumi
tur ad diuinam personam·et idō
cum dicitur.deus factus est ho=
mo·non intelligitur aliqua mu=
tatio realis ex parte dei·sed solū
ex parte humane nature·¶ Ad
quartam respondetur ꝙ ratio nō
pcedit·Dicimus enim ꝙ ꝓposi=
tio illa verificatur ratione vtrius=
q3 simul·scȝ suppositi ⁊ nature·ꝙ̄
uis enim illud suppositū semp fu=
erit·nō tamē semp fuit suppositū
humane nature ſm qđ significat̄
per hoc nomen homo.

CIrca Dominicam in=
fra octauas Natiuita
tis domini est euāge=
lium·In illo tempo=
re Erāt Joseph et Maria matē
Jhesu mirantes ⁊c̄·Luce·ij·Et
possunt disputari sequentes que=
stiones ¶ Prima·Vtrum sit veꝝ
ꝙ xp̄us sit positus in ruinā mul=
toꝝ ¶ Secūdo·Vtrū beata Ma=
ria ita gladio compassionis mor
tis xp̄i fuerit perforata vt vere
martir xp̄i appellari possit.

AD p̄mam questionē
qua queritur·Vtꝝ sit
verum ꝙ christus sit
positus in ruinā mul

toꝝ. sic pcedit ur Et videt̃ ꝙ nõ.
❡ Primo sic. Xpus nunꝗ̃ prebu-
it occasionem ruine alicui ex ali-
quo dicto vel facto suo. ergo nõ
fuit positus in ruinam alicui⁹. cõ-
sequentia est bona. et assumptũ
patet. quia pbere occasionem rui
ne aliquoꝝ est contra caritatẽ. et
ita peccatum. xp̄us autem pecca
tum non fecit. nec inuentus ẽ do-
lus in ore eius. ❡ Secũdo sic. xp̄s
positus est a deo patre in lucẽ gẽ
tium vt sit salus vsqз ad extremũ
terre. Ysa. xlix. ergo non est posi-
tus in ruinam alicuiũs. ❡ Tertio
sic. Xpus venit vt homines vitaз
habeant. vt ipse dicit Joh. Quar
to. ergo non est positus in ruinaз
mortis alicuius. ergo nõ videtur
verum ꝙ positus sit in ruinam.
Quarto. Qui occasionem damni
dat. damnum dedisse videtur. sed
si xp̄us est positus in ruinaз mul-
toꝝ ipse videtur esse causa pecca
ti hominum. ❡ In oppositum est
euangeliũ hic. et Ysa. viij. et i. pe
tri. ij. dicitur de xp̄o ꝙ erat in la-
pidem offensionis et in petrã scã
dali. ❡ Respondeo dicendum ꝙ
euangelista dicit verum ꝙ chri-
stus positus est in ruinam multo
rum. sed diuersimode ẜm duas ex
positiones Exponitur enim dupli
citer ille textus. Vno modo secũ-
dũ glo. quandam. i. in ruinã mľ
toꝝ. scз vitioꝝ et in resurrectio-
nem virtutum. Plane hoc verum
est Ipse enim est cui in persona
Jeremie dictum est. Jere. i. A
deo patre. Ecce constitui te sup
gentes et regna vt euellas. scili-
cet vicia et plantes virtutes. vbi
inquit glo. Non eñ poterant edi
ficari bona nisi destructa existe-
rent mala. nec plãtari optima ni
si eradicarentur pessima. vñ Ma
thei. xv. Oĩs oĩs plantatio quam
non plantauit pater meus cele-
stis eradicabitur. Alio modo ex-
ponitur respectu hominum ma-
loꝝ. et tunc dicitur. ꝙ etiam dcm
euangelij est verum ad istum in-
tellectum. scilicet ꝙ positus est
in ruinam multoꝝ. non ꝙ dicto
aut facto suo minus recte pbue-
rit occasionem ruine alicui. sed qꝛ
ex doctrina et operib⁹ sanctis su-
is multi mali ex malicia sua oc-
casionem receperunt ruine. Vn-
de sanctus Thomas in. iiij. dis.
xxviij. inquit. Oꝛqз aliq̃ ex fc̃is
vel dictis christi sumpserunt oc-
casionem ruine. dr esse positus in
ruinam et in scandalũ. nõ ꝙ ipse
dederit aliquã vel modicam occa
sionem ruine. Vnde non legitur
ꝙ aliquos scãdalizauit. sed ꝙ ali
qui ex dictis vel factis eius scan-
dalizati sunt. ❡ Ad rationes in
oppositum Ad pmam responde-
tur negando consequentiam. Et
ad pbationem dicimus. ꝙ bene
concedimus ꝙ christus non est
positus in ruinam ꝙ ipse dederit
occasionem ruine alicui. vnde ne-
minem scandalizasse legit̃. vt di-
ctum est. sed bene modo exposito.
❡ Ad secũdam respondetur ꝙ ra
tio pcedit ꝙ non sit positus in ru
inam sicut pbens occasionem rui-
ne. Ad tertiam rñdet̃ eodẽ mõ.

¶ Ad quartam respondetur negã do minorem. Xpus enim nulli de dit occasionez ruine. nec causa fuit peccati. Pro quo notanduz q duplex est occasio. scilicet data et accepta. Dicitur autem occasio data. quando fit aliquod op⁹ minus rectum ex quo per exemplũ alii pvocantur ad peccandum. si autem aliquis facit opus rectuz et alii inde pvocentur ad peccandum. non erit occasio data sed accepta. et talis fuit occasio phariseoꝝ qui scandalizabantur de doctrina christi. et sic etiam intelligenda sunt illa que iducuntur de Ysa. viii. Et. i. Petri. ii. Unde sãctus Thomas dicit in. iiii. q christus non dicit̃ petra scandali q per se fuerit scandali causa. quia ipse non dedit alicui occasionem scandali. sed dicitur in petram scãdali. ita q ꝓpositio in. non ordinẽ cause sed consecutionez importat quia ex his que christus fec̃ consecutum est scandalum iudeorum Hec ille.

Ad secũdam questionẽ qua queritur. Utrũ beata Maria ita gladio compassionis mortis christi fuerit perfossa. vt vere martyr possit appellari. sic pceditur. Et videtur q sic. Primo sic. Dic̃ Jeronimus in sermone de assumptõne beate virginis Marie. Recte dixerim dei genitrix virgo et martyr fuit q̃uis in pace vitam finiuerit. ¶ Secũdo sic. Dicit Greg. Iure enim plus q̃ martyr est q̃ nimio amore vulnerata testis extitit saluatoris. et p̃ merore i animo cruciatum sustinuit passionis ¶ Tertio sic. Dicit Bern. Longe eam plus q̃ martyrem censemus in qua passionis sensum cõpassionis supauit affect⁹. Quarto. Idem Bernardus super illd. In plenitudine sanctoꝝ detentõ mea. Merito in plenitudine sanctoꝝ detentio ei⁹ erat cui nec puritas angeloꝝ / nec fides defuit patriarchaꝝ / nec spiritus pphetarum / nec apostoloꝝ zelus / nec constantia martyrum / nec sobrietas confessoꝝ / nec castitas virginum / nec coniugatoꝝ fecũditas ergo videtur q beata virgo habuit omnes pprietates gratuitas alioꝝ sanctoꝝ. ergo martyr dicenda est. ¶ In oppositum autem arguitur sic. Mors est de ratione martyrii. Unde Maximus in quodam sermone dicit de martyre. q vincit pro christo moriẽdo. qui vinceretur sine fine viuendo. sed beata virgo nõ sustinuit pro christo mortem. ergo nõ est dicẽda martyr. minor patet. Dic̃ em̃ Ambrosius tractans hoc euangelium. Nec historia nec littera docent beatam Mariam gladio vitam finiuisse. ¶ Respondeo dicendum iuxta sanctum Thomaz in scda scde. questione. xxiii. q de martyrio loqui possumus dupliciter. Uno modo ƀm perfectam eius rationẽ. et sic de ratiõe martyrii est mortez sustinere actu p nomine christi. Istud patet sic. Martyr grece dicitur quasi.

testis fidei christiane per quam nobis visibilia propter inuisibilia contemnenda proponuntur, vt dicitur ad Heb. xi. Ad martyrium ergo pertinet vt homo testificetur fidem se opere ostendens cuncta presentia contemnere, vt ad futura inuisibilia bona perueniat. Quamdiu autem hominis in hac vita remanet vita corporalis nondum opere se ostendit temporalia cuncta despicere. Consueuerunt enim homines et consanguineos et omnia bona possessa contemnere, et etiam dolores corporis pati vt vitam conseruent. Vnde et sathan contra Job dixit. Pellem pro pelle et cuncta que habet dabit homo pro anima sua id est pro vita corporali. Et ideo ad perfectam rationem martyrij requiritur quod aliquis mortem sustineat. Et hoc modo beata virgo non fuit vere martyr cum vitam gladio non finierit. Secundo modo possumus loqui de martyrio secundum quandam similitudinem. Vnde Isidorus in libro ethymo. dicit. Duo sunt genera martyrij. vnum in aperta passione. alterum in occulta animi virtute. et hoc modo beata virgo propter immensum amorem eius ad xpm in passione xpi martyr fuisse. Vnde Augustinus in sermone quodam de ea ita dicit maria que mente passa est plus quam martyr fuit minimum. quia eius dilectio amplius fortis quam mors. quoniam mortem christi suam fecit. Hec ille. Ad rationes in oppositum respondetur quod vt dicit sanctus tho. tam in secunda secunde quam in quarto. omnes auctoritates ille sanctorum intelligende sunt de martyrio secundum quandam similitudinem. Ad rationem vltimam respondetur eodem modo quod procedit de martyrio dicto secundum similitudinem.

In festo circumcisionis est euangelium. In illo tempore. Postquam consumati sunt etc. Luce. ij. Circa quod possunt hee questiones disputari. Prima. Vtrum christus debuit circumcidi. Secunda. Vtrum circumcisio nunc tempore gratie cessare debuit. Tertia. Vtrum conuenienter nomen christo fuit impositum ihesus.

Ad primam questionem qua queritur. Vtrum christus debuit circumcidi. sic proceditur Et videtur quod non. Primo sic. Circumcisio fuit ordinata in remedium originalis peccati. sed christus non contraxit originale peccatum. ergo christus non debuit circumcidi. Secundo sic. xps non fuit decimatus in lumbis abrahe quia figurabat medicinam originalis. ergo nec debuit circumcidi eadem ratione. Tertio sic. sabbathi obseruatio vicinior erat preceptis moralibus inter que etiam computatur quam circumcisio. sed christus sabbata litteraliter non obseruabat. Vnde dicebant iudei de ipso. Johannis nono cap. Non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. ergo non debuit seruare circumcisionem. In oppositum est euengelium presens.

¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione · quod christus debuit circumcidi non propter indigentiam aliquam · sed propter decentiam. Cuius potest multipliciter ratio assignari. Primo quidam vt ostendat virtutem carnis humane · contra manicheum qui dixit eum habere corpus fantasticum · et contra apollinarem · qui dixit corpus diuinitati esse consubstantiale · Et contra Valentinum · qui dixit christum corpus de celo attulisse · Secundo vt approbaret circumcisionem quam olim deus instituerat · Tertio vt ostenderet se esse de genere Abrae qui circumcisionis mandatum acceperat in signum fidei quam de se ipso habuerat Gen. xvij · Et cui facta est repromissio de christo · Quarto vt iudeis excusationem tolleret ne eum reciperent si esset incircumcisus . Quinto vt obedientie virtutem nobis suo exemplo commendaret. Vnde octaua die circumcisus est sicut erat in lege preceptum Sexto vt qui in similitudinem carnis peccati venerat remedium quo caro peccati consueuerat emundari non respueret . Septimo vt legis onus in se ostentans · alios a legis onere liberaret · secundum illud Gal. iiij · Misit deus filium suum factum sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret · ¶ Ad rationes in oppositum Ad primam respondetur negando consequentiam · quoniam christus sicut propria voluntate mortem nostram suscepit que est effectus peccati · nullum in se habens peccatum vt nos a morte liberaret · ita et circumcisionem que erat remedium originalis peccati suscepit absque hoc quod haberet originale peccatum vt nos a legis iugo liberaret sicut dictum est ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam Et ratio est quia decimatio erat actus tantum figuralis quantum ad illos qui in lumbis Abrae decimabantur · et ideo christo non competebat qui immunis fuit ab originali peccato · sed circumcisio etiam habet alias causas preter decimationem in illis qui circumciduntur et ideo non est similis ratio de vtroque · ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratio est · quia christus in pueritia sua in nullo ab aliis pueris segregatus fuit quantum ad exteriorem conuersationem · et ideo omnia que ad pueros pertinebant in veteri lege impleri voluit sed quando iam ad perfectam etatem peruenit ostendere se debuit dominum esse legis · et legem vsque ad ipsum positam fuisse · et ideo in quibusdam supra legem operatum esse · sicut de obseruatione sabbati et in tactu leprosi etc.

Ad secundam questionem qua queritur · Vtrum circumcisio nunc tempore gratie cessare debuit · sic proceditur · et videtur quod non · ¶ Primo sic · Omnis christi actio nostra est instructio · Vnde dicitur Johan. xiij · Exemplum enim dedi vobis vt quemadmodum feci vobis et ita faciatis · sed christus fuit circumcisus · vt in precedenti questione · ergo exemplo

suo debemus circũcidi. et per cõsequens circũcisio cessare non debuit. ¶ Secũdo sic. Dicitur Gen. xvij. ꝙ circũcisio dabatur in fedus eternum. sed eternum est qđ nullo fine clauditur. ergo circumcisio cessare non debuit. Tertio sic. Figuralia que signant id qđ semper faciendum est nõ debent cessare. sicut de thurificatiõe que signat deuotionem. patet. sed circũcisio cordis cuius laus ex deo ẽ ad Roma. ij. semper facienda est et hanc signat exterior circumcisio. ergo cessare non debuit. ¶ In oppositũ est illud Gal. v. Si circũcidimini xp̄us vobis nihil proderit. Secũdo sic. ad Heb. vij. dicit apostolus. ꝙ translato sacerdotio necesse est vt legis translatõ fiat. Sed oportuit sacerdotium transferri. ergo et legẽ. et si hoc tũc et sacramenta legalia. sed inter hec p̄cipuũ est circũcisio. ergo ꝛc. Respondeo dicendum sḃ ista conclusione. ꝙ circũcisio cessauit et debuit cessare. que cõclusio ostenditur sic. Cum venit qđ perfectũ est. euacuari debet qđ ex parte est. si ad idem ordinẽtur quia gratia non facit per duo qđ per vnũ potest facere. sic nec natura. Circũcisio autem imperfecta erat respectu baptismi. ¶ Et hoc tripliciter. Primo q̄tum ad significationem quia non significabat ita exp̄sse emundationẽ totius hominis ab imũdicia culpe originalis sicut ablutio baptismalis. Secũdo q̄tum ad efficaciam. quia non ita habundans gratia ad operandum et rep̄mendũ fomitem in circũcisione dabatꝰ sicut in baptismo. Tertio q̄tũ ad vtilitatem. quia non erat eiꝰ vtilitas ita cõmunis sicut baptismi. cum haberet determinatũ populum. determinatũ sexum. determinatũ tempus. qđ in baptismo nõ accidit. et ideo adueniẽte tempore plenitudinis debuit cessare baptismo substituto. ¶ Ad rationes i oppositum Ad p̄mam respondetꝰ negando consequentiam Et ratõ est. quia licet xp̄s in omnibꝰ opibus suis nos erudiuit. non tamẽ omnia fecit ad imitationem. sicut opa miraculosa et alia plura. Qđ autem xp̄us circũcidi voluit ratõnes sup̄ in questione p̄cedenti fuerunt assignate. ¶ Unde xp̄us nõ voluit circũcidi vt alij imitarentꝰ euꝫ quo ad hoc. sed magis vt ex hoc erudirentur de alijs que tacta sunt in rationibus superiꝰ assignatis. ¶ Ad secũdam respondetur negando consequentiaꝫ Et ratio est. quia cũ dicitur. ꝙ circũcisio sit data in fedus eternũ. nõ oportet ita intelligi eternũ ꝙ careat fine. ¶ Unde in eadem littera dñs dicit. ꝙ dabit eis terram in possessionem eternam. et constat tamen ꝙ terram p̄missionis iudei non possident. vnde eternũ distinguitur. et dicitꝰ tripliciter aut q̄tũ ad durationẽ. aut q̄tũ ad finis indeterminationẽ. aut quantum ad significationẽ. Primo modo dicitur dupliciter. aut quia caret p̄ncipio et fine. et sic Eccl. xviij. d. Qui viuit in eternum crea-

uit omnia simul. aut quantum ad puatione termini tantum. sicut illud ps. Statuit eam in eternum et in seculum seculi. Eternum secundo modo quantum ad indeterminationem dicitur. sicut sacerdotium Aaron dicitur eternum quia deus non determinauit quando cessaret. Eternum quantum ad significationem. et sic circumcisio dicitur in fedus eternum. quia tempus durationis non est determinatum nobis. vel dicendum est quod est eternum quantum ad significatum suum. et quantum ad id quod ei succedit. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia principalis significatio ad quam instituta est ablutio originalis peccati quia circumcisio sacramentalis refertur ad effectum. hoc autem non semper faciendum erat per circumcisionem. et ideo non oportebat quod circumcisio semper maneret. Alia autem significatio est ex consequenti. et secundum illam non oportet accipi iudicium de duratione circumcisionis. thurificationis autem significatio numquam fuit ad significandum aliquid vt effectum eius. et ideo non est similis ratio.

AD tertiam questionem qua queritur. Vtrum conuenienter xpo fuit nomen impositum ihesus. sic proceditur. Et videtur quod non. Primo sic. Veritas prophetica debet pronunciationi prophetice respondere. sed prophete aliud nomen de xpo pronunciarunt. Dicitur enim ysaie. vij. Ecce virgo concipiet et pariet filium. et nomen eius vocabitur emanuel. et Ysa. viij. Voca nomen eius accelera. spolia detrahe etc. et Ysa. ix. Vocabitur nomen eius admirabilis. consiliarius. deus fortis. et Zach. vi. Ecce vir oriens nomen eius. ergo inconuenienter vocatum est nomen eius ihesus. ¶ Secundo. Ysa. lxij. dicitur. Vocabitur nomen tibi nouum quod os domini nominauit sed hoc nomen ihesus non est nomen nouum. sed pluribus fuit in veteri testamento impositum. vt patet de ihesu filio Iosedech et de ihesu naue. vt patet etiam ex ipsa genologia xpi. Luce. iij. ergo videtur quod inconuenienter sit vocatum nomen eius ihesus. Tertio sic. Hoc nomen ihesus salutem significat. sed salus per xpm non est facta solum in circumcisione. sed etiam in principio. vt patet per apostolum Roma. iiij. ergo inconuenienter hoc nomen est impositum in circumcisione. ¶ In oppositum est euangelium presens. vbi dicitur. Postquam consumati sunt dies octo vt circumcideretur puer. vocatum est nomen eius ihesus. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. quod conuenientissime vocatum est nomen eius ihesus. Ista conclusio probatur et eius conuenientia ostenditur sic Nomina enim si conuenienter imponantur debent proprietatibus rerum respondere. hoc patet in nominibus generum et specierum. de quibus dicitur. iiij. metha. Ratio enim quam signat nomen est diffinitio que designat propriam rei naturam. Nomina autem singularium hominum semper imponuntur ab aliqua proprietate eius cui nomen imponitur. vel a tempore sicut imponuntur nomina aliquorum sanctorum his qui in eorum festis nascuntur. vel a cognatione sicut cum filio imponitur nomen

patris vel alicuius de cognatio-
ne. vel etiam ab euentu sicut Jo-
seph vocauit primogenitum suum Ma
nassen. i. Obliuisci me fecit deus
omnium laborum meorum. Gen. xli. vel
etiam ex aliqua qualitate eius cui
nomen imponitur sicut Gen. xxv.
quod qui primo egressus est de vtero
matris rufus erat et totus in mo
rem pellis hispidus. vocatum est
nomen eius Esau quod interpretatur
rubeus. Nomina autem que im-
ponuntur diuinitus a quibus sem-
per significant aliquod gratuitum do
num eis diuinitus datum. sicut Gen.
xvij. dicitur Abrae. Appellaberis
Abraam quia pater multarum gen
tium constitui te. et Math. xvi.
dictum est Petro Tu es Petrus
et super hanc petram edificabo
ecclesiam meam. quia igitur ho-
mini xpo hoc munus gratie col-
latum erat. vt per ipsum omnes sal-
uarentur. Ideo conuenienter voca
tum est nomen eius ihesus. id est
saluator. Vnde hec ratio assigna
tur ab angelo Mathei p°. cum ait
ad ioseph. Vocabis nomen eius
ihesum. Ipse enim saluum faciet po
pulum suum a peccatis eorum. Con
uenienter ergo vocatum est nomen
eius ihesus. Est quidem nomen
multe excellentie et sublimitatis
ita vt in nomine ihesu omne ge-
nu flectatur celestium terrestrium et
infernorum. Est nomen multe virtuo
sitatis et efficacie. Nam est nomen
quod vt inquit Petrus rauennas. de
dit cecis visum / surdis auditum /
gressum claudis / sermonem mu-
tis / vitam mortuis / totamque dia-
boli potestatem de obsessis cor-
poribus virtus huius nominis effuga
uit. Est preterea nomen magne cle-
mentie et reuerentie cum non sit ali-
ud nomen datum hominibus sub quo opor-
teat nos saluos fieri Actuum. iiij.
Secunda conclusio. Conuenienter
in die circumcisionis vocatum est no-
men eius ihesus. probatur hec con
clusio. Tum primo quia ista erat mos
apud iudeos. Vnde sicut legitur.
Gen. xvij. Simul Abraam susce-
pit impositionem nominis a deo et cir-
cumcisionis mandatum. et ideo apud
iudeos consuetum erat vt ipso die cir
cumcisionis nomina pueris imponeren-
tur. sicut etiam nunc pueris in ba
ptismo nomina imponuntur. Tum secun-
do. quia hodie primo legitur effu-
disse sanguinem pro nobis qui fuit
archa redemptionis nostre. vt di
cit Bern. Tertia conclusio. Con
uenienter hoc nomen est imposi-
tum xpo non ab homine sed ab an
gelo. Patet conclusio. quia vt dicit
glosa interlinearis super illud Luc
ij. Vocatum est ab angelo. non de-
cuit tam gloriosum nomen prius ab
hominibus appellari. sed ab excellen
tiori natura. ne homo videretur ma
chinator huius nominis. Et Orige-
nes inquit. Vocabulum ihesu glori
osum omni odoratu cultuque dignis
simum nomen quod est super omne no
men. non decuit primo ab homini
bus appellari. nec ab eis inferri
in mundum. sed ab excellentiori ma-
iorique natura. Vnde singulariter euan-
gelista addidit. et vocatum est nomen
eius ihesus. quod vocatum fuerat ab
angelo antequam conciperetur in vtero.

¶ Ad rationes in oppositū Ad p̄mam respondetur q̄ rō non p̄cedit. quia in oībus illis nominib⁹ q̄dammodo significat̄ hoc nomē ihesus qd̄ est significatiuū salutis. Nam in hoc q̄ dicitur. Emanuel. qd̄ interp̄tatur nobis cū deus designatur causa salutis que ē vnio diuine et humane nature in persona filij dei p quā factuz est vt deus esset nobiscum. Per hoc qd̄ dicitur Voca nomen eius accelera spolia detrahe ꝛc̄. designatur a quo nos saluamur. q2 a diabolo cuius spolia abstulit. ꝫm illud Coll'. ij. Expolians p̄ncipat⁹ et potestates traduxit confident̄ ¶ In hoc etiam qd̄ dicitur. Vocabitur nomen eius admirabilis ꝛ cetera. designatur via et termin⁹ nostre salutis. in q̄tum scz admirabili diuinitatis consilio et virtute ad hereditatez futuri seculi p dicimur. in q̄ erit pax perfecta filioꝝ dei sub ipso p̄ncipe deo. qd̄ vero dicit̄ Ecce vir oriens nomē eius ad id refertur. ad qd̄ p̄muz id est ad incarnationis misterium ꝫm q̄d exortum est. i tenebris lumen rectis corde. ¶ Ad secūdam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia licet aliq̄bus qui fuerunt ante xp̄m conuenire potuit hoc nomen ihesus secūdum aliquam aliam rationem. puta quia aliquam p̄ticularez salutem attulerunt. vt ihesus naue saluabit populū israel. hostes eius debellando. vt legitur in libro Josue. sed ꝫm rationem spiritualis et vniuersalis salutis hoc nomen p̄prium est xp̄us et ꝫm hoc dicitur esse nouū. in q̄tum est impositū ei ab hac p̄prietate quod est enim saluator. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia licet sal⁹ facta per xp̄m cōmunis sit et iudeis et gentilib⁹. nihilomin⁹ p̄ncipalitē dicit̄ esse missus ad oues que p̄ierunt domus israel.

In Vigilia Epiphanīe est euangelium. In illo tempe. Defuncto herode ꝛc̄. Mathei ij. Circa quod potest disputari sequens questio.

Utrum xp̄us conuenient̄ vocatur nazarenus. et videtur q̄ non. Et p̄mo arguitur q̄ non. ratione illius glo. interlinearis qua exponit̄. i. sanctus. ¶ Primo sic. Xp̄o non cōuenit sanctificari. quia in quolibz ordine p̄mū mouens est immobile. sed xp̄us est p̄ncipiū totius hūane sanctificationis. ergo ip̄e sanctificatus non est. ¶ Secūdo sic. Omne qd̄ fit. fit ex contrario. generationes eīm ꝫm ph̄m ex contrarijs sunt. sed xp̄s ab omni peccato qd̄ sanctitati contrariat̄ immunis fuit. ergo xp̄us sanctificatus non est dicendus. Tertio arguitur. q̄ nō debeat dici nazarenus. q2 in nazareth fuit conceptus. et pari rōe dicend⁹ essz bethleemita. quia in bethleez fuit natus. sed hoc nō dicitur. ergo nec aliud est dicendum ¶ Quarto sic Non videtur verū q̄ p p̄phetas dictuz sit q̄ nazaren⁹ sit noiand⁹

ergo non videtur dicendum Assumptum patet. quia non inuenitur in scriptura tale dictū. ¶ In oppositū est euangeliū pn̄s. Respondeo dicenduz sub ista cōclusione q̄ conuenientissime xp̄s appellatus et nominatus est nazarenus. Ista conclusio ostenditur ex multiplici ratione. Primo ratione sanctitatis. Interp̄tatur eniz nazarenus. id est sanctus siue sanctificatus. xp̄s autem fuit sanct⁹ sanctoꝝ Daniel. ix. Dicitur etiā ab angelo beate Marie Luc. p° Quod enim ex te nascetur sanctū vocabitur filius dei. et Joh. x. d. Quem pater sanctificauit et misit in mūdum. Secūdo conuenienter dicitur nazarenus rōne interp̄tationis quia interp̄tatur floridus. Ysa. xi. Egredietur virga de radice yesse. et flos de radice eius ascendet Virga vt dicit Jero. est dei genitrix. Flos filius eius ꝛ bene flos. quia ad moduz floris natus mira pulcritudine venustatus. q̄to odore diffusus ī fructu dulcissimus. Flos em̄ lumine sol' nascitur qd̄ est lumen celeste nō habens generans aliqd̄ nisi diuinum. sic floruit qn̄ sol etern⁹ virtute caloris et luminis in vteruz cōgessit virginis. hic flos picturatus est venustate virtutis. Vn̄ bene nazarenus dicitur qui interp̄tatur floridus. hic flos gratus est odore. Canti. iiij. Emissiones tue paradisus. hoc est effragatōnes odoꝝ tuoꝝ in fama tue v̄tutis videntur esse odoramēta florum padisi. hic floris spes ē dulcissimi fructus in adeptione gaudij eterni. Cant. ij. Fructus dulcis est gutturi meo. Tertia ratio Conuenienter xp̄s noīatur nazarenus. quia conceptus est in nazareth. et vt dicit Albertus magnus. q̄ conceptus xp̄i multum congruebat nomini nazareth. q̄a sicut diuine generatiōi. ita ꝛ humane generationi. Flores de flore assimulantur. Flos enim pullulat d̄ vno germine in decore ꝛ colore. similiter filius s̄m diuinam generationem p̄cedit ab vno q̄ ē in celis sine matre. et s̄m generationem hūanaz de vna in terra sine patre. Bene ergo in nazareth conceptus fuit flos noster. qui sicut flos de flore sine virili cōmixtione de vno matre saluo virginitatis decore et matris integritate p̄cessit. Quarto nazarenus dicitur. quia ibi nutritus fuit ꝛ educatus. xp̄s enim sicut in flore cōcipitur. ita et in floribus sanctitatis nutrit̄ et educat̄ et pascit̄. Lectulus noster floridus est. Cant. p°. Quinta ratio. q̄a in nazareth domicilium fuit pentibus suis. sicut ioseph qui pater eius putabat̄ et beatissime virginis marie que verissime mater fuit. Vn̄ Luce. ij. Postq̄ pfecerūt omnia secūdum legem dn̄i reuersi sunt ī ciuitatem suam nazareth que dicebatur eoꝝ ciuitas. vt inquit glo. q̄tum ad habitationem. ¶ Ad rationes in oppositum Ad p̄mā respondetur. q̄ sanctificari. est sanctum fieri. Potest autez aliquis sanctus fieri duplicit̄. vel ex san-

cto vel non sancto. Ex sancto ite rum dupliciter. vel ex minus sancto magis sanctum. vt dr Ioh. xvij. Pater sanctifica eos in veritate Apostoli em tūc sancti erāt vel sm continuationem sanctitatis eadem qītitate seruata. et hoc modo xpus potest dici sanctificatus. sicut ibidem dicit. Ego p eis sanctifico meipsum. sed iste modus loquendi non videtur consuetus. Vnde sic de sanctificatiōe nō videtur loqui hic. Ex non scō dicitur aliquis sanctus fieri dupliciter Vno modo ex non sancto contrarie aut pūatiue. sicut per gratiaz sanctificari dicitur. et hoc modo xpus non potest dici sanctificatus esse. quia non pōt accipi cū consistentia subiecti defectus sanctitatis in eo fuisse. simul em fuit homo et sanctus. Alio modo pōt dici fieri sanctus de non sancto negatiue. et tūc bene dicitur ex non sancto sanctus factus rōe sanctitatis create que hominis est. et ita concedi pōt in aliq sensu xpm esse sanctificatum. Respondetur ergo ad pmam rationē in oppositum negando consequentiam et ratio est. quia pmū mouens i aliquo ordie mobiliū nō oportet eē immobile simpliciter sed immobile sm genus motus. sicut celū qd est pmum alterans mouet quidem sed non alteratur. non em est pmū mouens simpliciter. Similiter etiā xps sm q hō non est primū sanctificans simpliciter. sz deus trinitas. Est aūt pmū sanctificās inqītū homo non p modū satisfacietis p peccato. et sic sanctificatus non est. aliq tamē modo sanctificatus est. ¶ Ad secūdam rñdetur negando assumptum. Non omne qd fit ex contrario fit. sed solum qd fit per viam generatiōis et alterationis. Oportet tñ omne qd fit ex contingenti fieri. vt dicitur pmo phicoꝝ. id est ex eo qd non conuenit simul inesse. sic aūt contingens est non solum cōtrarium vel pūatio q requirūt subiectum sed etiam negatio que consistentiam subiecti non requirit. et sic ex non sancto xpus factus est vt dictum est. ¶ Ad tertiam rationem negatur consequentia Et ratio patet ex dictis. Ad quartam respondetur negādo cōsequentiam. qz licet sic in forma non reperiatur scriptū. ex multis locis tamen intelligit. nam nazarenus interptatur sanctus. et q xpus dicat sanctus. hoc habetur Daniel. ix. Item interptatur floridus. et hoc habetur Ysaie. xi. Egredietur virga 7c. et concordat cū eo qd dicit Cant. ij. Ego flos campi 7c. Vnde signāter dicit euāgelista p pphetas. Et tātum de ista conclusione.

In festo Epiphaine ē euangeliū illud. Cuz natus essz ihesus. mathei. ij. Circa qd pñt sequentes questiones disputari. ¶ Primo. Vtrū xpi natiuitas fuit conuenienter p stellā magis manifestata. Secūdo. Vtrum stella magis apparens fuerit vna de

celestibus stellis ¶ Tertio. Vtrum
magi conuenienter venerunt ad
adorandum et venerandū xp̄m.

AD p̄mam questionem q̄
queritur. Vtrum xp̄i na-
tiuitas fuit conuenienter
per stellam magis manifestata.
sic ꝓceditur Et videtur ꝙ non.
Primo sic. Hoc eñ videt̄ esse oc-
casio erroris q̄ntū ad illos qui exi
stimant sidera natiuitatibus ho-
minum dominari. sed occasiones
peccandi sunt hominibus aufe-
rende. ergo non fuit conueniens
ꝙ per stellam magis xp̄i natiui-
tas manifestaretur ¶ Secūdo sic
Signū oportet esse certū ad hoc
ꝙ p ip̄m aliquid manifestaretur
sed stella non videtur esse signuz
natiuitatis xp̄i. ergo inconuenie-
ter fuit natiuitas xp̄i per stellaz
manifestata ¶ In oppositum est
euangeliū p̄ns ¶ Respondeo dicē
dum sub ista conclusione. ꝙ con-
uenieter xp̄i natiuitas est magis
per stellam maifestata. Ista cō-
clusio patet. Primo. q: vt dicitur
Deutro. xxxij. Dei pfecta sunt
opera. sed talis manifestatio fu-
it opus diuinum. ergo p conueni
entia signa fuit effecta. Secundo
ostenditur. Sicut manifestatio si
logistica que fit per ea que sunt
magis nota ei cui est aliquid ma
nifestandū. ita manifestatio q̄ fit
p signa debet fieri per ea que sūt
familiaria illis quibus maifestā-
tur. Manifestū est autem ꝙ vi-
ris iustis est familiare et consue
tuz interius spūssancti instinctu
edoceri absq3 signoꝝ sensibilium
demonstratione. scz p spm̄ ꝓphe
tie. Alij vero corpalibus rebus
dediti p sensibilia ad intelligibi-
lia deducūtur. Judei autem con-
sueti erant diuina responsa p an-
gelos suscipe per quos etiam le
gem acceperant. ꝫm illud Actu
um. vij. Accepistis legez i dispo
sitione angeloꝝ. Gentiles v̓o et
maxime astrologi ꝯsueti sūt stel
laꝝ cursus aspicere. ⁊ ideo iustis
Symeoni et Anne manifestata
est xp̄i natiuitas p interiorem in-
stinctū spūssancti, ꝫm illud Luc̄
ij. Responsum accepit Symeon a
spūsancto non visurum se mortez
nisi p̄us videret xp̄m dñm Pasto
ribus autem et magis tanq̄ re-
bus corpalibus deditis est mani-
festata. xp̄i natiuitas p apparitio
nes visibiles. et q: natiuitas non
erat pure terrena sed q̊dammo-
do celestis. ideo pe signa celestia
vtrisq3 natiuitas xp̄i reuelatur.
Vt eñ Augustinus dicit in ser-
mone de Epꝭia dñi. Celos ange
li habitant et sidera ornant. vtris-
q3 ergo celi enarrant gloriaz dei.
Rationabiliter aūt pastoribꝰ tā-
q̄ iudeis apud q̊s frequenter fa
cte sunt apparitiōes angeloꝝ. re-
uelata est natiuitas xp̄i per āge
los. Magis autem consuetis in
consideratione celestium corpum
manifestata ē pe signū stelle. q:
sic dicit Chriꝭ. Per consueta eos
deus vocare voluit eis condescē-
dens ¶ Ad rōnes in oppositū Ad
p̄mā rñdetur negando assumptū
Dicimus eñ ꝙ stella que natiui
tatem xp̄i manifestauit omnem

occasionē erroris subtraxit. vt eñ
¶ Augustinus dicit cōtra Faustū
Nulli astrologi constituerūt ita
nascentiū hominū fata sub stellis
vt aliquam stellarum homine ali=
quo nato circuitus sui ordinem re
liquisse et ad eum qui natus ē pē
rexisse asseuerent. sicut accidit cir
ca stellam que demonstrauit na
tiuitatem xpi. et ideo p̄ hoc nō
cōfirmatur error eorum qui forte na
scentium hominum astrorum ordi=
ni colligari arbitrantur. Nō aūt
credunt astrorum ordinem ad ho=
minis natiuitatem mutari. Ad
secūdam respondetur negādo mi
norem. Dicimus eñ q stella illa
fuit signū certum natiuitatis xpi.
Tum p̄mo. qr sicut Chris. refert
In quibusdam scriptis apocriphis
legitur q quedam gens in extre
mo orientis iuxta oceanū quādā
scripturam habebat ex nomine
Seth de hac stella et muneribus
huiusmodi offerendis que gēs di
ligenter obseruabat huius stel=
le ortū positis exploratoribus. xij.
qui certis temporibus ascendebant
in montem in quo postmodū vi=
derunt eam habentem in se quasi
pueruli formam et sup se similitudi
nem crucis. et sic fuit certū signū
Vel secūdo dicendū q magi illi
traditionem balaam sequebantur.
qui dixit Orietur stella ex iacob
vnde videntes stellam extra ordi
nem mūdi. hanc esse intellexerūt
quam Balaaz futurā indicem re
gis iudeorum prophetizauerat. et ita
certum signum erat. Tertio sic
Dicit Augustinus in sermōe de
ephia. q ab angelis aliquaz mo
nitionem reuelationis audierunt
magi q stellaz natum xpm signi
ficaret. et ita certum etiam fuit si
gnum ¶ Quarto vel sicut dicit leo
papa in sermone de Ephia pre=
ter illam speciem que corporeum
incitat obtutū fulgentior verita=
tis radius eorum corda p̄docuit qd
ad illuminationem ptinebat. et
ita certū signum fuit.

Ad secūdam questionē q̄
queritur ¶ Utrum stella
magis apparens fuit vna
de celestibus stellis. sic pceditur
et videtur q sic. Dicit Augusti.
in quodam sermone Ephie. De
pendet ad vbera et vilum patitur
deus inuolumenta pānorum repen
te nouum sidus effulsit. fuit ergo
stella illa celestis que apparuit.
¶ Secūdo sic. Dicit Augustinus
in quodam sermone ephie. Pa=
storibus angelus. magis stella
xpm demonstrat. loquitur lingua
celorum. quia lingua cessauerat p=
phetarum. sed āgeli apparentes pa
storibus fuerunt vere de celesti=
bus angelis. ergo etiā stella ma
gis apparens fuit vna de celesti=
bus stellis ¶ Tertio sic. Stelle q̄
non sunt in celo sed in aere dicū=
tur stelle comete que nō apparēt
in natiuitatibus regū sed magis
sunt indicia mortis eorum. sed illa stel
la designabat regis natiuitatem
Unde magi dicūt Ubi ē. q natus
est. rex iudeorum. vidimus stellam
eius in oriente rc. ergo stella il=
la fuit vna de celestibus ¶ In op

positum est euangeliū pn̄s. Secū do dicit Augusti. contra Faustū Non ex illis erat stellis que ab initio creature itinerū suorū ordinem sub creationis lege custodiunt. sꝫ nouo v̄ginis ptu nouū sidꝰ apparuit. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. ꝙ stella illa apparens magis nō fuit vna de illis celestibus. Ista conclusio est Chris. sup Math. Que conclusio ostenditur ex multiplici distinctione qua stella illa distinguebatur a celestibus. vt dic̄ taꝫ sanctus Thomas ꝙ̄ Albertus magnus. Et p̄cipue in quinqꝫ. scilicet natura/situ/motu/claritate/ et significatione. Natura quidem quia erat corruptibilis et non de natura celi. et ideo pacto officio. conuersa fuit in p̄iacentēꝫ materiam. et hoc conueniens fuit. qa lumine vero inuento alio lumie non indigemus. Distinguebatur etiam in situ. quia non fuit in alto cū aliis stellis in firmamento. sed i spacio huius aeris vicina loca tenebat. Patet. quia isti p eaꝫ determinate distinxerunt domuꝫ Tertio. distinguebatur motu. qr cū alie stelle in circuitu rotarentur. hec sola recta linea tēdebat ab oriente que est versus aquilonem ad occidentem declinans ad meridiem versus iudeaꝫ vbi erat xp̄us. Preterea differebat i motu. qr non habebat continuū motum. sed cū oportebat stare stabat. Quarto in claritate differebat. quia ceteris splēdidior erat. Vnde Leo papa in sermone epiphanie. Tribus magis in regiōe orientis stella noue claritatis apparuit. que illustrior ceteris pulcriorqꝫ siderībꝰ in se tuentiū oculos aīosqꝫ conuerteret vt confestim aduerteretur non esse ociosum qd̄ tam insolitum videbatur Quinto significatione. vt dic̄ Albertus differebat. q̄niā alie stelle que faciles a mathematicis dicūtur non sole significant. sed collectis oībꝰ que sūt in ꝑido partibus et stellis. Hec auteꝫ sola debit glorie christi significationem eo ꝙ ille venerat in cuius dispositione et ꝓuidentia oīa sūt signa stelle et dispositiones. ¶ Ad rationes in oppositum Ad p̄maꝫ respondetur negando consequentiam Et rō est. quia in sacra scriptura celū qn̄qꝫ dicitur aer. s̄m illud. p̄s. Volucres celi et pisces maris. et ita sumitur in dc̄o Augusti. ¶ Ad secundam respondet̄ negando consequētiaꝫ Et rō est. qr ipsi celestes angeli ex suo officio hn̄t vt ad nos descendāt i ministeriū missi sed stelle celestes suū sitū non mutant. vn̄ nō est similis rō ¶ Ad tertiam respondetur negando assumptum. quia sicut nec ista stella fuit sita in celo. ita nec fuit cometa. quia cometa ē sicut facula ardens et nō diu stat. Itē vt dictum est illa stella nec stabat sita in orbe nec in supma aeris parte vbi generantur comete. sed erat in ꝓpinqua aeris parte. Preterea nec sequebatur motū stellarum cometaꝝ. Vn̄ manifeste differebat ab eis.

Ad tertiam questionem qua queritur. Utrum magi convenienter venerunt ad xpm adorandum et venerandum. sic proceditur et videtur quod non ¶ Primo sic. Unicuique regi reverentia debetur a suis subditis. Magi enim non erant de regno iudeorum. ergo cum ex visione stelle cognouerunt esse natum regem iudeorum. videtur quod inconvenienter venerunt ad eum adorandum ¶ Secundo sic. Stultum est vivente rege aliquo extraneum regem annunciare sed in regno iudee regnabat herodes. ergo stulte fecerunt magi alterius regis nativitatem annunciare ¶ Tertio sic. Certius est celeste iudicium quam humanum. sed magi ducatu celestis iudicij ab oriente venerunt in iudeam. ergo stulte egerunt preter ducatum stelle humanum iudicium requirendo dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeorum ¶ Quarto. Munerum oblatio et adorationis reverentia non debetur nisi regibus iam regnantibus. sed magi non invenerunt christum regia dignitate fulgentem. ergo inconvenienter ei munera et reverentiam exhibuerunt ¶ In oppositum est evangelium presens ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. quod magi convenienter et sapienter venerunt ad christum adorandum et venerandum Ista conclusio habetur primo ex illo Ysa. lx. Ambulabunt gentes in lumine tuo et reges in splendore ortus tui. sed qui divino lumine ducuntur non errant. ergo magi absque errore xpo reverentiam exhibuerunt. Secundo sic. Sicut dictum est. magi primitie sunt gentium in xpo credentium. in quibus apparuit sicut in quodam presagio fides et devotio gentium venientium a remotis ad xpm. et ideo sicut fides et devotio gentium est absque errore per inspirationem spiritussancti. ita et credendum est magos a spiritusancto inspiratos sapienter christo reverentiam exhibuisse ¶ Ad rationes in oppositum Ad primam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia licet magi non essent de regno iudeorum. erant tamen subditi eius quem adorare venerunt. quia cognoscebant eum verum deum eorum esse. cui omne genu flectandum erat. Unde beatus Augustinus in quodam sermone Epiphanie ita dicit. Numquid hunc magi tam devote requirerent tantoque pietatis affectu desiderarent. nisi eum cognoscerent regem qui rex etiam est seculorum. Item idem in alio sermone Denique cum tam multi iam nati atque defuncti essent reges iudeorum. numquam quemquam illorum adorandum magi quesierunt. Ratio. quia nec quemquam eorum zelo loquentem divini dicerunt ¶ Ad secundam respondetur quod non fuit stulticia quod magi fecerunt. tum quia herodes non erat rex naturalis iudee. sed alienigena. sed christus. unde non annunciabant regem extraneum. unde in hoc non stulticiam sed ostenderunt firmitatem nobis et constantiam fidei sue in xpo adimplentes illud

Nolite timere eos qui occidunt corpus. in qua intrepida annunciatione pfigurabatur constātia gentiū xp̄m vsqz ad mortem confitentiū. Vn̄ Chris. dicit sup matheum. Dū considerabant regez futuꝝ non timebant regem p̄sentem Adhuc non viderūt xp̄m et iaz parati erant ꝑ eo mori. Ad tertiā respondetur negando cōsequentiam Et ratio est. qꝛ hoc diuina dispositione factū est. Vn̄ Augusti. in sermone quodā epiphanie Stella que magos pduxit ad locū vbi erat cū matre virgine deus infans poterat eos pducere ad ciuitatem bethleē in q̄ natus est xp̄us. sed tamen subtraxit se donec de ciuitate in q̄ nasceretur xp̄us ipsi etiam iudei interrogarentur et ipi etiam ſm diuine scripture testimoniū noiarent vt sic geminato testimonio cōfirmarentur Item Leo papa dicit. Vt ardentiori fide expeterēt quā et stelle claritas et ꝓphetie manifestabat auctoritas ¶ Ad q̄rtam rn̄detur. ꝙ ratio militaret si magi regem terrenū querentes venissent qđ non fecerūt quia vt dicit Chris sup Math. Si sic fuissent confusi quia tanti itineris laborem sine causa suscepissent. vn̄ nec adorassent nec munera obtulissent. Nūc aūt qꝛ regē celestem querebant. et si nihil regalis excellentie in eo viderūt. tn̄ solius stelle testimonio contenti adorauerunt. Viderūt eñ hoiem et cognoscunt deū. et offerūt munera dignitati xp̄i congruentia Aurū quidem quasi rēgi magno Thus qđ in dei sacrificio ponitur immolant vt deo Mirra qua mortuoꝝ corpa condiuntur p̄bet tanq̄ pro salute omniū morituro.

In Domica infra octauas Epiē est euangeliuz. In illo tempore. Cum factus esset ihesus annoꝝ duodecim Luce. ij. Circa qđ possunt disputari sequētes questiones ¶ Primo. Vtrum xp̄us ſm aliquam sapientiam siue scientiam ꝓfecerat ¶ Secūdo. Vtrum xp̄us in gratia ꝓfecerit. ¶ Tertio. Vtrum xp̄s aliquid ab hominibus didicerit.

Ad p̄mam questionē qua queritur. Vtrū xp̄us ſm aliquam sapiām siue scientiam ꝓfecerit. sic ꝓceditur. Et videtur ꝙ non ¶ Primo sic. Sicut enim ſm scientiam beatitudis. vl' ſm scientiam infusam xp̄s cognouit omnia ita ſm scientiam acqsitam. sed ſm illas scientias non ꝓfecit. ergo nec ſm acquisitam. et per consequens ſm nullā ¶ Secundo sic. Proficere est imperfecti quia pfectum additionem nō recipit. sed in xp̄o nō est ponere scientiam imperfectam. ergo secūdum nullā scientiaz dicendus est ꝓfecisse ¶ Tertio. Damascenꝰ dicit. ꝙ qui dicūt xp̄m sapia et gratia ꝓficere vt additamentū sēsus suscipientem nō venerant vnionem. sed nō venerari vnionez est impium. ergo impium est dicere ꝙ scientia siue sapiētia ꝓfecerit

¶ In oppositum est euangeliũ p̄sens. vbi dicitur Luce. ij. q̄ ihesus p̄ficiebat sapiã et etate. ¶ Respondeo dicendũ sub tribus conclusionibus Prima est. q̄ in xp̄o dicũtur fuisse quatuor scientie. p̄ma est diuina et increata. de ista patet. quia cũ in xp̄o ponãt due nature p̄fecte. s̄m vnãquãq; in eo est ponenda sapiã siue sciã. sc; diuina increata et hũana creata Vnde in sexta synodo condemnata est positio negantiũ in xp̄o duas esse scientias siue duas sapientias Secũda scientia que in christo ponitur est sciã beatorũ. Fuit em̄ simul viator et cõp̄hensor. Tertia scientia fuit in eo indita. siue infusa. in q̄tum per verbum dei anime xp̄i sibi p̄sonaliter vnite imp̄sse sunt species intelligibiles ad omnia ad que est intellectus possibilis in potentia. sic etiam imp̄sse sunt per verbum dei species intelligibiles menti ãgelice in p̄ncipio creationis. vt dicit ¶ Augustinus. Vñ Coll'. ij. dicit. In xp̄o sunt omnes thezauri sapientie et scientie absconditi. Quarta sciã dicitur expimentalis siue acquisita. de qua dicitur ad Hebre. v. Cum esset filius dei didicit ex his que passus est obedientiam Glosa. id est expertus ẽ. fuit g° in eo aliq̃ expimẽtalis sciẽtia que est scientia acquisita Secũda conclusio. Xp̄us s̄m tres p̄mas scientias non p̄fecit. Ista cõclusio patet. Primo de diuina scientia. quia ista augeri non põt. Idẽ de scientia beatifica que etiam augeri non potest ¶ Idez de scientia infusa. quia a p̄ncipio conceptionis plenarie fuit in eo omnis scientia infusa Tertia conclusio iuxta sanctum thomam in tertia pte. Scientia acquisita fuit in christo augmentata non modo s̄m experientiam sed s̄m essentiam suã Quidam em̄ ponunt sicut etiã sanctus thomas ĩ quarto scripto posuit. q̄ solum s̄m expientiam. id ẽ per conuersionem specierũ intelligibilium inditarũ ad fantasmata et s̄m hoc dicũt q̄ scientia xp̄i p̄fecit s̄m expientiam conuertendo. sc; species intelligibiles inditãs ad ea que de nouo p sensũ accepit. Sed quia inconueniens videtur q̄ aliqua naturalis actio ĩtellectualis xp̄o deesset. cum abstrahere species intelligibiles a fantasmatibus sit quedam actio naturalis hominis s̄m ĩtellectũ agentem. conueniens videt̃ hãc etiam actionem in xp̄o ponere. et ex hoc sequitur q̄ in anima christi aliquis scientie habitus fuit q̄ per huiusmodi abstractionẽ specierũ potuerit augmẽtari. ex hoc scilicet intellectus agens post p̄mas species ĩtelligibiles abstractas a fantasmatibus poterat etiam alias abstrahere. ¶ Ad rationes in oppositum Ad p̄maz respondetur negando consequentiã Et ratio est. quia nõ est simile de p̄mis scientijs et de acquisitis. q̃tam scientia infusa anime christi q̄ scientia beatifica fuit effectus agentis infinite virtutis qui potest totum simul operari.

Vnde in neutra scientia christus
pfecit. sed a pncipio eaz pfectā
Sed scientia acquisita est tantū
ab intellectu agente qui non to=
tum simul operatur sed successi=
ue. et ideo ẜm hanc scientiā chri=
stus non a pncipio sciuit omnia.
sed paulatim. et post aliqd tem=
pus scz in perfecta etate. et sic
assumptum non est veruz. qd pa
tet ex hoc ꝙ euangelista ibi si=
mul dicit eum pfecisse scientia et
etate. ¶ Ad secundam responde
tur negando consequentiam ꝛ ra
tio est. quia licet scientia acquisi
ta in xpo fuerit semper perfecta
ẜm tempus. non tamē perfecta
fuit ẜm naturaz. et ideo potuit ha
bere augmentum. ¶ Ad tertiā di
cendum ꝙ verbum Damasceni
intelligendum est q̄tuz ad illos
qui dicunt simpliciter factam fu=
isse additionem scientie xpi secun
dū quācūqz scientiam. et pcipue
infusam que causatur in aīa chri=
sti ex vnione ad verbum. non au=
tem intelligitur de augmento sci
entie que ex naturali agēte in in=
tellectu causatur.

AD secūdam questionem
qua queritur. Vtrū xpus
in gratia pfecerit. sic p
ceditur. et videtur ꝙ sic. ¶ Pri=
mo ex pn̄ti euangelio in quo di=
citur ꝙ xpus pficiebat sapiētia
etate et gratia ¶ Secūdo sic. om
ni enī finito potest fieri additio.
sed gratia xpi finita fuit cum es=
set creata. ergo potuit augeri et
xpus in ea pficere. ¶ Tertio sic.
ꝙcūqz additur intellectuali na=
ture de perfectione. tanto magis
augetur eius capacitas. vt colli=
gi videtur in tertio de anima. sed
capacitas amplioris gratie facit
possibilitatem ad augmentum et
ita videtur ꝙ xpus pficere potu=
it in gratia. In oppositum est il
lud Johan. pmo. Vidimus eū q̄=
si vnigenitum a patre plenum g̃
tie et veritatis. sed nihil potest es
se aut intelligi magis plenū gra
tie q̄ ꝙ aliquis sit vnigenitus a
patre. ergo non potest esse nec
etiam intelligi maior gratia qua
xpus est plenus. ¶ Respondeo di
cendum ꝙ xps non pfecit in g̃=
tia ita ꝙ eius gratia in se augmē=
tum susciperet. Ista cōclusio sic
declaratur et pbatur iuxta san=
ctum Thomam. Aliquam for=
mam non posse augeri contingit
dupliciter. Vno modo ex parte
subiecti. Alio modo ex parte illi
us forme. Ex parte quidem sub=
iecti quando subiectu attingit ad
vltimum in participatione illius
forme ẜm suum modum. sicut si
dicatur ꝙ aer non potest cresce=
re in caliditate quādo pertingit
ad vltimum gradum caloris qui
potest saluari in natura aeris. li=
cet posset esse maior calor in rerū
natura. sicut est calor ignis. Ex p
te autem forme excluditur possi=
bilitas augmenti quando aliqd
subiectum attingit ad vltimam
perfectionē qua potest talis for=
ma haberi. sicut si dicamus ꝙ ca
lor ignis non potest augeri. qa
non potest esse perfectior grad⁹
caloris q̄ ille ad quem pertin=

git ignis. Sicut autem aliaꝝ for
marum est ex diuina sapientia de
terminata ꝓpria mensura ita ⁊ g̃
tie. ſm illud Sap̄. xi. Oīa ī nūero
et pōdere ⁊ mēsura disposuisti.
¶ Mensura autē vniuscuiusq; for
me perficitur per cōpationē ad
suū finem. sicut non est maior gra
uitas q̄ grauitas terre. qꝛ nō pōt
esse inferior locus loco terre. Fi
nis autem gratie est vnio creatu
re rationalis ad deū. non pōt esse
nec intelligi maior vnio creature
ad deum q̄ que est in pſona xp̄i.
Et ideo gratia christi ptingit vs
q; ad summam mensuraʒ gratie.
Sic gᵒ manifestū ē q̄ gr̄a xp̄i nō
poterit augeri ex pte ipsius gr̄e.
sed nec etiam ipsius subiecti. q̄a
xp̄us ſm q̄ homo a p̄mo instan
ti sue conceptionis fuit verus et
plenus cōphensor. Vnde in eo
non potuit esse gratia augmenta
tiua. sicut nec in alijs beatis quo
rum gratia augeri non potest. eo
q̄ sunt in termino. hominū vero
qui sunt puri viatores gratia po
test augeri. et ex pte forme quia
non attingit summum gratie g̃
dum. et ex parte subiecti. qꝛ non
dum peruenerūt ad terminū ¶ Ad
rationes in oppositum Ad p̄maʒ
de p̄senti euangelio respondetur
iuxta sanctum Thomam q̄ in sa
pientia et i gratia aliquis pōt p
ficere dupliciter ¶ Vno modo ſm
ipsos habitus augmentatiuos. ⁊
sic xp̄us in eis non pficiebat. qꝛ i
eo non fuit reale gratie augmen
tum. quia totaʒ plenitudinē gra
tie habuit ab initio sue concepti
onis. Alio modo ſm effectus si
ue ſm ostensionem in effectu. in
q̄tum scʒ aliquis sapiētiora ⁊ v
tuosa opera facit. et sic xp̄us pfi
ciebat sapientia et gratia. sic̄ etiā
etate. quia ſm pcessuʒ etatis p
fectiora opera faciebat qn̄ vole
bat se vt verum hominem demō
straret. et in his que sunt ad deū
id est ad gloriam dei. et in his q̄
sunt ad homines. id est ad salu
tem hominum ¶ Ad secūdaʒ re
spondetur q̄ verum est q̄ cuili
bet finito potest fieri additio. ma
thematice loquēdo. quia rō q̄ti
tatis quam solus mathematicus
considerat. nō prohibet quin pos
sit finito aliquid addi. si vero lo
quamur de quātitate naturali sic
non est verū. quia repugnat for
me cui debetur determinata quā
titas. sicut et alia accidentia deté
minata. Vnde ph̄us dicit secūdo
de anima. q̄ omniū natura cōstā
tium est terminꝰ et ratio magni
tudinis et augmenti. Et inde est
q̄ quantitati totius celi non po
test fieri additio. et multomagis
in ipsis formis consideratur ali
quis terminus vltra quē nō trāf
grediuntur. ⁊ ꝓpter hoc nō opor
tuit q̄ gratie christi possit fieri
additio. quāuis sit finita secūduʒ
suam essentiam. quia nec gr̄a po
test esse maior q̄ cōphensoris
nec gloria minor q̄ creature deo
in pſona vnite.

AD tertiam questionem
q̄ querit. Vtrū xp̄s ali
q̄d ab hoibus didice
rit. sic pceditur. et videt̄ q̄ sic.

Primo ex euāgelio pn̄ti. vbi dr̄ q̄ inuenerūt eū in templo in medio doctoꝝ interrogantem illos et respondentem. interrogare vero et rn̄dere est addiscentis. ergo videtur q̄ xp̄us aliquid ab hoībus didicit. Secūdo sic. Acq̄re re scientiam ab homine docēte videtur esse nobilius q̄ acquirere a sēsibilibus. quia in anima hominis docentis sunt species intelligibiles in actu. In rebus autē sensibilibus sunt species intelligibiles solū in potentia. sed xp̄us accipiebat scientiam expimentalem ex rebus sensibilibus. vt habitū est in p̄ma questione. g° multomagis poterat accipe scientiā addiscendo ab hoībus. ¶ Tertio sic. Xp̄us ꝓm sciam expimentalē a pn̄cipio non omnia sciuit. ꝫ in ea ꝓfecit. sicut dicitur i hoc euāgelio sed quilibet audiens sermonem sigficatiuū alicui⁹ pōt addiscere qd̄ nescit. ēgo xp̄s potuit ab hominibus aliq̄ addiscere q̄ secūdū hāc scientiā nesciebat. ¶ Quarto sic. Xp̄us ꝓm hanc sciam aliq̄d didicit ab angelis. ergo pari rōne potuit addiscere aliq̄d a doctis hoībus. assumptū ꝓbatur. Tum q̄r dicit Dionisius. iiij. celestis ierarchie. Per angelos videmus eū sub p̄rnis legibus ordinatū. sed qd̄ ordinat̄ aliq̄d ab ordinante accipit. ergo xp̄us aliq̄d eruditionis ab angelis suscepit. ¶ In oppositū ē illud Psa. lv. Ecce testem populis dedi eū ducem ac p̄ceptorem gentibus. Preceptoris autem non est doceri ꝫ docere. ergo xp̄us non accepit aliquā scientiam p doctrinā alicui⁹ alterius hominis. ¶ Respōdeo dicendū sub duabus conclusionib⁹. Prima est. q̄ xp̄us nō didicit aliquid ab hoībus. Ista cōclusio ꝓbatur sic. In q̄libet genere id q̄d est p̄mū mouēs non mouet̄ ꝓm illam spēm motus. sicut p̄mū alterans non alteratur. xp̄us aūt constitutus ē caput ecclesie. ꝓm illd̄ ad Eph̄. p°. Ipm dedit deus caput sup omnem ecclesiam. vt nō solū per ipm omnes hoīes gratiam accipent. ꝓm illud Joh̄. p̄mo De plenitudine eius oēs accepimus. ꝫ etiam vt oēs ab eo doctrinam veritatis recipent. vn̄ ipse dr̄ Joh̄. xviij. In hoc nat⁹ sū et ad hoc veni in mūdū vt testimoniū phibeaꝫ veritati. et iō nō fuit cōueniens eius dignitati vt a q̄cūqꝫ hoīe doceret̄. Secūda ꝯclusio. xp̄us nihil didicit ab angelis Ista cōclusio patet. q̄r supioꝛis n̄ ē ab inferiori recipe. ꝫ xp̄s etiam ꝓm hūanam naturā angel' superioꝛ fuit et caput. ꝓm illud Col'. ij. Qui ē caput oīs pn̄cipat⁹ et ptātis. g° ab eis nihil recepit. Item dicit Dioni̇. vij. cap̄. cele. ier̄. q̄ supmi angeli ad ipm ih̄m q̄stionē faciūt. et ipius diuine opationis ꝓ nobis sciam discūt. sed nō est eiusdem docere ⁊ doceri. ergo xp̄us nō accepit sciam ab angel'. ¶ Ad rōes in oppositū Ad p̄mā respondetur negādo ꝯnāꝫ Et ratio ē. q̄r sicut Origenes dic̄ sup lucam. dn̄s interrogauit n̄ vt aliq̄d disceret. ꝫ vt intrrogās erudiret.

Vnde ibidem in euangelio sequitur· q stupebant omnes qui euz audiebant sup prudētia et responsis eius· et videntes mirati sunt· Quia eni idem verus homo ꝛ verus erat deus· ad ostendenduz q homo erat/ homines magistros audiebat· ad pbandum q deus erat eisdem loquentibus sublimiter respondebat· ¶ Ad secūdam respondetur negando consequentiam Et ratio est· quia ille q addiscit ab homine non accipit immediate scientiam a speciebus intelligibilibus que sunt in mente ipius·sed mediantibus sensibilibus vocibus tanq signis intellectualium conceptionū·sicut autem voces ab hoie formate sunt signa intellectualis scientie ipsi9 ita creature a deo condite sunt signa sapientie eius· Vnde Eccl· p°· dicitur· q deus effudit sapiētiam suam super omnia opa sua· sicut ergo dignius est edoceri a deo q ab homine· ita dign9 est accipere scientiā p sensibiles creaturas q per hominis doctrinaz ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratio est· q cum duplex sit modus acquirendi scientiam·scz inueniendo et addiscendo· Modus qui est p inuentionem est pcipuus modus· Modus autem qui est p disciplinam est secūdarius· Vnde dicitur· p°· Eth· Ille quidez est optim9/ qui omnia per seipsum intelligit· bonus autem ille q bene dicenti obediat· et ideo christo magis cōpetebat habere scientiam acquisitā per inuentionem q per disciplinaz· psertim cum ipse daretur a deo omnibus in doctorem· fm illud Johel· ij· Letamini in domino deo vestro quia dedit vob doctorem iusticie· ¶ Ad quartaz respondetur negando assumptū et consequentiam· ad pbationez assumpti respondetur q sicut ipsemet Dionisius ibidez exponit· q xpus dicitur per angelos ordinatus· non q ipse illuminationez ab eis acceperit· sed q de his q ad xpm pertinebant circa ipm gerēda per angelos alij instruebant sicut Joseph de fuga in egyptū et de reditu de egypto· sicut patz ¶ Mathei· ij· Ipse enim p se in his instruere nolebat vt exterius ab alijs pueris non differret et veritas nature assumpte pbaretur·

In octauis Epiphaie est euangeliuz· Vidit Johannes Jhesū ꝛc· Circa qd possunt disputari sequētes questiōes· ¶ Primo· Vtrum Johannes testimonium reddens de xpo conuenienter dixit· Ecce agnus dei ꝛc· i q innuit q passio xpi sit opata humani generis salutem per modū sacrificij ¶ Secūdo· Vtrum conuenientius nominauit xpm agnū dei q aliquod aliud animal solitum sacrificari· ¶ Tertio· Vtrum xpus pncipalius passus est p deletione peccati originalis q actualium peccatoꝝ·

Ad pmam questionez q qrit· Vtꝝ Johes testiomū

reddens de christo conuenienter
dixit. Ecce agnus dei q̄ tollit pec
cata mundi . vbi innuit ꝙ passio
xpi sit opata salutez humani ge:
neris p modū sacrificij. sic ꝓcedi
tur. et videtur ꝙ non ¶ Primo sic
Veritas debet respondere figu=
re . sed in sacrificio veteris legis
que erat figura xpi nūq̄ offere=
bat caro humana. immo hec sac̄
ficia nepharia habebant. ergo vi
detur ꝙ passio xpi sacrificiuz dici
non possit. Secūdo sic. Dic̄ Au
gustinus . x. de trini ¶ ꝙ sacrificiū
visibile inuisibilis sacrificij ē sac=
mentū. id est sacr̄ signū. sed pas=
sio xpi non est signū sed magis si
gnatū p alia signa. g° passio xpi
non sit sacrificiū ¶ Tertio. Quicū
qꝫ offert sacrificiū aliqđ sacrū fa
cit vt ip̄m nomen sacrificij demō
strat Illi aūt qui xp̄m occiderūt
non fecerūt aliqđ sacrū sꝫ magnā
maliciam perpetrarūt. ergo pas=
sio xpi magis fuit maleficiū q̄ sa
crificiū ¶ In oppositū est euange=
liū pn̄s. cū beatus iohannes testi
moniū reddens de xpo dic̄. Ecce
agnus dei. scꝫ immolandus q̄ tol
lit peccata mūdi. ergo passio xpi
p modū sacrificij salutem opata
est ¶ Respondeo dicendū sub ista
conclusione ꝙ xpi passio opera=
ta est salutez humani generis p
modū sacrificij. Ista cōclusio pa
tet auctoritate et ratiōe. Aucto
ritate sic. Dicit. Apl's ad Eph.
v. de xpo. Tradidit semetip̄m ꝓ
nobis oblationem et hostiā deo
in odorem suauitatis. Rōe sic. Sa
crificiū dicitur ꝓprie aliqđ factū

in honorez ꝓpe deo debitū ad eū
placandū. et inde vt Augustin⁹
dicit in. x. de trinitate dei. Verum
sacrificium est omne op⁹ qđ agi:
tur vt sancta societate deo inhe=
reamus. relatum scꝫ ad illū finez
boni quo veraciter beati esse pos
sumus. sed xpus semetip̄m obtu=
lit in passione ꝓ nobis . et hoc ip
sum opus scꝫ ꝙ voluntarie passi
onem sustinuit . fuit deo maxime
acceptum . vtpote ex caritate pro
ueniens. ergo manifestū ē ꝙ pas
sio xpi fuit verū sacrificium p q̊đ
ipse xpus vnus verusqꝫ mediator
nos deo reconsiliauit. ¶ Ad ratio
nes in oppositum Ad p̄mam rn̄=
detur negando consequentiaz . et
ratio est. quia licet veritas respō
deat figure quo ad aliqđ non ta=
men q̄tū ad omnia. quia oportet
ꝙ veritas figuram excedat . et iō
conuenienter figura huius sacri=
ficij qđ offertur ꝓ nobis non fu=
it caro hominum. sed animaliū si
gnificantium carnem xpi que est
pfectissimū sacramentū ¶ Primo
quidem. quia ex eo qđ est huma=
ne nature caro. congrue ꝓ omni
bus hominibus offertur et ab eis
sumitur sub sacramento. Secun
do ex eo ꝙ erat passibilis et mor=
talis apta erat immolationi. Tē
tio quia ex hoc ꝙ erat sine pecca
to. efficax erat ad emūdāda pec=
cata ¶ Quarto quia ex eo ꝙ erat
caro ipius offerentis . erat deo ac
cepta ꝓpter caritatem suā carnē
offerentis. Vn̄ Aug⁹. dicit i. iiij.
de trinitate. Quis tam congruen
ter ab hoib⁹ sumeretur ꝙ ꝓ eis

offerreret q͠ humana caro. et qd tam aptum huic immolationi q͠ caro mortalis. et quid tam mundū ꝓ mūdandis vitijs mortaliuz q͠ sine contagione carnalis cōcupiscentie caro nata in vtero et ex vtero virginali. et quid tam grate offerri et suscipi possit q͠ caro sacrificij nostri corpus effectū sacerdotis nostri. ¶ Ad secūdam respondetur negando consequentiam Et ratio est duplex. Prima ē. quia Augustin⁹ ibi de sacrificijs visibilibus figurabilibus loquit̄ Secūda est. quia passio xp̄i licet sit aliquid signatū p alia sacrificia. est tamen signum alicui⁹ rei obseruande nobis. ẜm illud. i. petri. iiij. xp̄o igitur passo in carne. et vos eadem cogitatione armamini. quia qui passus est in carne desijt a peccatis. vt iam non hominū desiderijs. sed voluntate dei qd reliquū est in carne viuat tempis. ¶ Ad tertiam respondet̄ negando consequentiam Et ratō est. tum quia licet passio xp̄i ex pte occidentiū fuit maleficiū. et ex pte tamen ipsius xp̄i ex caritate patientis fuit sacrificiuz. tum q̄a hoc sacrificium xp̄us obtulisse dr non autem illi qui occiderūt.

Ad secūdā questionem q̄ queritur. Vtrum Johānes conuenienter specialiter noīauerit xp̄m agnū dei magis q͠ aliqd aliud animal solituz sacrificari. sicut bos/vitulus/capra/turtur/columba. Responǆdeo et ponitur conclusio respōsalis sine argumentis p̄cedentibus q͠ sic. et hoc multiplici de causa. Prima est. quia sicut dicitur Numeri. xxviij. Licet alia aīalia fierent sacrificia ī templo certis tēporibus. vnum tamen erat quotidianū in q̄ iugiter vnus agn⁹ de mane et alius vespere offerebat̄ nec hoc vnq͠ mutabatur. sed tanq͠ p̄ncipale obseruabat̄. alia vero ex adiūncto. et iō p agnū qui erat p̄ncipale sacrifitiū significat̄ xp̄us. qui est p̄ncipale sacrificiū. Nam omnes sancti q̄ ꝓ fide xp̄i passi sunt ꝓfunt ad salutem fidelium sed hoc non hn̄t nisi inq͠tū sup oblationem agni quasi oblatio adiuncta p̄ncipali sacrificio imolantur et hic offertur quidem mane et vespere. q: p xp̄m patz additus ad intelligentiam diuiorum contemplandam et fruēdā. qd ptinet ad cognitionem matutinam et instruimur quō vtamur terrenis absq3 inquinamēto peccati qd ptinet ad vespertinā. Secunda rō est. quia inter omnes figuras veteris testamenti agnus pascalis express⁹ figurabat passionem xp̄i. quia ille agnus erat sine macula et p eius immolationem filij israel liberati sunt a seruitute egyptiaca sicut per passionem xp̄i qui peccatū non fec̄ sumus liberati a seruitute diaboli. Vnde glosa īterlinearis supē verbo. Ecce agnus dei. dicit ¶ Innocens immolandus p̄figuratus in agno pascali. Tertia ratio ꝓpter mansuetudinez Ysaie. liij. Quasi agnus coram tondente se obmutescet. et non aperiet os suum.

Quarta ratio est ꝓpter vtilitatē quia lana sue conuersationis per exemplum dat vestimentū virtutis. et carnem in cibum nutrimēti spūalis. et lac doctrine in potū puulis nondum ad cibum solidū perfectis.

AD tertiam questionē q̄ queritur. Vtrum christꝰ p̄ncipalius passus ē pro deletione peccati origīalis q̄ꝫ actualium peccatoꝝ. sic proceditur Et videtur q̄ p̄ncipalius ꝓ deletione actualium ¶ Primo sic. q̄nto enim peccatum est grauiꝰ. tāto magis humane saluti aduersatur. ꝓpter quā deus est incarnatus et passus. sed peccatū actuale est grauius q̄ꝫ peccatū origīale Minima em̄ pena deletur originali. vt dicit Augustinus contra Julianum. ergo p̄ncipalius incarnatio xp̄i et passio ordinatᷣ ad deletionem actualiū ¶ Secundo sic. Peccato originali nō debetur pena sensus. sed solū pena dāni sed xp̄us venit ꝓ satisfactione peccatoꝝ penā sensus pati i cruce. non autem penā damni. quia nullum defectū habuit diuine visionis aut fruitionis. ergo p̄ncipalius venit ad deletionem peccatoꝝ actualiū q̄ꝫ origīalis. Tertio sic. Dicit Apl'us ad Gal'. ij. Dilexit me ⁊ tradidit seipsum ꝓ me. sed ꝓpa peccata nostra sunt actualia. origīnale em̄ peccatum est commune. ergo videtur id q̄d prius. ¶ In oppositum est euangelium pñs. cū ait. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mūdi. vbi aliqui textus habent peccatum. Vnde dicit glo. Peccatū mūdi ē originale quod est cōmune omnium ¶ Respōdeo dicendū sub duabus conclusionibus. Prima est. q̄ xp̄us venit in mundū non solū ad delendum originale peccatū. sed etiam ad deletionem omniū peccatoꝝ actualium. Ista conclusio patet. Primo ꝑ illud Osee vlti. Omnem aufer iniquitatē. et Coll'. ij. Qui viuificabit nos cū illo donans nobis oīa delicta. Q̄d vero non omnia peccata deleantᷣ in hominibus est ꝓpter defectū hominum qui xp̄o non adherent ſm illud Joh. iij. Venit lux i mūdum. et dilexerunt homies magis tenebras q̄ꝫ lucem. xp̄us aūt q̄d exhibuit scꝫ satisfactionē sue passionis sufficiens fuit ad omnia peccata delenda. ¶ Secunda conclusio est. q̄ p̄ncipalius xp̄s incarnatus et passus est ꝓ peccato originali Patet conclusio. q̄ tanto p̄ncipalius ad alicuiꝰ peccati deletionem xp̄us venit. quāto illud peccatū est maius. ſꝫ peccatū origīale ꝑ q̄d totū genꝰ humanum inficitur est maius peccatum extensiue q̄libet peccato actuali q̄d est ꝓpum singularis ꝑsone. ergo ad hoc tollendū christus p̄ncipalius venit in mūdū. inq̄ꝫtum bonū gētis diuinius est q̄ꝫ bonū vnius. vt dicitur. i. ethi. ¶ Ad rationes in oppositū Ad p̄mam respondetur q̄ maius aliq̄d dicitur dupliciter. Vno mō intensiue. sicut est maior albedo que ē intensior et per hūc modū pc̄tm

FF z

actuale est maius q̄ origiale· q: plus habet de ratione voluntarij Alio modo dicitur aliquid mai⁹ extensiue·sicut dicitur maior albedo que est in maiori supficie ꝛ sic originale peccatū p qd̄ totū genus humanū inficitur ē maius·et sic argumentū illud ꝓcedit de intensiua magnitudine· et iō nō militat·¶ Ad secūdam respondetur negando consequentiam Et rō ē quia licet peccato originali in futura retributione nō debeatur pena sensus·penalitates tamen sensibiliter in hac vita patimur · sic famē/sitim/mortem/ ꝛ alia huiusmodi·que ex peccato originali ꝓcedunt·ꝛ iō xp̄us vt plene ꝓ peccato originali satisfaceret voluit sensibilem dolorem pati· vt mortem et alia hmōi in seipso cōsummaret ¶ Ad tertiam respondetur negando cōsequentiā et ad dictū apostoli respondetur q̄ nō est ita itelligendū q̄ voluerit minuere amplissima et p orbem diffusa xp̄i munera qd̄ ꝓ se sol⁹ xp̄s mortuus sit sed vt p̄ omnib⁹ se solūm iudicaret obnoxium· et ideo non excluditur quin p̄ncipali⁹ venerit abolere peccatū origiale totius nature q̄ peccatum vnius psone·

IN octauis Epiphanie ſm eūdez vsum p̄dicatorꝫ legitur euangelium de baptismo xp̄i·scꝫ In illo tp̄e·Venit Ihūs a galilea ad iordanem ad iohannem vt baptizaretur ab eo·Mathei·iij·Et p̄nt disputari sequentes questiones ¶ Primo·Vtrum conueniens fuit xp̄m baptizari.

Secūdo. Vtrum conuenient̄ super xp̄m baptizatū celi apti fūt· et sp̄ūsanctus descendit sicut columba·et vox patris audita est·

AD p̄mam questionem q̄ queritur. Vtrū conueniens fuit xp̄ꝫ baptizari·sic ꝓceditur Et videtur q̄ nō ¶ Primo sic· Baptizari eīn est ablui ſꝫ xp̄o non conuenit ablui in q̄ nulla fuit impuritas. ergo videt̄ q̄ non fuit conuenīēs ip̄m baptizari·¶ Secūdo sic·Primū mouens i quolibet genere est immobile secūdū illū motū sicut celū quod ē p̄mum alterans non ē alterabile sed xp̄us ē p̄mū baptizans·secūdū illd̄ Joh̄·p°. Sup quē videris spiritū descendentem ꝛ manentez hic est qui baptizat. ergo xp̄m ñ decuit baptizari· Tertio arguitur sp̄ālitē baptismo iohānis sic Baptismus iohannis erat baptismus penitentie· sed xp̄o peitētia nō conuenit quia nullū habuit peccatū·ergo videtur q̄ nō fuit conueniens xp̄m baptizari baptismo iohannis·¶ In oppositum est euangeliū p̄ns ¶ Respondeo dicendum sub duabus conclusionibus Prima est · q̄ cōueniens fuit xp̄m baptizari. Et hoc p̄mo vt tactu sue mūdissime carnis videlicet regeneratiuā cōtuleret aquis·Nam vt dicit de conse· dis· iiij·Nūq̄ aqua peccata purgare posset nisi p̄us tactu dn̄ici corporis fuisset sanctificata. Vnd̄ ait Ambro·sup Lucam · Baptizat⁹

est dominus vt sanctificatas aqs postmodum baptizandis relinqret Et idem Chris. et Beda. Dignatus e lauari iordanicis q erat mundus a sordibus cunctis vt diluendas nostrorum sordes scelerum omnium fluenta sacrificaret aquarum ¶ Secundo sic qz vt dicit Augustinus in sermone de ephia. Voluit docere qd faciendum oibus imparauit. et hoc e q ipe dicit sic .:decz nos adimplere omnem iusticiaz. Vt enim Ambro. dicit sup Lucam. hec e iusticia vt q alterum facere velles pus ipse incipias et alios tuo horteris exemplo. Tertia ratione pceditur sic. Xpus erat finis veteris legis et initium noue. g° non solum debebat implere ea que fuit veteris legis. sed inchoare ea q sunt noue. et io sic conueniens fuit vt circuncideret vt circuncisionez et alia legalia finiret et terminaret. Ita conueniens fuit vt baptizaretur vt legem nouam inchoaret. Secunda conclusio. Conueniens fuit vt xpus baptismo Joh. baptizaret ¶ Ista conclusio habetur ex euangelio pnti. De hoc assignantur plures rones. Primo pter conditionem baptismi iohis q non baptizauit spu sz solum in aqua. xpus aut spuali baptismate non indigebat q a pncipio sue conceptionis gra spusanc̄ti fuit repletus. et ista e responsio Chris. Secundo vt dicit Beda. vt baptismo suo baptismum iohanis comprobaret. Tertio. vt in baptismo miracula ostendens euacuaret illorum errorem q iohannez xpo maiorem dicebant. Ad rones in oppositum Ad pmam rndetur negando consequentiam Et ro est. qz licet non fuit baptizatus vt ablueret. fuit tn baptizatus alijs rationibus assignatis ¶ Ad secundam rndet negando onam. et ad pbatione rndet q xps e pmum baptizans spualiter et sic non e baptizatus. sed in aqua solum ¶ Ad tertiam rndet negando consequentiam. et ro est. qz cum xpus nihil recepit a sacramentis. baptismus iohis non dr baptismus pnie q ad xpm. sed q ad alios q ad pniaz p ipm pparant. Sicut etia circuncisio xpi non fuit in remedium originalis peccati a q xps imunis erat. erat tn alijs in remedium. Vel dicendum q xpus hoc fecit licet non indigerz vt efficacius induceret homines ad baptismum q indigebant. vnde Ambro. sup Lucam dic. Neo refugiat lauacrum gre. qm xps lauacrum pnie non refugit.

AD secundam questione q querit. Vtrum conueniens fuit q sup xpm baptizatum celi apti sint. et spusanct9 descenderit. et vox patris audita sit. sic pcedit Et videt q non ¶ Primo de apertura celorum. arguitur sic. Aptio illa celorum aut intelligitur corpaliter aut spualit. sed non potest intelligi corpalit. qz corpora celestia sunt impassibilia et infrangibilia. similiter non pot intelligi spualiter qz an ocl'os filij dei celi antea clausi non fuerant. ergo inconuenienter videt dici q baptizato xpo apti sint celi ¶ Secundo sic de secundo. Xpus a pncipio sue

conceptionis habuit plenitudi-
nem gratie p quã spũssanct⁹ ha-
bitat in homine. g° nõ debuit spi
ritussanct⁹ ad eũ mitti in baptis-
mo. Tertio de tertio sic. Homo
xp̃us non incepit esse fili⁹ in bap
tismo sicut quidã heretici puta-
uerũt. sed a p̃ncipio conceptionis
fuit filiũs dei. magis ergo in nati
uitate debuit vox patris ꝓtesta-
ri xp̃i diuinitatem q̃ i baptismo
¶ In oppositũ em̃ est euãgeliũ p̃-
sens. ¶ Rñdeo dicendũ sub ista cõ
clusione ꝙ cõueniens fuit ꝙ xp̃o
baptizato celi apirent. spũssc̃us
descenderet. et vox patris audi-
retur. Probatur cõclusio p singu
la. Dicimus em̃ ꝙ celi apti sunt
xp̃o baptizato. q: vt dictũ ẽ. xp̃s
baptizari voluit. vt suo bapmo
cõsecraret baptismũ q° nos bapti
zaremur. et ideo in baptismo xp̃i
ea demõstrari debuerũt q̃ ptinẽt
ad efficaciam nr̃i baptismi ¶ Cir
ca quã sunt tria notanda. Primo
quidem p̃ncipalis v̓tus ex q̃ bap
tism⁹ efficaciã hʒ. que quidẽ v̓t⁹
ẽ celestis. et ideo baptizato xp̃o
aptũ est celũ. vt ondereẽ ꝙ de ce
tero celestis v̓tutis baptisma cõ
secraret. Secundo opatur ad effi
caciam baptismi fides ecclesie. et
eius qui et baptizaẽ. Vñ bapti-
zati fidem ꝓfitenẽ. et baptismus
d̓r fidei sacr̃m. Per fidem aũt ispi
cimus celestia q̃ sensum et rõnez
humanã excedũt. et ad hoc sig̃fi
candũ xp̃o baptizato apti sũt celi
Tertio q: p baptismũ xp̃i spũali
ter apitur nobis introitus regni
celestis. q̃ primo homini p̃clusus
erat per peccatũ. Vnde baptiza-
to xp̃o aperti sunt celi. vt osten-
deretur ꝙ baptizatis pate via i
in celũ. Ad argumẽtũ qd̓ fiebat
in oppositũ rñdetur ꝙ illa apẽtio
nõ fuit corpalis ꝙ realiter celũ
fuisset diuisum. sed videbaẽ aperi
ri sicut in corruscatiõe videnẽ api
ri. Tantus em̃ splendor fulsit su-
per xp̃m baptizatũ vt viderentur
celi apti. Consequenter patet cõ
clusio de conuenientia descensus
spũssancti sup xp̃m baptizatũ. di
cimus em̃ ꝙ cõuenienẽ dictũ est
ꝙ spũssanctus sup eũ descendit.
et in specie colũbe. et hoc dupli-
ci rõne ¶ Prima ad demonstrãdũ
plenitudinẽ gratie in xp̃o ¶ Se-
cũda rõ est. vt sup oms baptiza-
tos inuisibiliter credaẽ descende-
re. Omnes eñ qui baptismo xp̃i
baptizanẽ spũssanctũ recipiũt. ni
si ficte accedant. ſm illud Math
iij. Ipse vos baptizabit in spũsan
cto. et ideo cõueniens fuit vt sup
baptizatũ dñm spũssanct⁹ descẽ-
deret. et hoc in specie colũbe pro
pter dispositionẽ q̃ requiritur in
baptizato. vt scʒ fictus nõ acce-
dat. q: d̓r Sap. p°. Spũssanctus
discipline effugiet fictũ. Colum-
ba em̃ est aĩal simplex et astutiʒ
et dolo carens ¶ Ad rõnes in op
positũ respondeẽ ꝙ vt dicit Au-
gusti. Xp̃us in baptismo corpus
suũ. i. ecclesiã p̃figurare dignat⁹
est in q̃ baptizati accipiũt spiritũ
scm̃. Et hoc est qd̓ dictũ est in se
cũda causa assignata q̃re descen-
dit spũssanctus sup xp̃m baptiza
tum. Ceterũ d̓ voce patris auditã

Patet conclusio. qm conueniens fuit vt baptizato xpo vox patris audiretur. tum primo vt ostenderet quod per baptismum baptizati fiunt spirituales filii. Joh. p°. ¶ Dedit eis potestatem filios dei fieri. Secundo quia in baptismo xpi non solum representatur exemplum et efficacia sed etiam forma baptismi. que est ¶ In nomine patris et filii et spiritussancti. Math. vlti. Euntes docete omnes gentes baptizantes eas in nomine patris et filii et spiritussancti. et ideo in baptismo xpi vt Jheronimus ait. Misterium trinitatis demonstratur. Filius in natura humana baptizatur. spiritussanctus in specie columbe descendit. patris vox testimonium filio perhibentis auditur et ideo conueniens fuit vt in illo baptismo pater declararetur in voce. Ad argumentum in oppositum respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia diuinitas xpi non debuit omnibus in eius natiuitate manifestari. sed magis occultari in defectibus infantilis etatis sed qm peruenit ad perfectam etatem in qua oportebat eum docere et miracula facere et homines ad se conuertere. tunc testimonio patris erat eius diuinitas indicanda vt eius doctrina credibilior fieret. Vnde et ipse dicit Joh. v. Qui misit me pater ipse testimonium perhibet de me. et hoc precipue in baptismo per quem homines renascuntur in filios dei adoptiuos. Filii autem adoptiui instruuntur ad similitudinem filii naturalis ¶ Vnde Hilarius dicit super Matheum quod super ipsum baptizatum descendit spussanctus et vox patris audita est dicentis ¶ Hic est filius meus dilectus. vt ex his que seruabantur in xpo cognosceremus post aque lauacrum et de celestibus portibus sanctum in nos spm auolare et paterne vocis adoptione dei filios fieri.

Dominica prima post octauas Epiphie est illud euangelium. In illo tempore. Nuptie facte sunt in chana galilee etc. Joh. ii. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum xps debuit miracula facere ¶ Secunda Vtrum conuenienter xps incepit facere miracula in nuptiis. mutando aquam in vinum. ita vt conuersio aque in vinum fuit primum miraculum per eum factum. Tertia. Vtrum quis fuit sponsus in predictis nuptiis.

Ad primam questionem qua queritur. Vtrum xps debuit miracula facere. sic proceditur Et videtur quod non ¶ Primo sic. Factum enim xpi verbo suo debet concordare sed ipse dixit mathei. xvi. Generatio mala et peruersa signum querit. et signum non dabitur ei nisi signum Jone prophete. ergo non debuit facere miracula ¶ Secundo sic. Sicut xpus in secundo aduentu venturus est in virtute magna et maiestate. ita in primo aduentu venit in infirmitate. secundum illud Ysaie. liii. Virum dolorum et scientem infirmitatem. sed operatio miraculorum magis pertinet ad virtutem quam ad infirmitatem. ergo non fuit conue

niens vt in p̄m̄ꝫ aduentu miracula faceret. ¶ Tertio. Xp̄us venit ad hoc vt per fidem homines saluaret. s̄m illud Heb. xij. Aspicie̅tes in auctorem fidei et consumatorem ihesum. sed miracula diminuunt meritum fidei. Vnde dominꝰ dicit Joh. iiij. Nisi signa et ꝓdigia videritis non creditis. ergo videtur ꝙ xp̄us no̅ debuit facere miracula. ¶ In oppositum est euangeliu̅ p̄sens. in quo miraculum fecit de conuersione aque in vinu̅. ¶ Respondeo dicendu̅ s̄ꝫ ista conclusione. ꝙ conuenientissimu̅ fuit vt xp̄us miracula facerꝫ Pro cuius conclusionis declaratione est sciendum. ꝙ diuinitꝰ conceditur homini miracula facere ꝓpter duo. Primo et p̄ncipaliter ad confirmandum veritate̅ quaꝫ aliquis docet. Quia en̄ ea q̄ sunt fidei humanam rationeꝫ excedu̅t. non possunt p humanas rationes ꝓbari. sed oportet ꝙ ꝓbent̄ per argumentum diuine virtutis. vt dum aliquis facit opera que solus deus facere potest credent̄ ea que dicu̅tur esse a deo. Sicut cum aliquis defert litteras annulo regis assignatas. creditur ex volu̅tate regis ꝓcessisse qꝺ in illis co̅tinetur. Secu̅do ad ostendendum p̄n̄tiam dei in homine per gratia̅ sp̄ussancti. vt dum scꝫ homo fac̄ opera dei credatur deus habitare in eo per gratiaꝫ. Vnde Gal. iij. Qui tribuit nobis spiritum et operatur virtutes i nobis. Vtru̅qꝫ autem circa christum erat hominibus manifestandum. scilicꝫ ꝙ deus esset in eo per gratia̅. no̅ adoptionis sed vnionis. et ꝙ eiꝰ supernatural̄ doctrina esset a deo et ideo conuenientissimuꝫ fuit vt ipe miracula faceret. Vnde ipse dicit Johan. x. Si mihi non vultis credere operibus credite. Et Joha̅. v. Opera que dedit mihi pater vt faciam ip̄a sunt que testimonium ꝑhibent de me. ¶ Ad rationes in oppositum Ad p̄maꝫ respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia hoc qꝺ dicitur Math. xvi. Signum no̅ dabitur ei nisi signum Jone sic itelligendum est vt dicit Chrisostomus. ꝙ tu̅c non acceperunt tale signu̅ quale d̄ celo petebа̅t. no̅ ꝙ nullum signuꝫ eis dedit. vel quia signa faciebat non ꝓpter eos q̄s sciebat lapideos esse sed vt alios emendaret. et ideo non eis sic̄ alijs illa signa dabantur ¶ Ad secu̅dam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia licet xp̄us venerit in infirmitate carnis. venit tamen virtute dei quod erat manifestandum p miracula. ¶ Ad tertiam respondetur nega̅do consequentiam Et ratio ē. q̄a licet miracula in tantum diminuant meritum fidei in q̄ntum p hoc ostenditur duritia eorum qui nolunt credere ea que scripturis diuinis ꝓbantur nisi p miracula. tame̅ meliꝰ est eis vt vel p miracula conuertantur ad fide̅ q̄ ꝙ omnino in infidelitate ꝑmanent.

AD secu̅dam questione̅ qua queritur. Vtrum xp̄us conuenienter in

cepit facere miracula in nuptijs
mutando aquam in vinū. sic pro=
ceditur Et videtur ꝙ non. ¶ Pri
mo sic. Miraculum de conuersio
ne aque in vinum fecit anno sue
etatis tricesimo vel tricesimopri=
mo. sed in libro de infantia salua
toris legitur ꝙ xp̄us in sua pue=
ritia fecit multa miracula. ergo vi
detur ꝙ tunc non inceperit face=
re miracula ¶ Secūdo sic. Chri=
stus faciebat miracula v̄tute di=
uina. sed virtus diuina fuit in eo
a p̄ncipio sue conceptionis. ex
tunc enim fuit deus et homo. er=
go videtur ꝙ a p̄ncipio miracula
fecerit ¶ Tertio sic. Xp̄us ante il
lud tempus cepit congregare di
scipulos. vt legitur Mathei. iiij.
¶ Et Johan. p°. Sed discipuli cō=
gregati sunt ꝓpter miracula. er=
go videtur ꝙ ante miraculū fa=
ctum in nuptijs alia miracula fe
cerit ¶ In oppositum est euange=
lium p̄sens. vbi dicitur. Hoc ini=
tium signoꝝ fecit Jhesus. ¶ Re
spondeo dicendum sub aliquib⁹
conclusionibus. Prima est ꝙ cō
uenienter xp̄us distulit facē mi
racula vsq₃ ad perfectam etatez
aptam ad docendum. Ista cōclu
sio ostēditur sic ¶ Miracula facta
sunt a xp̄o ꝓpter confirmationez
doctrine sue et ad ostendendā di=
uinam virtutem in ipso. id quan=
tum ad p̄mum non debuit an̄ mi=
racula facere q̄ docere inciperez.
non debuit autem docere ante p=
fectam etatem qualis est trigin
ta annoꝝ. Vnde Gen̄. xli. legit̄.
ꝙ triginta annoꝝ erat Joseph
quando suscepit regimen egypti
Similiter. ij. Regū. v. legitur de
Dauid. ꝙ triginta ānoꝝ erat cū
regnare cepisset. Item Ezechi=
el etiam anno tricesimo cepit p=
phetizare. vt habetur Ezech. i.
et ideo conueniens fuit vt christ⁹
ante tricesimum annum non doce
ret. nec per consequens miracu=
la faceret. Secūdo ostendit̄ idez
inq̄ntum miracula sua erāt sue di
uinitatis manifestatiua. quia sic
debuit per miracula diuinitatem
ostendere. vt crederetur veritas
humanitatis ipsi⁹. id ē. nō impe
diretur cognitio vere humanita=
tis ipsius. et ideo non fuit conue=
niens eum ante perfectam etatē
miracula facere. ne eius incarna=
tio fantastica crederetur ¶ Vnde
Chris. super Johannem dic̄ De
center nō incepit signa facere ex
p̄ma etate. existimassent enim fā
tasiam esse incarnationem. et an=
te oportunum tempus cruci euz
tradidissent. Secunda conclusio.
Conuersio aque in vinum fuit p̄=
mum miraculū xp̄i absolute. pa=
tet ista conclusio ex euangelio p̄
senti. Secūdo patet sic. Quia op
positum est contra veritatem euā
gelij. ergo conclusio vera. Ante
cedens probatur sic. Johan. p°.
dicitur. ꝙ christ⁹ adhuc erat in=
cognitus. non solum ipsi populo
sed etiaz Johāni p̄cursori ei⁹. vn̄
Johannes baptista loquens de
eo dixit. Et ego nesciebam eum.
sc₃ ante baptismum. Similit̄ lo
quens iudeis dixit. Medius ve=
strum stetit quem vos nescitis.

Si aūt añ miracula fecisset nō fu
isset sic incognitus maxime suo p̄
cursori q̄ ad ip̄z maifestādū nat⁹
erat. vt patz Luce p°. Immo eti
am nec p̄cursore indiguisset. quia
eius miracula sufficienter mani
festassent eū. et ideo dicere q̄ fe
cerit miracula añ baptismū vide
tur esse exp̄sse contra euangeliuz
Tertia conclusio. Conuenientis
sime xp̄us incepit facere miracu
la in nuptijs. Patet ista conclu
sio. qz p hoc Thaciani et Marci
ani ceterorūqz qui nuptijs detra
hūt p̄fidia q̄ sit damnabilis insi
nuauit. Naz vt ait Beda. Si tho
ro immaculato et nuptijs debita
castitate celebratis culpa inesset
nequaq̄ eas signoz suoz initijs
consecrare voluisset. Quarta cō
clusio. Conuenienter xp̄us p̄mum
miraculū fecit in conuertendo a
quā in vinū. Que conclusio patet
quia p hoc apparuit q̄ nō ad sol
uendū legē aut p̄phetas venissz.
sed q̄ ea que i lege et p̄phis scri
pta erant sp̄ualiter forent intelli
genda. Vñ Beda in Omel'. eius
dem. Potuit dñs vacuas imple
re ydrias vino q̄ in exordio mun
dane creationis cūcta creauit ex
nihilo. sed maluit de aqua face
re vinū quo typice doceret nō se
ad soluendū et improbandū. sz ad
implendū potius legē p̄phetasqz
venisse. nec illa a se p euāgelicaz
gratiam facere et docere quā q̄
legalis et p̄phetica scriptura añ
factuz doctuzqz signaret. ¶ Ad
rationes in oppositū Ad p̄mā re
spondetur q̄ liber de infantia sal
uatoris est tanq̄ hereticus. re p̄
batus est eñ multis mēdatijs cō
fectus ¶ Ad secūdam responde
tur negando consequentiam quia
licet potestatem miracula faciē
di haberet xp̄us a p̄ncipio conce
ptionis. decuit tamen illam opa
ri s̄m qd̄ necessariū erat ad salu
tem humanam p̄pter quā carnē
assumpserat. et sic miracula fecit
virtute diuina vt fidei de veritate
carnis eius p̄iudiciū non faceret
Ad tertiam respondetur negā
do consequentiam Et ratio ē. qz
ad laudem discipuloz illoz p̄ti
net q̄ xp̄m secuti sunt cum nulla
eū miracula facere vidissent. sic
Greg. dicit in quadā Omelia. et
qd̄ dicit q̄ crediderūt in eū disci
puli. non q̄ tūc p̄mum crediderīt
sed quia tūc p̄fectius crediderunt
Vel discipulos vocat eos q̄ futu
ri erant discipuli. vt refert Au
gustin⁹ in libro de consensu euā
gelistarum.

AD tertiam questionez q̄
queritur. Quis fuit spon
sus in p̄dictis nuptijs sic
respondetur Circa hoc ē duplex
opinio. Vna est s̄m Iero. et Au
gustinū in p̄logo. et in glosa. q̄
ipse fuerit Johannes euāgelista
¶ Alia est opinio Victorini Chri
sostomi et Origeñ. q̄ non fuerit
Johannes euangelista. sed alius
Probat hoc Victorin⁹ sic Cū v̄
ginitas sit in carne corruptibili i
corruptiōis p̄petua meditatio. ñ
est credendū q̄ Johannes cū de
virginitate testimonium perhi
beat vnq̄ in nuptijs consenserit.

Sed ad hoc dicit Albertus magn⁹ sup Johem. q absq3 dubio celebrior opinio ē q iste spōsus fuerit Johes euangelista. et q sponsa fuit vna de v̄ginibus deo consecrata q̄ post ea cū ihesu matre pmāserit. Et ad argumentum Victorini rn̄det sic q est incorruptio ſm mētem. et incorruptō secūdū corpus. et incorruptio secūdū vtrūq3 Virginitas aūt q̄ quidē radicem habet in mēte et ramos in corpe. vt dicit Ambro. Primo et p̄ncipaliter meditationez habet in mēte. ¶ Incorruptionis aūt corpis meditatō p diuersitate tēporis ē diuersa. qr nō reuelato tēpore gratie q̄uis incorruptō corporis desideretur. tn̄ committitur dispensationi diuine. sic etiā beata virgo fuit. eo q tūc matrimonīu fructificabat gr̄e diuine. qa cū ꝓpagatione seminis fiebat etiam ꝓpagatio religionis. Tēpore aūt reuelate gr̄e incorruptio corporis tenebat in corpis integritate et sanctitate. qd aūt verbo castitatis fiebat etiam ad gētes ꝓpagatio religionis. et qr mr̄ionīu an̄ legē et castitas tpe gr̄e deo fructificabāt mr̄ionīu Abrahe nō p̄fertur celibatui iohānis quia castitatem quā iohes exhibebat corpe Abraam habuit in habitu et mēte. et talis incorruptionis meditatio est virginitas vbi incorruptio tenet̄ in mēte et incorruptio corpis in habitu mētis q̄uis non sit in corpe. Et qd dicit Victorin⁹ q nō cōsensit iohannes incorruptionē corpis. intelligendum est de illa corruptōne que violat habitum continentie in mente.

Ominica scd̄a legitur euangeliū. Cū descendisset ihesus de mōte ⁊c. Math. viij ¶ In q narrant̄ duo miracula. Vnum de sanatōne leprosi. Aliud de seruo cēturionis. Circa qd p̄nt disputari seq̄ntes q̄stiōes. Circa p̄mū queritur. Vtrum conueniēs fuit q xp̄s leprosum tangendo sanaret. ¶ Secūdo. Vtrum sit veruz q ille leprosus idō post q̄ fuit sanatus iussus ē ire ad sacerdotem ad significādū q mūdat⁹ a lep̄ peccati p contritionē teneat̄ se ōndere sacerdoti p confessionē. Tertio querit̄. Vtrum in christo cadit admiratio. Quarto. Vtrum verū fuit q nō sit inuenta tanta fides in israel q̄nta in centurione.

Ad p̄mā questionē qua q̄ritur. Vtr̄ conueniēs fuit q xp̄us leprosum tangendo sanaret. sic ꝓcedit̄. et videtur q nō. ¶ Primo sic. Xp̄us ait. Math. v. ¶ Nō veni legē aut prophetas soluere. ſ3 lege ꝓhibebatur tāgere leprosum. g° cōueniēter tāgendo sanauit ¶ Secūdo sic Xp̄s faciebat miracula v̄tute diuina. cui⁹ ꝓpum ē subito opari et pficere. g° n̄ debuit eū sanare extēdēdo manū et tāgendo eū. In oppositū ē euāgeliū. ¶ Rn̄deo dicēdū ſ3 ista oclōe q cōueniente xp̄us sanando leprosum tetigit eū Hac inter alias rōne. qr xp̄us venerat saluare mundū non solū

diuina virtute sed etiã p misterium incarnationis ipius. τ iõ frequenter in sanatione infirmoruz non solũ ptãte diuina vtebatꝰ curando p modũ imperij ꝫ etiã aliquid ad humanitatez ptinẽs apponendo. Vñ sup illud Luce. iiij. Singulis manus imponẽs oĩes curabat. dicit Cyrillus. ꝗuis eñi deus potuisset omnes vbo pellere morbos. tãgit tñ eos oñdẽs ꝓpriam carnẽ efficacem ad pstanda remedia. ¶ Ad rationes in oppositũ Ad pmam rñdetur ꝙ non erat ꝓhibitũ in lege tangere leꝓsuz ei q̃ ex tactu suo poterat curare. sicut Helias et Heliseus nõ fecerũt contra legẽ tangẽdo mortuũ ad resuscitandũ. vt habetur iij. Regũ. xvij. et. iiij. Regũ. iiij. τ ita xpus nõ fecit contra legem. ¶ Ad secũdaz rñdetur negãdo cõsequentiam Et rõ est. q2 licz solo verbo curare potuit. apposuit tamen manũ ratione dicta.

AD secũdam questionẽ q̃ queritur. Vtrum sit verũ ꝙ iste leprosus postꝙ fuit sanatus. ideo missus sit ad sacerdotem ad significandũ ꝙ mũdatus a lep̃ peccati p contritionem adhuc tenatur se ostendere sacerdoti p confessionem peccatoꝝ. sic ꝓceditur et videtur ꝙ ñ. quia si sic. videreꝰ ꝙ confessio a deo non esset instituta. sed solum ab homine. Jacobi. v. Confitemini alterutrũ peccata vr̃a. gº non fuit verum illud ¶ Secundo sic. Culpa remittitur p gratie infusionem que datur in contritione. Vñ sup illud p̃s. Sacrificiũ deo spũs contribulatus. dicit glosa. Contritio cordis est sacrificiũ quo soluũtur peccata. ergo non est necessaria confessio ¶ Tertio sic. Aliquibus remissum est peccatũ sine hoc ꝙ leganꝰ confessi. sicut pz de Petro τ Maria magdalena et de Paulo. sed nõ ẽ minoris efficacie gr̃a remittẽs peccatũ nũc ꝙ tũc fuit. ergo nec nũc est de necessitate ꝙ hõ a peccato mũdatus p cõtritionem confiteatur sacerdoti ¶ In oppositum est dictũ doctoꝝ exponentiũ hoc euangeliũ. vt sanctus Thomas et magister Nicolaus de lyra. Respondeo dicendũ sub ista conclusione ꝙ verũ est ꝙ doctores illi dicũt. Pro cuius pleniori noticia est notandũ. ꝙ passio xpi sine cuius virtute nec actuale nec originale peccatũ dimittitur i nobis operatur p sacramentoꝝ susceptionem. que ex ip̃a efficaciã habent. et ideo ad culpe remissionem et actualis et originalis requirit sacr̃m ecclesie. vel actu susceptũ. vel saltem voto qñ articulus necessitatis nõ cõtemptꝰ ipz excludit. illa aũt sacr̃a q̃ ordianꝰ cõtra culpã cũ q̃ salus esse ñ põt sũt de necessitate salutis. et iõ sic baptismꝰ q̃ deleꝰ origaile pct̃m ẽ dñecitate salutis. ita τ sacr̃z penitẽtie. Sicut aũt aliquis p hoc ꝙ baptismum petit se ministris ecclesie subijcit ad q̃s ptinet dispẽsatio sacramẽti. ita etiã p hoc ꝙ cõfiteꝰ peccatũ suũ se mĩstro ecclesie subijcit vt pẽ hoc sacr̃m

piñe ab eo dispēsatū remissionez cōseqt. q ꝯgruū remediū adhibē nō potest nisi peccatū cognoscat qd fit per confessionem peccantis. et ideo confessio est de nessitate salutis eius qui in peccatū actuale mortale cecidit ¶ Ad rationes in oppositū Ad pmam rñdet negando minorem. Dicimus eñ ꝙ pceptū de confessione non est ab homine istitutū. ꝙuis sit a iacobo pmulgatū. sed a deo institutionez habuit ꝙuis eius expssa institutio nō legatur. tamen qdam pfiguratio ipius inuenitur. sicut hic ⁊ i hoc ꝙ leprosum mūdatū misit ad sacerdotes. qui ꝙuis non essent noui testamenti sacerdotes. tamen in eis noui testamenti sacerdotiū significabatur.

¶ Ad secūdam respōdetur negādo cōsequentiam Et ratio est. qm ad gratie infusionem cōsequēdā ordinata sunt gratie sacramenta ante quoꝝ susceptionem vel actu vel ꝓposito aliquis gratiā non consequitur. sicut patet in baptismo Et similiter est de confessiōe sine qua actu vl' ꝓposito culpa ñ remittitur. Vnde vt dicit Albertus magnus in. iiij. Oṁes tres penitētie ptes cōiunctim opant circa peccatū. sed non oportet ꝙ assint in actu. sed vnā vl' duas sufficit esse i actu et aliā vl' alias sufficit esse ¶ Ad tertiam rñdet negando cōsequentiā Et ratio ē duplex. Prima ꝙ licet non legatur confessio. Petri et Magdalene tamen confessi creduntur Multa eñ facta sunt que scripta non sūt sicut innuitur in fine Johis. Secūda ratio. quia christus habet potestatem excellentie in sacramētis. vnde sine his que ad sacramētum pertinēt potest rem sacramēti conferre.

Ad tertiam questionem q̄ queritur circa secūdū miraculum. Vtrum i christo fuit admiratio. sic pcedit. Et videtur ꝙ non potuit in eo esse. Primo sic. Admiratio sicut colligitur pmo metha. non ē nisi ignorantis. sed in christo non fuit aliqua ignorantia qui venit illuminare his qui in tenebris et in vmbra mortis sedent. ergo non fuit i eo admiratio ¶ Secūdo sic. Dicit Aristo. iiij. ethicoꝝ. ꝙ magnanimus non ē admiratiuus. ꝫ xps fuit magnanim⁹. ergo in christo non fuit admiratio ¶ Tertio. Nullus admiratur de eo qd ipe facere pōt. sed xpus facere potuit qcquid magnū erat in rebus. g° videtur ꝙ de nullo admirabatur.

In oppositū est euangeliū psens

¶ Respondeo dicenduz sub certis conclusionib. Prima ꝙ in xpo nō potuit esse admiratio ꝙtuz ad scientiam diuinam que est eterna. Probatur conclusio. Admiratio ꝓprie est de nouo aliquo insolito in xpo autem nō poterat esse aliquod nouum et insolitum ꝙtum ad scientiam diuinam quia nihil cognoscit de nouo. Secunda conclusio. In christo non potuit esse admiratio ꝙtum ad scientiaz humanaz qua cognoscit res in vbo Patet conclusio. Quia aīa chri

sti ab instanti conceptionis co-
gnouit omnia in verbo q̄ cogno
scit verbum scientia visionis. Et
hec sunt omnia que habent esse
ſm quāq3 differentiam temporis
cuiusmodi sunt p̄sentia p̄terita &
futura. ergo &c. Tertia conclu-
sio. In xp̄o non potuit esse admi-
ratio ſm scientiam qua cognos-
cit res p species inditas ¶ Patet
conclusio. Quoniam anima chri
sti ab hora conceptionis fuit p-
fecta habitibus omniū scientia-
rum. Quarta conclusio. Admira
tio potuit esse i xp̄o et fuit ſm sci
entiam expimentalem Patet con
clusio. Quia ſm hāc potuit aliqd
nouū insolitū videre et cognosce
re ſm qd poterant quotidie aliq̄
noua occurrere. Ad rationes in
oppositum Ad p̄mam respondet
negando consequentiam. Et ra-
tio est. quia licz xp̄us nihil igno
raret. potuit tamē de nouo aliqd
occurrere expimentali eius scien
tie ex quo admiratio causaretur.
¶ Ad secūdaz respondetur negā-
do consequentiam. Et ratio est.
quia xp̄s admirabatur de fide cē-
turionis non ea ratiōe q esset ma
gna q̄tum ad ip̄m. sed q̄a erat
magna q̄tum alios ¶ Ad tertiā
respondetur negando consequē
tiam Et ratio est. quia licet chri
stus poterat facere omnia secun
dum virtutez diuinitatis ſm quā
admiratio in eo non erat. scientie
tamen eius humane expimentali
potest aliquid noui i currere de q̄
potuit causari in eo admiratio. sic
dictum est.

AD quartam questio-
nem qua querit. Vtrū
sit verum q xp̄us nō
inuenit tantam fidem
in israel sicut in centurione. sic p
ceditur. et videtur q non ¶ Primo.
¶ Quia in Abraam Isaac et Ia-
cob maior fides fuit. ergo &c.
Secūdo arguitur de beatissime v
gine Maria cui dictum est. Bea
ta que credidisti quoniam perfi-
cientur in te que dicta sunt tibi a
domino. Luce p° ¶ Tertio idem
arguitur de apostolis qui dicunt
p̄mitias spiritus habuisse. ¶ In
oppositum est euangelium p̄sens
¶ Respōdeo dicendum iuxta Al-
bertum super Matheuz. q fides
dicitur magna dupliciter. scilicet
intensiue et facilitate credendi.
¶ Intensiue possibile fuit q maior
fides fuit in multis iudeis ſm sta
tum etiam p̄sentem. sed quo ad
facilitatem credendi non inuenit
tantam. quia iudei qui crediderūt
per miracula inducti sunt. et edo-
cti per scripturas crediderūt Iste
autem non ¶ Ad rationes in op-
positum dicendum. Ad p̄maz re-
spondetur q non loquebatur chri-
stus de illo p̄ore israel in quo p-
phete et patriarche fuerunt. vn
de Beda in omelia dicit sic. Non
inueni tantam fidem in isrl' nō in
illo p̄ore israel in q̄ noīati sūt p-
phete et iusti. sed significat fidez
illius super israel. hoc est super
omnes qui tūc fuerunt trib⁹ isra-
hel. et non super illum qui ab in
itio fuit israel. nec super eos q̄ po
stea p̄phe et iusti iuēti sūt i isrl'.

Et per hoc pꝫ respōsio ad argumenta de beata virgine et de apostolis qui sup omnes alios iusti et sancti inuenti sunt in israel. vel dicendum vt dicit Albert⁹ ꝙ cū xp̄s dixit Nō īueni tantā fidē in israel. non includit illos quibus loquebatur sed alios de israel.

Dominica tertia ē euāgeliū. In illo tempore. Ascendente Jhesu in nauiculā ꝛc. mathei. viij. Circa qd̄ veniūt disputande sequētes questiones ¶ Primo ¶ Vtrum ecclesia vniuersalis iuxta glosam p nauiculam desigṅta tempestate alicui⁹ tribulatōnis qn̄qꝫ ita concutietur vt naufragium patiaṫ. Secūdo. Vtrū fuit verū ꝙ mare et venti obedizunt christo.

Ad p̄mam questionē q̄ queritur. Vtrum viuiūsalis ecclesia iuxta glosam euangelij per nauiculam designata qn̄qꝫ tempestate tribulationis ita cōcutietur vt naufragium patiatur. Et videtur ꝙ sic. ¶ Primo Danielis. ix. scribiṫ. deficiet hostia et sacrificium. ꝛ erit in templo abhominatio desolationis. et vsqꝫ ad consumationē et finem p̄seuerabit desolatio. ſꝫ cū defecerit fides et hostia et sacrificiū deficiet ecclesia. Diċ em̄ Augusti. Vbi fides ibi ecclesia. ergo ꝛc. ¶ Secūdo sic. Sicut vniūesitas iudeoꝝ que p̄us ecclesia dicebaṫ iam non est in ecclesia. vnde tota ecclesia iudeoꝝ videtur defecisse. Dedit enim illi deus libellum repudij. p̄mo decem tribubus ꝛ postea duabus. vt dicitur Jere. iij. et. v. vbi sic habetur. Preuaricata est domus israel. et domus iuda dicit dn̄s ꝛc. ergo pari ratione tota ecclesia christianoꝝ est defectibilis. consequentia videṫ bona. ¶ Tertio sic. Luce. xviij. post denūciationem futuraꝝ tribulationum dicitur. Verūtamen fili⁹ veniens putas inueniet fidem ī terra. hoc autem non videtur dictū nisi ꝙ fides antē consumationem seculi deficiet. et per consequens ecclesia. ¶ In oppositū est ḃ glosa. ¶ Respondeo dicendū sub duabus conclusionibus ¶ Prima est. ꝙ ecclesia catholica conuenienṫ designatur per nauem siue nauiculam. Ista conclusio ꝓbatur p̄mo per illud. ꝓuerb. vlti. Facta est quasi nauis institoris. et hoc quia vt dicit Albertus magnus. Virtutū mercib⁹ et meritoꝝ thezauris amplissimis atqꝫ p̄ciosissimis onusta est quibus filij sui mercati sunt regni celoꝝ. ¶ In ea em̄ sola sunt virtutes quibus adipiscitur felicitas vite eterne. iuxta. cap. Omnes. xxviij. q. i. Secūdo patet conclusio. Qm̄ ecclesia est vehiculū quo per mare hui⁹ seculi quacūqꝫ crebris flatibus et aq̄ꝝ fluctibus. i. temptationū plagis et verberibus fatigeṫ. fideles in eas contenti ad portū future beatitudinis perducūtur. vnde sicut extra archam regnāte diluuio nullus saluatus est. ita nullus extra ecclesiam oīno saluaṫ.

Vnde extra de sum. tri. et fi. ca. c. p°. et. xxiiij. q. i. qm̄ verus. Et beatus Greg. in moral. et habetur in cap. quia eadem causa. et. q. ecclesia sola est q̄ intra positos validа caritatis compago custodit Vnde aqua diluuij archā quidez ad sublimiora sustulit. omnes autem quos extra inuenit extinxit. Secunda conclusio est. q᷑ nauicula vniuersalis ecclesie nunq̄ tanta tempestate tribulationis vexabitur q᷑ naufragium patiatur. Ista conclusio ꝓbatur p̄mo sic. Augustinus in tractatu d' catholica veritate dicit. Sicut nauicula. id est ecclesia xp̄i in medio maris videlicet mūdo diu iactata ē fluctibus sed vexata non dissoluta aut submersa. quia ille imperauit vento et mari qui eidem ecclesie ꝓmisit vsqz in finem affuturum. Secūdo. conclusio patet ex illo Ambro. qui ita dicit in quodam sermone. Nauim ecclesiā debemus accipere in solo mūdi huiusmodi constitutū que et si vndarum fluctib⁹ aut ꝓcellis sepe vexetur. tamen nunq̄ p̄ot sustinere naufragiū quia in arbore eius. i. in cruce xp̄us erigitur. in puppe pater residet gubernator. ꝓram paclitus seruat sp̄us. hanc p angusta huius mūdi freta duodeciz remiges ducant. id est duodecim apostoli. et similis numer⁹ ꝓphetarū. Tertio patet conclusio ex illo Math. xvi. vbi xp̄us ait. Sup hāc petram edificabo ecclesiam meam. et porte inferi non p̄ualebunt aduersus eam. plane hoc n̄ esset si ecclesia q̄nqz tribulationibus aut ipugnationibus vexata naufragium esset passura. ¶ Ad rationes in oppositū Ad p̄mā respondetur negando consequentiam Et ad dictum Daniel' respōdetur dupliciter. Primo q᷑ nō videtur loqui de consumationes totius seculi. sed de finali desolatione ciuitatis iherusalem. in q̄ locus sanctificationis erat et ita nō est ad ꝓpositū. Secūdo respōdet̄ q᷑ dato q᷑ dictum Daniel' accipiatur de consumatione seculi ꝛ abhominationem nominet antichristum hoiem peccati qui in tēplo sedens extollens se sup omne q̄d dicitur deus. ij. Thessal'. ij. Nō ē intelligendum q᷑ fides totaliter deficiat quin semper apud aliq̄s fides ecclesie firma atqz immutabilis vsqz in finem seculi ꝑmanebit. ita xp̄us pollicitus est petro quem vniuersalis ecclesie sue pastorem et vicariū constituerat dicens. Ego rogaui ꝓ te petre vt non deficiet fides tua Luce. xxij. ¶ Ad secūdam respondetur negādo assumptū qm̄ ecclesia de iudeis nūq̄ ita defecit quin semp ī ea aliqui essent iusti in quibus integra fides et caritas inuiolata ꝑseueret. sed scriptura ita absolute loquitur q: compatione malorum illo tp̄e paucissim⁹ erit nūer⁹ bonoꝝ. ¶ Ad tertiā r̄ndet̄ negādo consequentiā. et ad dictuz q̄d Luce. xviij habet̄. r̄ndetur q᷑ illd̄ dictum est nō q᷑ omnino fides sit defectura. sed ꝓpter paucitatem fidelium que tempe antixp̄i erit

ꝓpter maximam tribulationem que tempore illo vigebit.

Ad secundaȝ questionem qua queritur. Utruȝ fuit verū ꝙ mare ⁊ venti obedierunt cristo. sic ꝓceditur. Et videtur ꝙ non. qꝛ res sine sensu ⁊ sine ratione non possunt dici obedire alicui. cum non capere nec intelligere possint preceptū imperantis. sed mare et venti sunt huiusmodi. ergo non videntur posse dici obedire. Secūdo sic. Qui obedit deo cōformat voluntatē suaȝ voluntati diuine. sed ista cuȝ sint sine intellectu et volūtate nō possunt dici cōformare voluntatem suaȝ diuine. ergo ⁊c. Tertio obedientia est virtus moralis. sed mare et venti non sunt capacia virtutis. ergo nec possunt dici obedire alicui. In oppositum est euangelium presens. Respondeo dicendum sub ista conclusione. ꝙ mare et venti obedierūt cristo. Ista cōclusio patet ex euangelio. Pro cuius intellectu est notandum ꝙ obedientia dicitur duobus modis. Uno modo vt dicitur virtus qua anim9 subijcitur mandatis imperantis vt fiant. et hoc modo obedientia non cadit nisi in creatura intellectuali que sola capax est virtutis vt arguebatur. Alio modo dicitur obedientia opatio qua mobile vel subiectū statim expedit et sine quacūqȝ repugnantia exequitur ordineȝ et dispositionē sui motoris sine pncipio agentis et hoc modo est in omni creatura potentia obedientialis ad exequēdum et operanduȝ quicquid de9 qui immobilis manens dat cuncta moueri. de creatura ordinauerit vel disposuerit. vn̄. p̄s. cxlviij. dicitur. Statuit ea in eternū et in seculū seculi preceptū posuit ⁊ nō preteribit. et. ẏ. Ignis grando nix glacies spiritus ꝓcellaꝝ que faciūt verbuȝ eius. Et amos. ix. dicit dn̄s. Mandabo serpenti et ipse deuorabit eos. et hoc modo dicuntur venti ⁊ mare obediuisse cristo sic̄ creatura suo creatori. Ad rationes in oppositum. Ad p̄maȝ respondetur ꝙ ratio procedit de obedientia. pmo modo sumpta. licet dicat albertus magn9 sup matheū ꝙ oīs creatura sensum habet naturalē qua imperiū pcipit ⁊ pficit creatoris q̄uis in se sit insensibilis. Et ideo distinguit ysaac philosoph9 sensus naturales et aīales esse in rebus insensibilibus. hec albertus. Ad secūdam et tertiā rationes eadeȝ est respōsio. Loquūtur enī de obediētia primo modo sūpta. nos vero de obedientia secundo modo capta.

In quarta dominica post octauas ephie est euangeliū. In illo tēpore. dixit ih̄s parabolaȝ hanc. Simile factū est regnū celoꝝ hoī ⁊c. Math. xiij. circa qđ possunt disputari sequētes questiones. Primo. vtrū diabol9 supseminauerit zizania. id ē hereses in agro dn̄i co. Secūdo. Utrū heretici sūt eradicandi p mortē de vita p̄senti.

Ad primā questioneȝ qua queritur. Utrū diabolus

supseminauerit zizania &c. sic pro
ceditur. Et videtur q̄ nō. Primo
sic. Euangeliū dicit q̄ inimicus
hō hoc fecit. sed diabolus nō est
hō. ergo nō supseminauit zizania
Secundo sic. Hereses ex libero ar
bitrio hoīs pcedūt. Vnde vt ait
hieronimus. et habetur. xxiiij. q.
iij. in. c. heresis. Heresis grece ab
electione dicitur. qr cū vnusq̄sq3
eligat disciplinā quā putat esse
meliorē. sed diabolus nō potest
sup libero arbitrio. ergo non po=
test supsemiare aliqd in eo. Ter=
tio sic. Omne agens ex pposito co
gnoscit suū effectū. sed diabol9
internas cogitationes nō potest
puidere. vt dicit Augustin9 li. de
eccl. dogmatib9. ergo non potest
aliquid semiare. In oppositū est
euangeliū p̄sens. Respondeo dicē
dū sub ista cōclusione. q̄ diabo=
lus supsemiauit i agro dn̄ico he=
reses et errores. Ista cōclusio pa
tet. Nam postq̄ xp̄s lux mūdi et
veritatis i agrū semiauit fidei do
ctrinā p se et suos apostolos in
agro dn̄ico. post mortē eorū dia=
bol9 inuidens fidei semiate in cor
dib9 fideliū que fundamentū erat
religionis xp̄iane supsemiauit zi=
zania suadendo et suggerendo er
rores hoībus. et ita plures ad p
fidiam heresis induxit. que ducit
ad mortē hinc Sapiētie secundo
dicitur q̄ inuidia diaboli mors i=
trauit in orbem terrarū. Et Joh.
viij. dicitur de diabolo ille homici
da fuit ab initio et in veritate nō
stetit qr veritas nō est in eo. Cū
enī loquitur. id est suggerit. men

dacium ex ppriis loquitur. qr mē
dax est et pater eius. Ad ratio=
nes in oppositū. Ad p̄mā dicitur
q̄ ibi in euāgelio inimicus hō di
citur diabolus vt exponūt docto=
res. Dicitur autē diabol9 hō tū
pter defectū a deitate. p̄s. Exur
ge dn̄e non p̄ualeat hō. Tum qr
diabol9 vincat hoīem. p̄s. Eripe
me dn̄e ab hoīe malo. et dicitur
inimicus pter cōsumatam mal
tiam eius. Ad secundā responde
tur. negando cōsequentiā. dicim9
q̄ licet diabol9 non possit super
libero arbitrio directe mouēdo il
lud potest tamen bene per modū
suadētis. et sic diabol9 semiat he
reses et errorē in cordib9 hoīum
vnde Augustin9 in. iiij. de trinita
te dicit q̄ diabolus sua subtilita
te malignos affectus inspirat. et
Beda dicit super. Actus aposto
lorum. q̄ animā in affectum ma
litie trahit.

Ad secundam questionē
qua queritur. Vtrū here
tici sunt eradicādi p mor
tem de vita presenti. sic pceditur
Et videtur q̄ nō. Primo ex euan
gelio p̄senti vbi dicitur q̄ pmittā
tur zizania crescere vsq3 ad mes=
sem. messis autē ē finis seculi. sed
heretici p zizaniā designant. ergo
heretici tolerādi sunt et nō inter
ficiendi. Secūdo sic. Apostol9. ij.
Timoth. ij. Seruū dei oportet esse
mansuetū. id est cū modestia cor=
ripientē eos qui resistunt verita=
ti. neq̄n det de9 illis penitēciā ad
cognoscēdā veritatē et resipiscāt
a laq̄is diaboli. sed si heretici nō

tollerarent̄ sed morti traderentur auferreretur eis facultas penitē di. ergo tolerandi sunt et interficiēdi. Tertio sic. Nichil enī debet impugnari nisi qđ est contra amicitiam. sed diuersitas opinionum nō est contra concordiā amicitie vt philosoph⁹ dicit. iiij. ethi. ergo heretici nō sunt extirpandi sed tolerandi. In oppositū est apostol⁹ ad Titū. iij. Hereticū post primaz et secūdam correctionē deuita sciens qꝛ subuersus est qui eiuismodi est. Respōdeo dicendū sub ista cōclusione. Heretici manifesti qñ sine periculo potest fieri exterminandi sunt p mortez de vita p̄senti. Ista cōclusio patet. quia tales sunt corruptiui et infectiui aliorum. secundū illud. ij. Timoth. ij. Heretici multū proficiunt ad impietatē. sermo eoꝝ vt cancer serpit. Que cōclusio patet p apostoluz. i. Coꝛ. v. Qui p̄cepit exterminare vetus fermentū ne totā massam corrumpat. Et iheronimus vt habetur. i. q. iij. secāde sunt carnes putride. ꝛ scabiosa ouis a caulis repellēda ne tota dom⁹ massa et corp⁹ ꝛ pecora ardeat ¶ corrūpatur/putrescat et intereat. Arrius autē in alexandria vna scintilla fuit. sed qm̄ non statim oppressa est totuz orbem eius flamma populata est. Secundo ꝓbat̄ sic. qꝛ sunt homicide. vita enī spiritualis multo melioꝛ est q̄ corporalis. sed homicide extirpantur qui auferūt hoībus vitam corporalez. vt habetur Exodi. xxij. Maleficos non patieris viuere. ergo multo amplius heretici qui auferunt hoībus vitam spiritualez Tertio sic ꝓceditur. Inquātū heretici sunt falsarij cristiane fidei. multo grauius est corrumperē fidem p quā est aīe vita. Iust⁹ enī ex fide viuit. Abacuk. ij. et ad Romanos p̄mo. q꞉ falsificare monetam p quā tempoꝛali vite subuenitur. sed falsarij pecunie statim p principes seculares morti traduntur. ergo multo fortius heretici statim quādo de heresi vincūtur possunt iuste occidi. Quarto ꝓbatur cōclusio Inquātū heretici dicūtur lupi. lupi sūt ab ouibꝫ arcendi pastoris officio. Ioh. x. sed heretici sunt lupi. Actuū. xx. ergo iuste veniūt extirpādi. Quinto ꝓbatur cōclusio. Inquātū heretici sunt blasphemi in cristum. Leuitici. xxiiij. dicit̄. Qui blasphemauerit nomen dñi morte moriatur. sed heretici sunt huiusmodi. ergo merito veniūt extirpandi p mortez magis q̄ rei crimine lese maiestatis. Ad rationes in oppositum. Ad primā respondetur. q꞉ deus nō vult hereticos pmitti viuere absolute. sed i casu tantū. sez quādo nō possunt separari a fidelibus sine periculo fideliū. Et hoc cōuenit duplici de causa. Vna qñ nō bene cognoscunt̄ nec bene distinguunt̄ a fidelibꝫ. Alia qñ habent tantos defensores q꞉ si cōtra eos ꝓcedat̄ maius periculū in ecclesia ꝓbabiliter extimetur. vt scismaticos vel interfectores fidelium a fautoribus hereticoꝝ. tunc enī pmittendi sunt ꝓpter maius

periculum euitandum. vbi autem non occurrunt ista pericula sunt separandi ab ecclesia et iusticie seculari relinquendi. vt exterminentur per mortem. sicut dictum est. ¶ Ad secundum respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia modestia illa vt primo et secundo corripiatur quod si redire noluerit. iam pro subuerso habetur. vt patet in auctoritate apostoli inducta. Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Tum quia philosophus loquitur de opinionibus speculatiuis tantum. Tum quia consensus in vnitatem fidei est principium coniunctionis in caritate. et ideo dicessus a fide excludit amicitiam familiaritatis.

Dominica Septuagesime est euangelium. In illo tempore dixit parabolam hanc etc. Math. xx. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum omnes homines ad eternam beatitudinem a deo sint vocati. Secunda. Vtrum requirantur aliqua opera bonorum ad beatitudinem consequendam a deo. Tertia Vtrum omnium laborantium in vinea domini sit vnum remunerationis premium.

Ad primam questionem qua queritur. Vtrum omnes homines ad eternam beatitudinem a deo sint vocati. sic proceditur. Et videtur quod non. Primo sic. Deus non diligit omnes homines. ergo non omnes homines ab eo sunt vocati ad beatitudinem. consequentia est bona antecedens patet ex illo psalmi. Inimicos odio habui. et illud. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Secundo sic. Nullus excecatus a deo potest dici vocatus a deo ad percipiendam beatitudinem eternam patet. sed deus huius seculi excecauit mentes infidelium. vt dicit apostolus. ij. Cor. iiij. ergo etc. Tertio reprobati a deo non possunt dici vocati a deo ad beatitudinem. sed multi sunt a deo reprobati. Vnde apostolus ad Roma. primo. Dedit eos in reprobum sensum. ergo non omnes homines sunt a deo vocati ad beatitudinem. In oppositum est euangelium presens. Item illud Luce. xiiij. Homo quidam fecit cenam magnam et vocauit multos. Per cenam vt ait glosa. eterna beatitudo intelligitur. Respondeo dicendum sub ista conclusione quod omnes homines sunt a deo vocati ad beatitudinem. Que conclusio probatur Primo ex illo. i. Timoth. ij. Vult deus omnes homines saluos fieri et ad agnitionem veritatis venire Secundo sic. Omnes homines facit deus capaces beatitudinis. ergo omnes sunt vocati ad beatitudinem. consequentia videtur bona. alias frustra fuissent facti capaces eius. assumptum patet. quia omnes homines sunt facti ad ymaginem et similitudinem dei. Gen. primo. Dicit autem Augustinus quod eo est homo dei capax quia ad ymaginem dei est. Tertio sic. Omnes homines appetunt beatitudinem. ergo videtur quod ad illam sint a deo vocati. assumptum probatur per illud Boetij. iij. de consolatione dicentis quod

mentibus oium hoium veri boni
q3 cupiditas est inserta. sed veru
bonum est qp nos beatos facit.
ergo conclusio vera. Quarto sic.
Sicut dicit dyonisius. De9 equa
liter omia diligit et p consequēs
oms hoies equaliter diligit. sed
aliquos vocauit ad beatitudinem
ergo oms homies. Quinto omni
bus homibus dedit legem man-
datoruz per quoꝝ obseruantiam
acquiritur vita eterna. secundum
illud. Si vis ad vitaz ingredi ser
ua mandata dei. Math. xix. Sex-
to. Tribuit etiam omnibus consi
lia ad pfectionem habendam. tri
buit remedia scz sacramēta ad sa
nanda vulnera peccatoꝝ. ergo vi
det qp oēs hoies sint a deo vocati
ad eternam beatitudinem. Ad ra
tiones in contrariuz. Ad pmam
respondetur. negando assumptuz
et ad pbationem dicimus qp ni-
chil phibet vnum et idem secun
dum aliquid amari et secundu ali
quid odio haberi. Deus igit pec
catores iquātu sunt nature quedā
amat sic eni ꝛ sunt ꝛ ab ipso sunt
in quantum vero peccatores non
sunt sed abesse deficiūt et hoc in
eis a deo non est. vnde secundum
hoc ab ipso odio habentur. Ad
secundā respondet. negando con
sequentiaz. et ad id quod dicit. qp
deus excecat mentes aliquoꝝ. di-
cendu qp non dicitur excecare ma
litiaz infundendo. sed ex demeritis
hoium gratiā nō infundēdo. Pro
quo notandu qp excecatio dicitur
priuatio gratie. q: gratia est qd-
dam lumē anime et pfectio que-
dam habilitans ad bonum ipsaz
animaz. Aliquē autē carere gra
tia ex duobus contingit. Tum q:
ipse non vult recipere. Tum quia
deus nō sibi infundit vel nō vult
sibi infundere. Hoꝝ autē duoꝝ ta
lis est ordo vt secundu non sit ni-
si ex suppositione primi. Cum eni
deus nichil velit nisi bonum. non
vult istum carere gratia nisi secu
dum quod bonum est. sed qp iste
careat gratia. non est bonum sim
pliciter. Vnde hoc absolute con
sideratum non est volitum a deo.
est tamen bonu qp careat gratia
si eā habere nō vlt. vel si negligē
ter se ad eam habendā preparat
quia iustum est. et hoc modo est
a deo volitum. Patet ergo qp hu
iusmodi defectus absolute causa
pma est ex parte homis qui gra
tia caret. Ex parte autē dei non
est causa hui9 defect9 nisi ex sup
positione illius quod est causa ex
parte homis. Et per hunc modu
quādoq3 inuenitur deus dici cau
sa excecationis et obdurationis.
non mittendo malitiā. sed non im
partiēdo quod in ipso est. Et ita
patet quid dicendu sit ad aucto-
ritatem apostoli. Ad tertiam re-
spondentur. negando consequen-
tiam Et ratio est. Hec eni est dif
ferentia secundum sanctum tho
mam inter predestinationez et re
probationem. quia predestinatio
est causa eius quod expectatur in
futura vita in predestinatis. scilicz
glorie et eius quod percipitur in
psenti scz gratie. Reprobatio ve
ro non est causa eius quod est in

presenti scz culpe. sed est causa de relictionis a deo. Est tamen causa eius quod reddit in futuro scz pene eterne. sed culpa puenit ex libero arbitrio eius qui reprobat et a gratia deseritur. Et secundu3 hoc verificat illud ppbete. Osee xiij. Ex te perditio tua israel.

Ad secundam questionez qua queritur. Utrum requirant aliqua opera hominu ad beatitudinem consequendam a deo. sic proceditur. Et videtur q non. Primo ex illo ad. Roma. iiij. Beatitudinem homis cui deus confert iusticiam sine operibus. ergo non requirutur aliqua opera homis ad beatitudine consequenda3 Secundo sic. Deus cu sit agens infinite virtutis non pexigit in agendo materia3 aut dispositionez materie. sed statim potest totum producere. sed opera hois cu no reqrant ad beatitudine sic causa efficiez. no possunt requiri ad eam nisi sicut dispositiones. ergo deus qui dispositiones no preexigit agendo beatitudine sine pcedentibus operibus confert Tertio. Sicut deus est actor beatitudinis immediate. ita et naturam imediate instituit. sed in prima institutione nature produxit creturas nulla dispositione precedete vel actione creature sed statim fecit vnu quodqz pfectum in sua specie. ergo videtur q beatitudine3 confert homi sine aliquibus operibus pcedentibus. Quarto arguitur de cristo cuius anima ab instanti creationis fuit beata sine operibus precedentibus. ergo rc. Quinto idem arguitur de pueris baptizatis qui ante vsum liberi arbitrij moriuntur. quibus sine precedentibus aliquibus operibus regni celestis ianua aperitur vt dicit beda. In oppositu est euangelium presens. vbi dicitur. Voca operarios rc. Item Joh. xiij. dicitur. Si hec scitis beati eritis si feceritis ea. ergo per actionez ad beatitudinem peruenitur. Respondeo dicendum sub ista conclusione. Licet deus posset simul facere voluntatem recte tendentez in finem. et finem consequentem. sicut quadoqz natura3 simul disponit r induat formam. ordo tame diuine sapiencie exigit vt nullus purus homo habens vsum liberi arbitrij consequatur beatitudine sine aliquibus operibus precedetibus. Que conclusio sic ostendit vera. vt dicit philosophus. ij. de celo. Eorum que nata sunt habere bonum perfectum aliquid habet sine motu aut quid vno motu aliquid pluribus. Habere autem perfectum bonum sine motu conuenit ei quod naturaliter habet illud. Habere autem beatitudinem naturaliter est solius dei. Vnde solius dei pprium est q ad beatitudinem non moueatur per aliqua3 operationem precedentem. Cum autem beatitudo excedat omnem natura3 creatam nulla pura creatura conuenienter beatitudinem consequitur absqz motu operationis per quam tendit ad ipsum.

Sed angelus qui est superior or-
dine nature q̃ homo consecutus
est eam ex ordine diuine sapien-
tie vno motu operationis merito
rie. Homines autez consequūtur
ipsam multis motibus operatio-
num que merita dicuntur. ¶ Vnde
etiam secundum philosophū pri
mo ethi. Beatitudo est premiuz
virtuosarum operationuz. Ad ra
tiones in oppositum. Ad primam
respondetur. q dictum apostoli
non militat. quia ipse loquitur de
beatitudine spei que habetur per
gratiam iustificantē. que quidem
non datur propter opera preceden
tia non enī habet rationem termi
ni motus vt beatitudo. sed magis
est principiuz motus quo ad bea
titudinem tenditur. Ad secundaz
respondetur. negando consequen
tiam. Et ratio est. quia non dici-
mus q operatio homis ideo pre
exigatur ad consecutionem beati
tudinis propter insufficientiam di-
uine virtutis beatificantis. sed vt
seruetur ordo in rebꝫ. Ad tertiaz
respondetur. negando consequen
tiam. Et ratio est. quia p̄mas cre
aturas statim deus perfectas p
duxit absq aliq̄ dispositione vel
operatione creature precedente.
quia sic instituit p̄ma indiuidua
specierum vt per eas natura pro
pagaret ad posteros. sic autē nō
fecit de alijs. Ad quartam respō
detur. negando consequentiā. Et
ratio est. quia illud fuit singulari
ter in cristo. Vnde sicut de p̄mis
indiuiduis specieruz per que erat
natura propaganda dictum est q
fuerint statim perfecta. Similit̄
dicimus q per cristuz qui est deꝰ
et homo beatitudo erat ad alios
deriuanda. secundū illud apostoli
ad Heb. ij. Qui mltos filios ī glo
riam adduxerat. statim a princi-
pio sue cōceptionis absq aliqua
operatione meritoria precedente
anima eius fuit beata. sed hoc est
singulare in ipso vt dicimus. Ad
quintam respondetur. q ratio nō
facit ad propositum conclusionis.
Tum p̄mo. quia loquitur de hoi-
bus vsum habentibus liberi arbi
trij. Tum secundo. quia licet par
uulis baptizatis desint propria me-
rita. meritum tamē cristi eis sub
uenit. eo q per baptismum sunt
effecti membra cristi.

AD tertiam qua queritur.
Vtrum omnīū laboran-
tium in vinea domini sit
vnum remunerationis premium.
sic proceditur. Et videtur q sic.
Ex presenti euangelio vbi singu-
li qui operati sunt in vinea domi
ni acceperunt sigulos denarios.
quia vt dicit Gregorius. Equa-
lem eterne vite retributionez sor
titi sunt. ergo videtur q omnium
beatorum sit vnum remuneratio-
nis premium. Scundo sic. Beati-
tudo est summū bonum. sed sum-
mo non potest esse aliquid maius
ergo beatitudo vnius homis non
potest esse alia maior beatitudi-
ne. ergo equaliter sunt beati. Ter
tio. sicut quodlibet appetibile est
bonum. ita et magis bonum. si er
go aliquis essꝫ beatior alio minꝰ

beato esset appetibilis beatitudo magis beati secundum rectuz appetitum. nec tamen eam haberet ergo non esset beatus. quia beatus nō dicitur nisi qui habet omnia que vult et nichil mali vult. vt dicit Augustin9 ¶ In oppositū est illud. Joh. xiiij. In domo patris mei multe sunt mansiones. p quas vt dicit Augustinus diuerse meritorum dignitates intelliguntur in vita eterna ¶ Item dicit apostol9. i. Cor. xv. Stella differt a stella in claritate. sic etiam resurrectio mortuorum. ergo vnus resurgentium maiorem claritatē habebit q̄ alius. ergo non vnum erit omniū sanctorū remunerationis premiū ¶ Respondeo dicendū q in ratione beatitudinis duo includuntur. scz ipse finis vltimus qui est summū bonū. et adeptio et fruitio ipi9 sūmi boni q̄tū ad ipz sūmū bonuz quod ē beatitudinis obiectum et causa. Est ergo conclusio. q omniuz laborantium in vinea domi est vnum remunerationis premium. vna merces. vna beatitudo. quia non est nisi vnum summū bonū scz deus. cuius fruitione homies fiunt beati. Si vero loquimur quātum ad adeptionem huiusmodi boni vel fruitionem que dicitur beatitudo formaliter. Est secunda cōclusio. q omnium laborantium in vinea domi non est vnuz remunerationis premium aut merces aut beatitudo quia vnus potest esse alio beatior quia quāto magis hoc bono fruitur est beatior. Contingit autem aliquem perfecti9 frui deo. ex eo q est melius dispositus p excellentiora merita. Premium eni respondet merito. sed constat aliquos esse alijs maioris meriti. ergo cum beatitudo sit virtutis premium. qui fuerint maioris meriti habebunt excellentius premiuz. ¶ Ad rōnes in oppositū. Ad primam respondetur q vnitas denarij significat vnitatem beatitudinis ex parte obiecti. et sic beatitudo est vna omniū. vt dicit prima conclusio. sed diuersitas mansionum significat diuersitatem beatitudinis secunduz diuersum gradum visionis et fruitionis. Deus enī omnibus essentiam suaz ostēdit. sed vnusquisqz eam aspicit. secundum modum suum. Ad secundam respondetur. Vno modo q ratio pcedit de beatitudine ex pte obiecti. Secundo respondetur loquendo de beatitudine formali que est adeptio ipsius sūmi boni negatur consequentia. quia beatitudo hoc modo ideo dicitur summum bonum in quātum est summi boni pfecta possessio siue fruitio. non quia vna non possit esse pfectior alia et maior. Sicut ignis est subtilissimus corporum specie et tamen vnus ignis altero subtilior esse potest. Ista beatitudo secundum speciem suam considerata est vltimuz bonum desiderabilium humanorum. nichilominus nichil prohibet beatitudinez vnius esse perfectiorem beatitudine al-

terius. Si dicas quilibet sanctus participat deum in summo. et quod in summo est. est in termio. et quod est in termino/ non recipit magis nec minus. ergo oēs equaliter participabunt. Respondetur ad hoc quod est summū simpliciter. et est summum huic. Dicimus quod nullus participat in summo simpliciter. sed in summo sibi. Quilibet eni totuz participat. non quin possit participari plus. sed non plus ab ipso quia non potest vltra proficere et contentus est oīno eo quod habz Ad tertiam respondetur. negando consequentiaz. Dicimus enim quod minus beato non est appetibilis beatitudo magis beati. Ratio est. quia in beatis est perfecta caritas. vnde ibi plus quilibet diligit deum quam seipsum. et ideo vult magis id quod conuenientius est deo. quam id quod esset melius ei. Et ideo magis vult diuinam iusticiā saluari in hoc quod ipe min9 habeat quod est deo conuenientius quam in hoc quod pl9 habeat quod esset sibi melius.

Dominica sexagesime ē euāgelium. In illo tempore Cum turba plurima etc. Luce. viij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima est. Vtrū cōuenienter cristus vsus fuerit in predicatione sua pabolis. Seda. Vtrū parabole ille cristi contineant veritatem secundum sensum litteralem.

Ad primam qua queritur etc. sic proceditur. Et videtur quod non cōuenienter vsus fuerit parabolis in predicatiōe sua. Primo sic. Modus loquendi per metaphoras et parabolas cum sit ppriium scientie infime. scz poetice non videtur pertinere ad doctorem diuine sapientie que altissima est. sed cristus pdicabat et docebat diuinaz sapiētiam. ergo non conuenienter vtebatur in predicatione sua metaphoris et parabolis. qa talis modus conuenit poetis. Secundo modo sic. cristus venit ad docendum veritatem. secundum illud Joh. xviij. Ad hoc veni et natus sum vt testimonium perhibeam veritati. sed per parabolas videtur veritas occultari. ergo non conuenienter cristus vtebatur in predicatione sua pabolis. Tertio sic. Cristus ad ostendum quod ipse esset verus deus obseruauit moduz in miraculis faciendis vt nō possit negari ipsum esse deuz sine peccato infidelitatis. secūduz illd Johis. xv. Si opera non fecissem que nemo alius fecit. peccatū nō haberent. ergo in predicatione debuit seruare illum modum vt maximus ostenderetur sapiens. sed iste modus non est parabolicus. ergo etc. In oppositū est euangelium presens. Respōdeo dicens sub ista conclusione. quod crist9 cōuenienter in predicatione et doctrina pabolis et similitudinib9 rez corpaliū vsus ē. veritas isti9 cōclusionis colligitur ex multis.

Primo quia predicator bonus debet formare sermonem suum iuxta calliditatem et capacitatez audientium. vt dicit Gregorius. sed naturaliter est homi vt per sensibilia ad intelligibilia veniat. qa omis nostra cognitio a sensu initium habet. Vnde vt dyonisi9 dicit in. vij. c. celestis iherarchie. impossibile est nobis aliter elucescere diuinum radium. nisi varietate sacrorum velaminũ circũuelatum. ergo cõuenienter cristus illis in sua doctrina et predicatione vsus est. Secundo colligitur ex eo q per huiusmodi parabolas absconderentur sacramenta ab infidelibus ne blasphement. vnde Math. vij. dicit. Nolite sanctum dare canibus. cristus autẽ videns q multi blasphemabant Vnde in beelzebub dicebant eum eijcere demonia. conuenienter ergo quandoqz vsus est parabolis in predicatione sua. Tum tertio. quia per huiusmodi parabolas homines rudes melius docentur et melius retinent quod audiunt Cum ergo predicatio cristi deberet pponi omnibus. secũndum illud Roma. pmo. Sapientibus et incipientibus debitor sum. conueniebat vt crist9 parabolis in sua predicatione vteretur. vt saltem vel sic rudes doctrinam caperent qui ad intelligibilia capienda nõ sunt ydonei. Vnde notandum q triplex distinguitur capacitas auditorum. Quidam eni non nisi in parabolis instruũtur. qui adhuc habent rationez totam ad sensuz reflexam. et illi dicuntur animales sensu. Quidam habent rationem ad fidei principia aliquãtulũ in se stantem. et illi capiunt veritatem interpretationis parabolarum. Quidam autẽ habent rationem ad intellectum diuino luz eleuatum. stantez in lumine et illi sunt perfecti in veritatis contemplatione et magistri i diuinis. Primus gradus est idiotarum turbarum. Secundus discipulorum imbuendorum pficientium. Tertius perfectorum. De primis dicitur i. Cor. iij. Tanq paruulis in cristo lac vobis potum dedi non escã Non eni poteratis itelligere. De secundis ad Heb. xij. In disciplina pseuerate tanq filijs vobis offert se deus. De tertijs Math. x. Sufficit discipulo si sit sicut magister eius. Hos eni tres status innuit hic dominus in euangelio hodierno. duos i discipulis et vnũ in turbis. vt dicit magnus albertus super matheũ. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia scientia poetica siue poete vtunt metaphoris propter representationem. Representatio eni naturaliter homini delectabilis est. sed predicator bon9 cuiusmodi fuit cristus vtitur metaphoris pter necessitatẽ et vtilitatem. vt dictum est. Ad secundam respondet. negando consequentiam. Et ratio est. quia licet veritas parabolis vestita occultetur infidelibus. non tamen fidelibus quoniam vt ait dyonisius.

Radius diuine reuelationis ꝓpē figuras sensibiles quibus circũue latur non destruitur. sed remanet in sua veritate. vt mentes quib9 reuelatio fit non permittantur in similitudinibus remanere. sed ele uat eas ad cognitionem intelli gibilium et per eos quibus reue latio facta est. alij etiã circa hoc instruuntur. Ad tertiam respon detur. ꝙ crist9 vtendo in predica tionibus suis parabolis aliquan do profundis rebus ostendit se sapientissimum predicatorem qui iuxta capacitatem omniũ predica tionem suam formabat.

AD secundam questionez qua queritur. Utrum pa rabole ⁊c̃. sic proceditur Et videtur ꝙ non. Primo. Quia falsum est ꝙ verbum dei ad litte ram sit semen aut ordei aut tritici Secundo. falsum videtur ad litte ram ꝙ volucres celi rapiunt ver bum dei. Tertio arguitur idez qđ falsum ad litteraz videtur esse ꝙ spine suffocant verbũ dei. In op positum est illud. ps. Principiuz verborum tuoruz veritas Respõ deo ꝙ oms ille parabole sunt ve re secundum sensum litteralem. Pro quo notanduz ꝙ vt dicit san ctus thomas in vltimo articulo questionis prime partis. Sensus parabolicus sub litterali contine tur. nam p voces significatur ali quid ꝓprie ⁊ aliquid figurate. nec est litteralis sẽsus ipa figura sed illud quod est figuratũ. Non eni cum scriptura nomiat dei brachi um ẽẽ litteralis sensus ꝙ in deo sit membrum huiusmodi corpora le. sed illud quod per hoc mem brum significatur. scz virtus ope ratiua. Sic ad ꝓpositum dicimus ꝙ sensus litterales sunt ea que si gnificantur per istas figurales si militudies. non ipse figure. et ita parabole sunt vere secunduz sen sum litteralem. Ad rationes in oppositum. Ad primam dicenduz ꝙ ideo comparatur doctrina cri sti semini. quia sicut semen in ter ram bonaz proiectũ resurgit mul tiplicatum. sic verbum diuinũ in corde deuote receptum facit mul titudinem bonoꝝ operum. Tum etiam. qꝛ tria sunt que iuxta con stãtinum arguunt bonitatem se minis. Si in colore est rubeum. in quãtitate secundum genus suuz est magnuz. et si in pondere est in genere suo graue. Sic in verbo di uino. Hoc eni est magnũ. quia de magnis loquitur rebus. Prouer. viij. De rebus magnis locutura sum. Secũdo in colore est exteri9 caritatis igne rubeũ. et interi⁹ pu ritate simile mirabiliter candiduz Canticoꝝ. v. Dilectus meus can didus et rubicũd9. Tertio est põ dere intelligẽdi grauissimũ. ⁊ om nẽ excendẽs itellectũ. ad Roma. xi. O altitudo diuitiaꝝ sapiẽtie ⁊ scie dei ꝙ̃ icomphẽsibilia sũt iu dicia ei9 ⁊ iuestigabiles vie eius Ad secũdã respõdet. ꝙ veꝝ ẽ ꝙ hi q̃ figurate intelligunt p volu cres celi comedũt illđ. isti sũt de mones q̃ p volucres celi itelligũ tur. Tum quia ipsi per peccatum

supbie alta sunt potentes. Unde de diabolo scribit. Job. xli. Ipse est rex sup omes filios superbie. Tum vt dicit glosa q celestis. id est spiritualis sunt nature. Tum quia p aera volitant. Hec eni volucres dicuntur comedere. id est impedire semen dei. quia importunitate temptationu suaru faciut sepe perire fructum diuini verbi

¶ Ad tertiaz similiter respondetur q verum est q diuitie eo q cogitationum suaz punctione mentem lacerant. per spinas significantur. suffocant. id est impediut fructum predicationis. Suffocat eni vt dicit gregorius in omelia. quia importunis cogitationibus suis guttur mentis strangulant. et bonum desiderium intrare ad cor non sinunt. quasi aditum flatus vitalis necant.

Dominica in quinquagesima est euangeliuz. Assumpsit ihus duodecim discipulos 7c. Luc. xviij. In quo pdicit discipulis suis passionem suam. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum necessariu fuit cristum pati pro humani generis liberatione. Secunda. Utrum couenienter elegit pati in in iherusale. Tertia. Utrum couueniens fuit vt etiam pateretur a gentibus.

Ad pmam sic proceditur. Et videtur q non fuit necessarium pati cristu pro humani generis liberatione. Primo sic. Humanu eni genus liberari non poterat nisi per deum. secundum illud. Ysa. xlv. Deus iust9 et saluans non est preter me. sed in deum non cadit aliqua necessitas quia hoc repugnaret omipotentie ipsius. ergo non fuit necessariu pati cristu. Secundo sic. Necessarium voluntario opponitur. sed crist9 ppria voluntate est passus. Ysaie. liij. Oblatus est quia ipse voluit. Unde vt hoc ostenderet discipulis predixit eis passionem multis diebus ante. sicut in euangelio presenti dicens. Ecce ascendimus 7c. ergo non fuit necessarium ipm pati. Tertio sic. Sicut dicit in. ps. Uniuerse vie dni misericordia et veritas. sed non videtur necessariuz q pateretur ex parte misericordie diuine. que sicut gratis dona tribuit. ita videt q gratis debita relaxet absqz satisfactione. Nec etiaz ex parte diuine iusticie secunduz qua homo eternam damnationez meruerat. ergo videtur non fuisse necessariu q cristus pro liberatione hoium pateretur. Quarto sic. Natura angelica excellentior est q humana. vt patet per dyonisium. iiij. de di. no. sed pro reparatione angelice nature que peccauerat cristus non est passus. ergo videtur q non fuit necessariuz cristum pati pro liberatione humani generis. In oppositum est euangeliuz presens. vbi dicitur. Ecce ascendimus iherosolimam et filius hominis 7c. vbi ostenditur q imutabiliter voluit pati. ergo necessario

passus ē. Vnde ad Hebr.ij. dicit. Decebat eum per passionem cōsumari. vbi dicit glosa. Nisi xp̄us pateretur. homo non redimeret et non redemptus periret. Respō deo dicendū. q cū reparatio hūane nature a deo facta sit. Dupliciter pōt cōsiderari necessitas. scz ex parte dei et ex parte ipsius nature reparande. Ex parte autē dei potest attendi triplex necessitas Vna est necessitas coactionis. et de ista est cōclusio pⁱma. q nullo modo potest cadere in deū. Tum qr non potest in deo esse aliquod violentū nec esse extra naturā cū sit īmutabilis. Tum qr repugnat omipotentie diuine. Alia est necessitas absoluta. et hec cadit in deū respectu ipoꝝ que in ipo sūt scz naturam suā cōsequunt. qr impossibile ē ea alit se habere. sicut necessariū est deū esse vel esse bonū. et alia huiusmodi. Et de ista necessitate ponitur cōclusio secunda. q nō fuit necessariū cristū pati. qr talis necessitas absoluta in in deo non est respectu alicui9 effectus. quia non agit ex necessitate nature. sed ex liberalitate volūtatis. Tertia necessitas est ex suppositione finis. Et de ista est conclusio tētia. q tali necessitate nō fuit necessariū ipsum pati. Patet quia non est dicendū quin de9 cuius potestati omia subiacent potuerit aliū modum possibilē inuenisse ad liberandum genus humanum. vt dicit Augustin9. xiij. de trinitate. Necessitate vero ex suppositione quod est in ipso. scz prescientie vel volūtatis que mutari nō possunt. que necessitas vocatur necessitas immutabilitatis fuit necessariū cristum pati et est conclusio quarta. Patet. quia ipse preuiderat et p̄ordinauerat naturā humanam reparandā hoc modo et prenunciauerat in scripturis sanctis. De qua necessitate dicit Luce vltimo. Hec sunt verba que locutus sum vobis. cum apud vos essē. qm̄ necesse est impleri omnia que scripta sunt ꝛc. Ex parte autē hoīs similiter potest considerari triplex necessitas Vna est necessitas absoluta que est respectu eorum que naturaliter homi insunt. sicut homiem necessarium est esse risibilem. et alia huiusmodi. et sic est q̄nta cōclio Non fuit necessarium humanam naturam reparari. Patet. quia reparatio nō cōsequitur ex p̄ncipijs naturalibus. Alia est necessitas coactionis. et de tali est cōclusio sexta. q nō fuit necessariū humanam naturā reparari. qr talis necessitas non fuit in humana natura respectu reparationis. qr de9 ad virtutē nō cogit. Tertia necessitas ex suppositione finis. sicut necessariū est hoīem habere nauem si debet ire vltra mare. et de tali necessitate est conclusio septima. q necessarium fuit humanam naturam reparari si ad visionem dei admitti debuit. Patet conclusio ex illo. Joh.iij. Oportet exaltari filium homīs. vt omnis qui credit in eum non pereat. sed habeat vitam eternam. Ad rationes

in oppositum. Ad primam respõdetur. negando cõsequentiam. Et ratio est. quia argumentũ illud procedit de necessitate coactionis ex parte dei. necessitas autem talis non cadit in deo. vt dicit cõclusio pma. Ad secundam respõdetur negando consequentiam. Et ratio ẽ. qr necessitas q̃ est ex suppositione voluntatis imutabiliter aliquid volentis nõ minuit rationem voluntarij. sed auget. et tanto magis quãto firmius inheret volito vt moueri non posset. Ad tertiam respondetur. qr hoiem liberari p passionem cristi cõueniens fuit et misericordie et iusticie eius. Justicie quidem quia p passionem suam cristus satisfecit pro peccato humani generis. et ita homo per iusticiã xpi liberatus est. ¶ Misericordie vero. quia cum homo per se satisfacere non posset pro peccato totius humane nature. deus dedit satisfatorem filium suum. secundum illud. Roma. iij. Justificati gratis per gratiam ipsius p redemptionẽ que est in cristo ihesu quem proposuit deus propiciatorem p fidem ipsius. Ad quartam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia peccatum ãgeli non fuit remediabile sicut pecatum hominis.

AD secundam questionem sic proceditur. Et videtur qr non cõuenienter passus est in iherusalem. Primo sic. Medicina debet morbo responde re. sed passio xpi fuit medicina cõtra peccatum ade. Adam autẽ nõ fuit sepultus in iherusalem. sed in hebrõ. ergo videtur qr cõuenientius ibi crist9 pati debuit. Secũdo sic Cristus passus est secũdum humanam carnem que quidẽ cõcepta fuit ex virgine i nazareth et nata in bethleem. ergo videtur qr non in iherusalem. sed in nazareth vel in bethleem pati debuit. q̃libet enĩ affectat sepeliri in ecclesia natiuitatis sue. Tertio sic. Cõtra illud qr passus est extra portam ciuitatis. Veritas debet respondere figure. sed passio cristi figurabatur p sacrificia veteris legis. sed huiusmodi sacrificia offerebãtur in templo. ergo et crist9 ex quo eligebat pati in iherusalem debuit pati in templo et non extra portam ciuitatis. Jn oppositũ est euãgelium presens. Respondeo dicendum. qr conueniens fuit cristum pati in iherusalem. Jsta conclusio patet primo ex illo Luce. xiij. Non capit prophetam perire extra iherusalem ¶ Secundo patet ex illo quod dicit Augustin9 in libro. lxxxiij. questionum. Omnia proprijs locis et temporibus gessit saluator. quia sicut omnia sunt in manu eius. ita et omnia loca. Et ideo sicut conuenienti tempore cristus passus est. ita et conuenienti loco. Sit ergo cõclusio. qr cõuenientissime cristus in iherusalem passus est. Que cõuenientia ostẽditur ex pluribus. Primo quidem quia iherusalem erat locus a deo elect9 ad sacrificia sibi offerẽda. Que q̃dẽ figuralia sacrificia figurabãt xpi passionẽ q̃d est verum

sacrificiū. secūdū illud ad Eph. v. Tradidit semetipsum hostiam et oblationem in odorem suauitatis. Secūdo patet. Virtus passionis cristi ad totum mūdum diffundēda erat. ideo in medio terre habitabilis pati voluit. sez in iherusalem. vnde dicitur in ps. Deus aūt rex noster ante secula operatus est salutē in medio terre. id ē iherusalem. que dicitur esse vmbilicus terre. Tertio qz hoc maxime cōueniebat humilitati eius. vt scz sicut turpissimū gen9 mortis elegit. ita et ad eius humilitatē pertinuit qꝫ in loco tam celebri cōfusionem pati non recusaret. Vnde dicitur Actuū. iiij. Cōuenerūt in ista ciuitate aduersus pueruz sanctum tuū ihm quē vnxisti. herodes et pontius pilatus cum gentibꝫ et populis israel. Quarta cōueniētia accipitur ex interp̄tatione. Interp̄tatur enī iherusalem visio pacis. Ad hoc enī pati voluit vt nos deo recōsiliaret. ad romanos. v. Recōsiliati sum9 deo p mortez filij eius. Ad rationes in oppositum. Ad p̄mam respondetur. negando cōsequentiā. Et ratio est. qz cum cristi passio non solum erat in remediuz contra peccatum personale ade. sed contra peccatū totius mūdi. cōuenienti9 cristus pati elegit in iherusalem q̄ꝫ iuxta sepulcrum ade. Ad secūdam respondetur. negando consequentiam rationibus assignatis quare conuenienter pati in iherusalem cristus elegit. Ad tertiam respondetur. qꝫ cristus non in templo aut in ciuitate sed extra portam passus est. conuenientissime ꝓpter tria. Primo quidez vt veritas respōderet figure. Nā vitulus et hircus qui solennissimo sacrificio ad expiationem totius multitudinis offerebantur extra castra cōburebantur. vt precipitur. Leuitici. xvi. Vnde dicitur ad Heb. xiij. Quoꝝ animaliuz infertur sanguis pro peccato in sancta p pontificez. hoꝝ etiam corpa cremabantur extra castra. ꝓpter quod ihesus vt sanctificaret populum extra portam passus est. Secundo vt per hoc daret exemplum nobis exeundi a mundana cōuersatione. Vnde ibidez subdit Exeamus igitur ad eum extra castrum improperium eius portantes. Tertio vt crisostom9 dicit i sermone de passione. Voluit de9 pati sub tecto. non in templo iudaico. ne iudei subtraherent sacrificium salutare. nec putares pro illa tantum plebe oblatuz. et ideo foras ciuitatem foris muros. vt scias sacrificiū esse cōmune. qꝫ totius terre est oblatio. qꝫ communis est purificatio.

Ad tertiam questionem. sic proceditur. Et videtur qꝫ non fuit cōueniens qꝫ crist9 pateretur a gentibus. Primo sic. Multi per mortem ihesu cristi homines erant a peccato liberandi. videtur cōueniēs vt paucissimi in morte eius peccarent. peccauerūt autē i morte ei9 iudei ex quoꝝ psona dicit. Math. xxi.

¶ Hic est heres venite occidamus eum. ergo videtur cōueniens fuisse ꝙ in peccato occisionis ihu xpi gentiles nō implicarentur. Secūdo sic. Veritas debet respōdere figure. sed figuralia sacrificia veteris legis nō gentiles sed iudei offerebant ergo nec passio xpi que fuit verū sacrificiū impleri debuit per manus gentiliū. Tertio sic. Iudei querebant interficere xpm qꝛ dicebāt eū esse cōtra legē iudeoꝝ. Unde ipsi dicebant. secūdū legē debet mori. sed peccata que cūqꝫ puniūtur secundū legeꝫ. Leuitici. xx. Unde falsuꝫ videtur dixisse iudei dicētes. Non licet nobis interficere quemꝗ. ergo videt̄ ꝙ crist9 pati nō debuit nisi a iudeis In oppositū est euāgeliū presens cum ait. Tradent eum gentibus. Respondeo dicendū. ꝙ cōueniēs fuit ꝙ cristus etiaꝫ a gentib9 pateretur. Ista cōclusio ostēdit̄ ex processu effect9 passionis xpi. qui in ipo modo passionis xpi fuit p̄figuratus. Primo eni passio cristi effectū salutis habuit in iudeis. quoꝝ plurimi in morte cristi baptisati sunt. vt patet ¶ Actuū. ij. et iiij. Secundo vero iudeis p̄dicantibus effectus passionis transiuit ad gentes. et ideo cōueniens fuit vt xpus a iudeis pati inciperet. ⁊ postea iudeis tradentib9 per manus gentiliū eius passio finiretur Ad rationes in oppositū. Ad primam respondetur ꝙ ratio nō militat. Et ratio est. quia crist9 ad ostēdenduꝫ habundatiā caritatis sue ex qua patiebat̄. in cruce positus veniam pro persecutorib9 postulauit. vt autē huiusmodi petitionis fruct9 ad iudeos et gentiles p̄ueniret. voluit xps ab vtrisqꝫ pati. Ad secundam respondetur. negando cōsequentiaꝫ. Et ratio est. qꝛ passio cristi fuit oblatio sacrificij. in quātum cristus ꝓpria voluntate mortē sustinuit ex caritate. Inquātum autē a persecutoribus est passus non fuit sacrificium sed peccatum grauissimuꝫ Ad tertiam dicendū ꝙ iudei verum dixerunt. dicentes. Non licet nobis interficere quemꝗ. quia p romanos qb9 erant subiecti erat eis potestas occidēdi interdicta.

Dominica prima in quadragesima est euangeliū In illo tempore. Duct9 est ihesus in desertum a spiritu vt temptaretur a diabolo Math. iiij. Et quia in hoc euangelio fit mētio de duobus. de ieiunio et temptatione cristi. possunt he questiones disputari. Prima. ¶ Utrum ad ieiunium quadragesime omnes teneantur ¶ Secunda est. Utrum ieiunium quadragesime debito tempore obseruetur. Tertia est. Utruꝫ cōueniens fuit cristum a diabolo temptari.

Ad primam questionem sic proceditur ¶ Et videt̄ ꝙ omnes teneantur ad ieiunium quadragesime. Primo sic. Ex euāgelio. cristus ieiunauit quadraginta diebus et quadraginta noctibus. sed omnes eum imitari debent. secūdū illud. Ioh.

xiij. Exemplum eni dedi vobis vt queadmodum ego feci vos facia tis. ergo oms ad ieiunu quadragesime tenentur. ¶ Secundo sic. Precepta ecclesie obligat sicut pcepta dei. Unde cristus ait. Luce x. Qui vos audit me audit. ergo similiter oms tenentur ad seruandum ieiunia ab ecclesia instituta inter que est ieiunu quadragesime. vt habet. de conse. di. iiij. c. no licet et. c. non oportet ¶ Tertio sic. Illud quod vtiliter statutum est non potest sine nocumento relaxari. sed non sine vtilitate statutum est quadragesime ieiunu. ergo non potest sine nocumeto aie per dispensationem relaxari. ¶ Quarto sic. Dicit bernardus li. de dispensatione et precepto. In precepto superioris non potest inferior dispensare sed quelibet singularis psona est inferior q ecclesia que ieiunu quadragesime sub pcepto statuit. nisi forte papa qui est caput ecclesie. ergo nullus alius potest in ieiunio quadragesime dispensare. et per consequens oms ad illud tenentur.

¶ In oppositum sic arguitur. Dicit innocenti9. q non subiacet legi necessitas. ergo necessitate iminente potest aliquis sine peccato ieiunium quadragesime et quod cuqz aliud ab ecclesia institutum pretermittere per dispensatione. ¶ Item precepta legis naturalis non possunt p aliquod statutum imutari. sed preceptum legis naturalis est vt homo ad necessitatem cibum sumat. ergo si necessitas exposceret posset ieiunij abstinentiam non seruare. ¶ Respodeo dicenduz sub ista conclusione. q ad ieiunium quadragesime comuniter oms tenentur nisi in eis fuerit aliquod speciale impedimentum. Pro cuius conclusionis euidentia est notanduz q statuta comunia pponuntur secundu quod multitudini couenium. Et ideo legislator in eis statuendis attendit id quod comuniter et in plurib9 accidit. si qd aute ex speciali causa in aliquo inueniatur qd obseruantie statuti repugnet. non intedit talem legislator ad statuti obseruantiam obligare. Est aute distinctio adhibenda. Nam si causa euidens est p seipsuz licite potest homo statuti obseruantiam preterire. psertim cosuetudine interueniente. vel si non posset de facili recursus haberi ad superiorez. Si vero causa sit dubia debet ad supiorem recurrere qui habet potestate in talibus dispesandi. Et hoc est obseruandu in ieiuniis ab ecclesia institutis ad que comuniter oes obligant. nisi in eis fuerit vt dictuz est aliquod speciale impedimentu. Ex istis eliciunt multa correlaria. Primu e q qr pueri indigent multo cibo et no simt sūpto. q diu sunt in statu augmeti. Tempus aute augmeti secunduz philosophu est vsqz ad finez tertij septennij vt in pluribs. non teneatur ad ieiunia instituta ab eccl'ia couenies tame est vt i hoc tempore se ad ieiunandu exercea ant. pl9 vel min9 secudu moduz

etatis sue et possibilitatem. Secundum correlarium est. peregrinantes et laborantes qui sine incommodo et detrimento salutis vel exterioris status. qui requiritur ad conservationem corporalis vel spiritualis vite deferre non possunt peregrinationem aut diminuere labores. et simul cum hoc non possunt ecclesie ieiunia observare. non obligantur ad huiusmodi ieiunia. videtur tamen in talibus recurrendum esse ad superioris dispensationem. nisi forte vbi ita est consuetum quia ex hoc ipso quod prelati dissimulant videntur annuere. Tertium correlarium. Paupes qui non possunt sufficienter habere quod eos reficiat ad vnam refectionem. videntur excusari a ieiuniis ecclesie. Quartum correlarium. Cursores quorum vsus est dominis necessarius si non possunt simul currere et ieiunare excusari videntur. secus quando morantur et non vadunt. ¶ Quintum correlarium. Mulieres pregnantes et mulieres lactantes si necessitas debilitatis corporalis impediat eas. non tenentur ieiunare. Sextum correlarium Senes infirmi et debiles etiam excusantur a ieiuniis huiusmodi. sed pro quanta debilitate. arbitrio boni viri standum est. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur concedendo quod omnes tenentur observare illa ieiunia quadragesime secundum possibilitatem suam. nisi in eis occurrerit aliquod speciale impedimentum vt dictum est. ¶ Ad secundam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia precepta dei sunt de eis que sunt de necessitate salutis. et ideo in quolibet casu observari illa oportet. sed precepta ecclesie quamuis vim obligandi habeant ex auctoritate precipientium. non tamen semper obligant propter materiam in qua ponuntur. in qua possunt plura impedimenta occurrere. ¶ Ad tertiam respondetur negando assumptum. Dicimus enim quod id quod secundum vtilitatem que vt in pluribus accidit institutum est. hoc propter necessitatem aliquo casu emergente vtiliter dimittitur sicut in proposito. ¶ Ad quartam respondetur quod non militat. quia inferior potest dispensare in precepto superioris quando dispensatio sibi a superiori relinquitur sicut hic. vt dictum est supra.

Ad secundam questionem sic proceditur. Et videtur quod non debito tempore quadragesime ieiunium celebretur. Primo sic. Legislator noui testamenti cristus quadragesimam ieiunauit. et illam statim post baptismum legitur inchoasse. Math. iiij. Si ergo nos in actibus nostris cristo conformari debemus. statim post epiphaniam quando baptismus cristi celebratur deberemus quadragesime ieiunium inchoare. ¶ In oppositum est vniuersalis ecclesie consuetudo Respondeo dicendum quod quadragesimale ieiunium debito tempore fuit institutum. Pro quo notandum quod ieiunium ad duo ordinatur. scilicet ad deletionem culpe. et ad eleuationem mentis ad superna. et ideo illis temporibus fuerunt ieiunia indicenda in quibus oportebat homines a peccato purgari

et mentem fideliũ eleuare in deũ per deuotionẽ· quod quidẽ precipue iminet ante pascalez solẽnitatẽ i qua ⁊ culpe p baptiſmũ relaxent̄ qui solennit̄ in vigilia pasce celebrat̄ qñ recolit̄ dñica sepultura· q̄ꝛ p baptiſmũ cõsepelimur xp̄o in mortẽ· vt dicit̄ ad Roma· vi· In festo etiã pasce maxime oportet mentez hois p deuotionẽ eleuari ad eternitatis gloriam quã xp̄s resurgendo inchoauit· et ideo imediate ante selẽnitatẽ pascalẽ ecclesia statuit hoc ieiunũ obseruandũ· ¶ Ad rationes in oppositũ respondet̄ negãdo consequẽtiã· Et ratio est· quia xp̄s nõ ieiunauit quasi ipse ieiunio indigeret· sed vt ad gratiã ei9 suscipiendã exemplo sui p ieiunũ nos prepararet· et ideo post baptiſmũ suũ i quo plenitudo gratie ipsi9 declarata est testimoio patris et sp̄us· et etiã iohãnis baptiste· decebat vt exemplũ ieiunij sui nobis preponeret. nobis autẽ cõpetit ieiunũ vt preparemur ad suscipiendã gratiã ipsi9· Et quia sacramẽta gratie ei9 p̄cipue preponuntur circa festũ pascale. ideo immediate ante solẽnitatẽ pascalem q̄dragesimale ieiunũ implet̄ur· Et etiã quia tẽpus veris q̄d tũc incipit maxime est cõcupiscẽtie aptum· et quia significatur q̄ ad gloriã resurrectionis p tribulationes vite p̄sentis venimus sicut et cristus per passionem.

Ad tertiam questionẽ· sic p̄cedit̄ur· Et videt̄ q̄ nõ fuit cõueniens xp̄m tẽptari a diabolo· ¶ Primo sic· Temptare est experimẽtũ sumere· q̄d quidez nõ fit nisi de re ignota· sed virtus cristi erat etiã demonibus nota· dicitur eni Luce· iiij· q̄ xp̄s non sinebat demonia loqui· quia sciebant ip̄m esse xp̄m· ergo videtur q̄ nõ fuerit cõueniẽs cristum temptari· ¶ Secũdo sic· Ad hoc xp̄s venerat vt opera diaboli dissolueret· secũdũ illud· i· Joh· iij· In hoc apparuit filius dei vt dissolueret opera diaboli· sed nõ ẽ eiusdẽ dissoluere opera alicui9 et ea pati· ergo videt̄ i cõueniẽs fuisse q̄ cristus pateret̄ se tẽptari a diabolo· ¶ Tertio· Triplex ẽ tẽptatio· sez a carne· a mũdo· ⁊ a diabolo· sed xp̄s non fuit temptatus nec a carne nec a mũdo· ergo etiã nec debuit temptari a diabolo.

¶ Quarto. Ois xp̄i actio ẽ nostra instructio. ergo xp̄s pmittẽdo se temptari a diabolo videt̄ dare nobis viaz q̄ exhibeam9 nos temptationibus q̄d ẽ incautũ valde· ergo ⁊c·· Preterea hic arguit̄ contra aliqua que dicuntur in littera euãgelij· ¶ Et p̄mo cõtra illd̄ q̄ diabol9 assumpsit xp̄z sup̄ pinnaculũ· vel in montẽ excelsum· Hoc eni audire humane horrescũt aures. ergo non videtur cõueniens.

Quinto nõ videtur possibile· q̄ xp̄s sup̄ pinnaclm tẽpli statui potuerit quin ab alijs videret̄· Itez nec aliquis mons taz alt9 inueniatur vt inde tot9 mũd9 inspici possit· et sic ex eo nõ potuerũt cristo oia regna mũdi ostẽdi· ergo videtur q̄ inconuenienter temptatio

cristi describatur. ¶ In oppositum
est euangelium presens ¶ Respō
deo dicendū. ꝙ cōueniens fuit cri
stū se pmisisse temptari a diabolo
Que cōclusio ostenditur ex mul=
tis. Primo vt nobis contra tem
ptationes auxiliū ferret. Vñ gre
gorius in omelia. Non erat in di
gnū redemptori nostro ꝙ temp=
tari voluit qui venerat etiam oc=
cidi. vt sic temptatiões nostras
suis temptatiõibꝫ temporalibus
vinceret. sicut mortē nostrā sua
morte supauit. Secūdo ꝓpter no
strā cautelā vt null9 quātūcūqꝫ
sanct9 se existimet securū et imu=
nē a temptatiōe. Vnde etiā post
baptismū temptari voluit. qꝛ si=
cut hylarius dicit sup matheū.
In sanctificatis maxime diaboli
temptamēta grassant̄. quia victo
ria magis ē ei de sanctis exoptā=
da. Vnde eccl'. ij. dicitur. Fili acce
dens ad seruitutē dei sta in iusti=
cia et timore. et prepara aīam tuā
ad temptationem. Tertio ꝓpter
exēplū. vt scꝫ nos instrueret qua
liter diaboli temptatiões vinca=
mus. vt augustin9 dicit. iij. de tri
tate. Quarto vt nobis fiduciā de
sua misericordia largiret̄. vnde di
citur ad Heb. iiij. Non habemus
pontificē qui non possit compati
infirmitatibꝫ nostris. temptatum
autē p omia ꝓ similitudine absqꝫ
peccato. ¶ Ad rationes in opposi
tum. Ad pmam respondet̄ negā
do minorē scꝫ ꝙ virtus cristi esset
certitudinaliter nota demonibꝫ.
sicut dicit Augustin9. ix. de ciui.
Cristus tamē innotuit demonibꝫ
quātum voluit. non per id quod
est vita eterna. sed per quedā tē=
poralia sue virtutis effecta. ex q̄=
bus quādam cōiecturā habebāt
cristū esse filiū dei. Sed qꝛ rursus
quedā signa in eo humane natu=
re infirmitatis videbant. nō ꝓ cer
to cognoscebant eū esse filiū dei
et ideo diabolus eū temptare vo
luit. Et hoc significatur Math.
iiij. vbi dicit̄. ꝙ postꝙ̄ esuriit ac=
cessit temptator ad eū. qꝛ vt dicit
hylari9. Temptare cristū diabo
lus non fuisset ausus. nisi in eo per
esuriei infirmitatē que sunt hoīs
recognosceret. et idem dicit Gre=
gorius. ¶ Ad secundam respon=
detur. negando consequentiā. Et
ratio est. quia crist9 venerat dis
soluere opera diaboli. non poten
tia agēdo. sed magis ab eo et ei9
mēbris patiendo. vt sic diabolū
vinceret iusticia non potestate.
¶ Ad tertiā respondetur. negan
do cōsequentiā. Et ratio est. quia
cristus sicut dicit apostolus in oī
bus temptari voluit absqꝫ pecca
to. Tēptatio autē que est ab ho
ste potest esse sine peccato. qꝛ fit
per solā exteriorem suggestionē
Temptatio autē que est a carne
nō potest esse sine peccato. qꝛ hec
temptatio fit p delectatiōē ⁊ cō
cupiscentiā. Et sicut aug9 dicit.
Non nullū peccatū ē cū caro cō=
cupiscit aduersus spūm. ⁊ ideo cri
stus tēptari voluit ab hoste non
a carne. ¶ Ad quartā respōdetur.
negando cōsequentiā. cū dicit. ꝙ
oīs actio xpi ⁊c. respondet̄ ꝙ ali=
qua in cristo imitari debemus. et

aliqua mirari·quecunqz sunt opera virtutū imitari debem9 que autem sunt potestatis nō imitari debemus sed mirari·⁊ istud est vnū de illis·Vnde nos nostre infirmitatis conscij nō debem9 nobis facere tēptationū occasiōes·¶ Ad quintā de illo verbo. ꝙ diabolus assumpsit xp̄m· respōdet̄ ꝙ vt dicit albertus magnus sup matheum. Quidam sanctoꝝ videntur dicere·ꝙ assumpsit eū portando super se corporaliter assumpto corpore·vt dicit gregori9 in omelia. Nec est miruz si se ab illo ꝑmisit in montē duci qui se ꝑmisit a mēbris ipsius crucifigi·Sed crisostomus dicit· ꝙ assumpsit eū ducendo post se. et ita exhortando induxit eū ad hoc: vt iret post eum et cristus ex dispositione sue sapientie iuit cū eo vbi ille cupiebat eū habere ad temptādū·Vnde dicit sanctus thomas cū dicit̄· Assumpsit eū diabolus non intelligitur quasi ex necessitate·sed quia vt origeñ·dicit sup lucam·Sequebatur eum ad temptationē quasi athleta spōte ꝓcedēs·Ad sextā respōdetur ꝑmo·ꝙ sicut dicit crisostom9·Diabolus sic xp̄m assumebat in pinnaculū vt ab oībus videretur·Cristus autē nesciente diabolo sic agebat vt a nemie videretur· Quod autē cōsequēter dicit̄· de mōte excelso ⁊c̄·non est intelligendū ꝙ videret ipsa regna vel ciuitates vl' populos vel aurum vel argentū·sed partes in quibus vnūquodqz regnū vel ciuitas posita est· diabolus xp̄o digito demonstrabat· et vniuscuiusqz regni honores et statum verbis exponebat·

In secunda dn̄ica quadragesime legit̄ euangeliuz illud· In illo tempe· Assumpsit ihesus petruz et iohānē Math·xvij·Circa qd̄ possunt disputari sequentes questiones·¶ Prima·Vtrum cōueniens fuit xp̄m transfigurari·¶ Secūda Vtrū cōuenienter ibi sunt inuenti testes transfigurationis·Moyses·Helias·et Petrus·⁊ Jacobus et Johānes· Tertia·Vtrū errauit petrus dicens· Bonū est nos hic esse· et petens tria tabernacula fieri. Cristo vnum· Helie vnuz et Moysi aliud.

Ad primam questionē·sic ꝓceditur·Et videt̄ ꝙ nō fuit cōueniens xp̄m transfigurari·¶ Primo sic. Non cōuenit vero corpori vt in diuersas figuras mutetur·sed corpori fantastico·Corpus autē cristi non fuit fantasticum sed verū·ergo transfigurari non debuit·Si dicatur ꝙ transfiguratio dicitur claritatis assumptio·Cōtra sic. Figura est in quarta specie qualitatis·Claritas autē est in tertia cuz sit sensibilis qualitas· ergo assumptio claritatis a cristo transfiguratio dici non debet·¶ Tertio· Impossibile est ꝙ idem corpus sit simul opacum et lucidum·sed secunduz rei veritatem corpus cristi opacū erat. ergo claritas non inerat ei

secundum veritatem. ¶ Quarto sic Corporis gloriosi sunt quatuor dotes. scz ipassibilitas. agilitas. subtilitas. et claritas. sed per assumptionem aliarũ triũ non dicitur trãsfiguratus. ergo nec per assumptionẽ claritatis ¶ In oppositũ est euangeliũ presens. Respondeo dicendum quod cõueniens fuit cristum trãsfigurari que cõclusio ostenditur sic. Cristus discipulis suis prenũciata sua passiõe induxerat eos ad sue passionis sequelam. Oportet autẽ ad hoc quod aliquis directe procedat in viam quod finem aliqualiter precognoscat. sicut sagittator non recte iaciet sagitta nisi prius signũ prospexerit in quod iaciẽdũ est. et hoc precipue ẽ necessariũ quando via est difficilis et aspera et iter laboriosum. finis vero iocũdus. Cristus ergo quia per suam passionem ad hoc peruenit vt gloriam obtineret non solum anime quã habuit a principio conceptionis sed etiam corporis. secundũ illud Luce vltimo. Oportuit pati cristũ et ita intrare in gloriam suã ad quã gloriam etiam perducit eos qui vestigia sue passionis sequitur. secundum illud Actuũ xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ celorum Et ideo cõueniens fuit vt discipulis suis gloriam sue claritatis ostẽderet quod est ipm transfigurari cui suos configurabit. secundum illud Phil. iij. Reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. vt sic aiarentur ad sequendũ cristũ in acerbitatẽ passionis. vt ergo istam felicitatis constantie fortitudinem toto apostoli corde conciperent. et nichil de suscipiẽde crucis asperitate formidarent. claritatẽ illis sue glorie demonstrauit. Vnde beda dicit sup matheum. Pia prouisione factum est vt contemplatione supmanentis gaudij ad breue tempus deriuata fortius aduersa tolerarent. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur quod non procedit. quia cristus non dicitur transfiguratus quod pristinam formam aut faciem aut corporis veritatem perdidisset. Vnde iheronimus super matheum dicit. Nemo putet cristum per hoc quod transfiguratus dicitur pristinam formam et faciem perdidisse. vel amisisse corporis veritatem et assumpsisse corpus spirituale vel aereum. Sed quomodo transfiguratus sit euangelista demonstrat dicens. Resplenduit facies eius sicut sol. vestimenta autẽ eius facta sunt alba sicut nix. vbi splendor faciei ostenditur. et candor describitur vestium non substantia tollitur sed gloria cõmutatur. ¶ Ad secundam respondetur. negando consequentiam. Et ratio est. quia figura circa extremitatem corporis consideratur. Est enim figura que termino vel terminis cõprehenditur. et ideo oia illa que circa extremitatem corporis considerantur ad figuram quodãmodo ptinere videntur. sicut autẽ color ita et claritas corporis non trãsparẽtis in eius superficie attenditur. et ideo

ei9 assumptio claritatis transfigu ratio dicit. ¶ Ad tertiã respondet negando assumptũ. qm non ē inconueniens q id qd in se est opacum intrinsecus habere claritatē in supficie vel extēsione/ sicut est corpus politum. vel etiã ex alio itrinseco supinducto. sicut ex reuberatiōe solis vel alicuius hmōi. et sic fuit claritas in christo non q supfuerit iducta ex aliquo corpore superlucente sed miraculose ab ipso deo. vt dicit sanctus Thomas in tertio. ¶ Ad q̃rtaz respondet negando consequētiaz Et ratio ē. quia nō ē simile de dote claritatis. et de alijs dotibus. quia inter alias claritas est qualitas ipsius persone in seipsa. Alie vero tres dotes non participãt nisi in aliquo actu vl' motu seu passiōe Ostendit igit̄ Christus in seipso aliq̃ aliarũ dotiũ inditia. puta agilitatis cuz super vndas maris ambulauit. Subtilitatis quando de clauso vtero virgis exiuit. Impassibilitatis cum de manibus iudeoꝝ precipitare vel lapidare cũ volentium illesus euasit. nec tamen ꝓpter illas transfiguratus dicitur. sed per solam claritatem que pertinet ad aspectum persone ipsius. Circa quam claritatez nota q claritas illa quã cristus in transfiguratiōe assumpsit. fu't claritas glorie quãtum ad essentiam. non quãtum ad modum essendi. Claritas enĩ corporis gloriosi deriuatur ab anime claritate sicut dicit augustinus in epistola ad dioscoꝝ. Et similiter claritas corporis cristi in transfiguratione deriuata est a diuinitate ipsi9. vt damase. dic. et a gl'ia aīe ei9 quã a principio conceptionis habuit Quod eni a principio cōceptiōis cristi gloria anime non redundaret in corpus ex quadam dispensatione diuina factũ est/ vt in corpore passibili nostre redemptionis expleret misteria. Et eodem modo ex diuina ordinatione factum est vt gloria anime redundaret in corpus in hora transfigurationis vt ostenderet discipulis gloriam future resurrectionis vt dictum est.

AD secundam questionez sic ꝓceditur. Et videt̄ q non cōuenieter ducti sũt testes transfigurationis. ¶ Primo sic. Vnusquisqz eni maxime perhibere potest testimonium de notis. sed qualis esset futura gloria tempore transfigurationis cristi nulli hominũ per experimentum erat adhuc notum. sed solis angelis. ergo cōuenientius angeli debuerunt duci testes transfigurationis q̃ homies ¶ Secũdo sic. Testes veritatis non decet aliqua fictio. sed secũdum veritatez moyses et helias non fuerunt ibi vere sed ymaginarie vt dicit quedam glosa. Luce. ix. ergo non fuerunt cōueniētes testes. ¶ Tertio secunduz quod dicitur Actuũ. x. Omnes ꝓphete testimoniuz perhibent cristo. ergo non solũ moyses et helias debuerunt interesse tanq̃ testes. sed etiã oēs ꝓphete

hh 9

¶ Quarto sic. Gloria cristi fidelibus omibus repromittitur quos per suā transfigurationē ad illi9 glorie desideriū ascendere voluit. non ergo solos petruz et iohānē et iacobū in testimoniū sue transfigurationis assumere debuit sed oīs discipulos. ¶ In oppositum est euāgeliū presens. Respondeo dicendū sub ista cōclusione. qꝫ cōuenienter sunt pdicti testes ducti in testimoniuz transfigurationis cristi. Ista conclusio declarat̄ sic Crist9 trāsfigurari voluit vt gloriam suam ostenderet hominibꝫ et ad eam desiderandā homīes ꝓuocaret. Ad gloriam autē eterne beatitudinis adducuntur homīes per cristum. non solū qui post eū fuerunt sed etiam qui eum precesserunt. Vnde eo ad passionē ꝓperante tam turbe que sequebātur q̄ꝫ que precedebant ei clamabāt Osanna. vt dicit̄. Math. xxi. quasi salutem ab eo petētes. Et ideo cōueniens fuit vt de precedentibꝫ ipsum testes adessent. scꝫ moyses et helias. et de sequentibus. vt petrus iacobꝫ et iohānes. vt in ore duoꝝ vel trium testimoniū staret hoc verum. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primā respondet̄ negando consequentiam. Et ratio est. qꝛ cristus per suā transfigurationem manifestauit discipulis corporis gloriam que ad solos homīes ptinet. et ideo cōuenient̄ non angeli sed homīes pro testibꝫ ad hoc inducuntur. ¶ Ad secundā respōdetur negando minorem. Dicimus enī qꝫ in rei veritate fuerunt adducti helias de loco quodam eminenti ad queꝫ fuerat raptus. vt habetur. iiij. Regū. ij. et sic apperuit in corpore ꝛ in anima Moyses vero adduct9 est de limbo patrū. non quia resurrexit. sed quia anima apparuit ibi in corpore sibi aptato. sicut apparent angeli in corporib9 assumptis. Ad glosam autē inductam dicitur. qꝫ illa dicit̄ sumpta de libro qui intitulatur de mirabilibus sacre scripture. qui non est liber autenticus sed false ascribitur Augustinus Vnde illi glo. non est standum. ¶ Ad tertiam respondetur negādo cōsequentiaꝫ. Licet enī omēs ꝓphete testimoniū cristo reddāt non debuerunt ꝓpter hoc interesse transfigurationi cristi. sed sufficiebant iste due persone que capita sunt ꝓphetaꝝ. que singularit̄ inter alios inducti sunt. Tum primo qꝛ eū turbe dicebant cristū esse heliaꝫ. Alij iheremiā. aut vnū ex ꝓphetis. capita ꝓphetaruꝫ secum duxit vt saltem hinc appareat differentia seruoꝝ et dn̄i. Tuꝫ secundo. quia moyses legē dedit. Helias ꝓ glori a dei emulator fuit secundū quod de eo scribitur. iij. Regū. xix. Zelo zelat9 suꝫ ꝓ dn̄o exercituū. Vn̄ ꝓpter hoc qꝫ simul cuꝫ cristo apparent excluditur calumia iudeoꝝ accusantiuꝫ cristum tanq̄ꝫ legis transgressorē et blasphemū. dei gloriaꝫ sibi vsurpantem. Tum tertio. vt ostenderet sē habere potestatē mortis ꝛ vite ꝛ

esse iudicē mortuorum et viuorum per hoc q̄ moysen iam mortuū et heliam viuentē secum ducit. ¶ Ad quartam respondetur negando cōsequentiam. Et ratio est. quia talia misteria non sunt oībus exponēda imediate. sed p maiores suo tempore ad alios debēt deuenire et ideo vt crisostomus dicit. assumpsit tres tanq̄ potiores. Nam petrus excellēs fuit in dilectiōe quā habuit ad cristum. et iterū in potestate sibi cōmissa. Johānes vero in ꝑuilegio amoris quo a xp̄o diligebat̄ ꝓpter suā virginitatē et ꝓpter prerogatiuā euāgelice doctrine. Jacobus autē ꝓpter prerogatiuā martyrij. Fuit eni primus ante alios discipulos passus martyrium propter Cristum.

Ad tertiam questionem sic proceditur. Et videt̄ q̄ petrus non errauerit dicēdo Bonū est nos hic esse. vel petendo tria tabernacula ⁊c. ¶ Primo sic. Dic̄ glo. Bene nouerat qd̄ diceret dum ait. Bonū est nos hic esse. q2 reuera solum homīs bonū est intrare i gaudiū dn̄i sui ⁊ huic in eternū contemplādo assistere ¶ Secundo sic. Dicitur in. p̄s. lxxij Adherere deo bonū est. sed hoc dicit petrus. ergo nō errauit In oppositū videtur illud q̄ marcus et lucas dicūt q̄ petrus hoc dicens nesciebat quid diceret. ¶ Respōdeo dicendū q̄ in hoc petrus dicitur errasse multipliciter vt colligitur ex glosa sanctorum patrum Primo in hoc q̄ credidit q̄ in solo aspectu humanitatis cristi cōsisteret beatitudo. et ideo illd̄ sufficere ꝓ finali beatitudine. Quod non est verum. qm̄ beatitudo essentialis cōsistit in aspectu claro ipsius diuinitatis et perfecta eius fruitione. Accidentaliter autē cōsistit in aspectu humanitatis cristi ⁊ delectatione cōsequētie. Isti autē apostoli qui admissi fuerunt ad transfigurationem non viderūt ipsius diuinitatem. sed tantū eius humanitatem in forma gloriosa Vnde verba petri non erant rationabilia. q2 in solo aspectu humanitatis cristi nō consistit beatitudinis essentia. vt dictū est ¶ Secundo dicitur errasse siue male dixisse. quia credidit in hoc esse gloriam sanctorum. que non est hic sed in celis. secundum illud Luce vi. Gaudete et exultate quia merces vestra copiosa est in celis.

¶ Tertio quia credidit q̄ in hac vita mortali possit vera beatitudo haberi. cōtra illud apostoli ad Hebreorum. xiij. Non habemus hic ciuitatem manentem. sed futuram inquirimus. Quarto. quia credidit q̄ domibus indigeremus pro beatitudine consequenda. cum in illa celestis vite gloria. vt dicit beda. domus necessaria non erit. vbi diuine contemplationis luce omnia pacificante aura aduersitatis alicuius timenda nulla remanebit ¶ Testante apostolo iohanne Apocal. xxi. qui eiusdem ciuitatis superne claritatem describens dicit inter alia ¶ Et templum non

vidi in ea. Deus enim omnipotens templum illius est et agn9.
¶ Quinto errauit siue male dixit. quod tria tabernacula petit fieri. In hoc errauit dicit albert9 quod legis et prophete et euangelij non sunt tres habitationes. sed vna que est ecclesia. Apocal. xxi. Ecce tabernaculum dei cum hominibus. Vnde glosa marci. ix. de istis ita dicit. Petrus oblitus sanctis regnum promitti non in terris. sed in celis. et se et coapl'os adhuc mortali carne indutos immortalis vite statum subire non posse. domum etiam manu factam necessariam non esse. legi quoqz et prophetis etiam euangelio tria tabernacula facere cupit. cum non possint separari in vnum iniciata. Tabernaculum id est ecclesia dei. Sexto dicitur errasse. quia comparauit xpm alijs dicens tibi vnum helie vnum etc. qd non debet fieri. quia nichil est comparabile cristo. ¶ Job. xxxij. Deum homi non equabo. Vnde vt ait glo. in presenti euagelio. qr petrus imprudenter quesiuit. responsionez dni non meruit. sed vox patris testatur de filio etc. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur quod petrus dicendo. bonum est nos hic esse. si vellet pro finali beatitudine sufficere sibi visionem solam humanitatis cristi errabat vt dictum est. ¶ Ad secundam patet eadem responsio.

Dominica tertia quadragesime est euangelium. In illo tempore. Erat ihesus ejciens demonium. et illud erat mutum etc. Luce. xi. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima est. Vtrum cristus sufficienter ostendit se non in beelzebub sed in virtute dei ejcere demonia. ¶ Secunda. Vtruz sufficiens fuit illud argumentum cristi. Si in digito dei ejcio demonia. profecto venit in vos regnum dei. id est cristus siue messias promissus in lege venit. ¶ Tertia est. Vtrum conueniens fuit vt carnem sumeret de femina. quia dicitur. Beatus venter etc.

Ad primam questionem. sic proceditur Et videtur quod crist9 non sufficienter ostendit se non in beelzebub ejcere demonia sed in virtute dei. ¶ Primo sic. Demones cum inter se habeant prelationem vt minor maiori imperanti obediat et seruiat. non dubium videtur quin imperio superioris inferior demon possit expelli ab homine. ergo etc.

Secundo arguitur ex dicto sancti thome. qui hoc dicit. quod virtute superiorum demonum alij demones expellebantur ¶ Tertio idem arguitur. quod necromantici religare quandoqz dicuntur demones per illicitas incantationes. ergo per easdem possunt soluere eos de corporibus hominum. et sic ejcere. ¶ In oppositum videtur esse euangelium presens. Respondeo. Sciendum autem est primo. quod pharisei odio habebant cristum. quia acriter arguebat mala et vitia eoruz

et ideo miracula ab ipo facta vir=
tute diuina. dicebāt esse facta ar
te magica. Et eodē modo eiectio
nez demonū factam per cristum.
dicebant fieri virtute cuiusdaz su
perioris demōis cui iferiores obe=
diebant ad nutum de corporibus
exeundo. Sicut enī in angelis sūt
ordines / et aliqui iis sunt superio
res. sic in demonibꝫ cum in eis re
manserint naturalia integra. secū
dum dionysiū. Dicebāt enī phari
sei ꝙ xp̄s habebat aliquē demo=
nem superiorē quē vocabant be=
elzebub sibi familiarē et priuatū
et hic demones inferiores de corpo
ribus obsessis eiciebat p illū. Se
cundo sciendū. ꝙ vt dicit sanctus
thomas in tertia parte. q. xliij. ar
ti. ij. Aliter cristus expellebat de
mones ꝙ virtute demonū expel=
lebātur. Nam virtute supiorꝫ de
monū demones a corporibꝫ expel
lebanť. sed tamē remanebat do=
miniū eorꝫ quātū ad aīas. Nō enī
cōtra regnū suū diabolꝰ agit. sed
cristꝰ depellebat non solū a cor=
pore sed mlto magis ab aīa. Vn̄
augustinꝰ libro. lxxxiij. q. Cū ipe
rio vel īuocatiōe alterꝰ demōis
demō exit a corpe. iam nō eijcitur
sed magis ītima īgrediť operādo
secūdū apostolū in filios diffiden
tie. Cristꝰ aūt remouebat a cor=
pore et ab aīa. non enī p̄ncipaliť
intēdebat sanitatē corpis. sed aīe
vt patz ex illo Joh. v. Ecce sanꝰ
factꝰ es iam noli peccare ne de=
terꝰ tibi aliquid cōtingat. Istis
notatis ponitur cōclusio respon=
salis. ꝙ sufficiēter cristus se ostē
dit eijcerē nō in beelzebub. sed in
virtute dei eijcere demonia. Pri=
ma ratio cristi. si sathanas satha
nam eijcit. tam scilz in corpore ꝙ
in anima. tunc cum diuisio sit in=
ter demones quomodo stabit re=
gnum eius. cum om̄e regnum in
se diuisum desolabitur. quasi dice
ret. vt dicit iheronimꝰ. Regnum
diaboli stabit in peccatoribus vs
qz ad diem iudicij. quia tunc eua=
cuabitur omīs potestas. Vnde si
hoc iam esset / esset iam finis mun
di. Vel sic secundum hylarium
Si de potestate mea est ꝙ ego fa
ciam ꝙ vnus demon expellat ali
um. ergo ego destruo regnuz dia
boli. et ex hoc debetis michi ad=
herere. ¶ Secundo sic. Si ego eij=
cio in beelzebub demonia. filij ve=
stri scz apostoli de eorum carne de
scendentes. vel alij quidam iudei
qui non erant de discipulis cristi
qui non in nomine cristi eiciebāt
demonia. in quo eijciunt. sed dica=
tis illos eijcere demonia in virtu=
te dei. idez debetis confiteri de me
¶ Tertio sic. Quia demonem ex=
pellere de regno suo o npossem
nisi essem fortior eo nec eum vin=
cere possem nisi virtute diuina. cū
non sit potestas in terra que com
paretur ei. Joh. xli. Quarto sic. ex
illo. Qui non est mecum ꝛc. Ra=
tio est talis. Voluntas eius qui
obedit alicui ē cōformis volūtati
illiꝰ cui obedit. saltem in facto. si
ergo cristꝰ in virtute demonis fa
ceret miracula. sequeretur ꝙ cri
stus et demones essent concordes
in factis. Hoc autem est falsum

quia facta xpi et doctrina erant ad remouendum homies a peccatis Facta autē demonis ad destruendum homies p peccatuz. Ex quo sequitur q cristus non operatur in virtute demonis. Et hoc est q dicit. Qui non est mecū per concordiam in facto et volūtate contra me est. et huiusmodi est diabolus qui non colligit mecuz. Cristi enī ē colligere. demonis ē dispergere. et sic regnuz cristi cum regno demonū nullam habet cōmunicationē. Colligit enī cristus. primo passiones in formā virtutis. actiones ad normam rectitudinis. electiones ad prudentiam rationis. animales vires et motus ad mensuram bone constitute mentis. diuersas et discurrētes et vagas cogitationes ad contemplationem intellectus diuini. multitudinē totam operū in vnuz simplicis intētionis. multitudinē credentiuz in vnitatem cordis. multitudinē hominū in oībus nationibus ad vnitatem vnius ouilis et cure pastoralis. et sic semp cristus in colligendo est et congregando. Vnde augustinus in. x. confessionum. In oībus que mente percurro nō inuenio locuz tutū anime mee preter te in quo colliguntur dispersa mea. Contrario autē modo. vt dicit albertus magnus. dispergit diabolus qui diuisionis pater est et origo. Dispergit enī in varietatem passionū desideria peccantiū dispergit in corruptionē actionū multitudinē operum iniustorum. dispergit volūtatez in diuersitatez eligibiliū. dispergit mentis mensuram per diuersitatē animaliuz motuuz. dispergit intellectum in euagationes cogitationū inutilium. dispergit intentionē p diuersitatē finiū itentorum. dispergit credentes in contrarietatē discordiaruz. vnitatē ecclesiarum in diuersitatem errorum. Joh. x. Lupus dispergit oues. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primā dicendū. respondetur multipliciter. Primo. negādo consequentiā. Et ratio est. qa licet possibile sit potestati supiorum demonū q aliquis demō possit eijci aut expelli de corpore solo homis. non tamen de anima. Cristus autē eijciebat demonia. non solum a corporibus. sed ab anima vt dictū est. ¶ Secūdo respondetur q quādo diabolus precepto siue imperio superioris exit non dicitur proprie eijci. sed voluntarie ex obedientia exire. quia eijcere dicit quod violentuz. Cristus autē eijciebat demonia violenter et contra volūtatem eorum. Vnde gementes clamabant. fili dauid quid nobis et tibi. venisti ante tempus torquere nos. Mathei. viij. ¶ Tertio respondetur. q licet demon videatur expelli. non est tamen vera expulsio. sed ficta et simulata ad deceptionez. sed tātū cessat a vexatione et lesione quam intulerat sicut aliquādo ostendūt se egros curare. non sanitatem conferendo sed a lesionibus quas infirmis inferunt cessando. ¶ Ad secundam rationem respondetur vt dictū est ex ipso dicto sancti thome

¶ Ad tertiam respondetur dupliciter. Primo sicut ad primam. Secundo potest dici. ut dicit nicolaus de lyra in hoc euangelio. quod secundum quod dicit iheronimus. Licet arte magica possunt aliqua miracula fieri. tamē illa pertinent ad curiositatem tantū et vanitatem Sicut symon magus faciebat statuas ambulare. loqui. et ridere et cōsimilia. ut habetur in itinerario clementis. sed illa que sunt salubria. ut curatio languidorū. illuminatio cecorū et huiusmodi nō possunt magicis artibus fieri. et ideo oportet talia atribui diuine virtuti et talia faciebat cristus.

Ad secundam. sic procedit Et videtur quod non sit sufficiens argumentū illud cristi. Si in digito dei eijcio demonia profecto venit i vos regnū dei id est cristus siue messias pmissus in lege venit ¶ Primo sic. Legitur quod salomon ut dicit beda sup actus apostolorū. xix. excogitauit et docuit exorcismos quibus immūdis spūs ex pulsi ab hoibus non audebant ad hoies reuerti. sed illa expulsio non fuit argumentū aduentus regni cristi. ergo nec expulsio demonū facta p cristū. consequētia videtur bona ¶ Secūdo sic. cristus opera magis miraculosa fecit quam eijcere demonia. sed ex alijs operibus non intulit hoc argumentū aduentus regni sui. ergo nec ex hoc videtur argui ¶ Tertio. Ex euangelio presenti. filij iudeorū siue dicantur apostoli siue alij exorciste faciebāt miracula in virtute dei. sed ex opere aliorū nō infertur hoc argumentum. ergo nec ex facto cristi. ¶ In oppositū est verbū cristi. Respondeo dicēdū sub ista conclusione. quod argumentū cristi quo arguit. Si in digito dei eijcio demonia profecto venit in vos regnū dei. est efficacissimum quod sic ostenditur. Ut dictum est in conclusione superiori cristus eijciendo demonia ab hoibus non solum eijciebat a corporibus violenter contra voluntatē demonū. sed principaliter ab animabus in quibus regnabat diabolus p peccatum. et ita cristus diminuebat. siue euacuabat regnū diaboli et dilatabat regnū suū regnando in cordibus hoium per fidem de quo dicit Luce primo Regni eius nō erit finis. et .i. Cor. xv. Oportet autē illū regnare. scilicet p fidem donec ponat inimicos eius sub pedibus eius. Hec autē potestatis demonū debilitatio siue diminutio signū erat aduentus regni cristi. secundū illud Numeri xxiiii. Orietur stella ex iacob. quia in natiuitate cristi stella apparuit que magos ad xpm natū pduxit ut habetur Math. ii. Et surget virga de israel. id est cristus secundum potestatē regiam. Unde de ipso dicitur. ps. ii. Reges eos i virga ferrea. Et percutiet duces. id est idolatras. Unde per cristi aduentū destructa ē ydolatria et vastabit oēs filios seth. i. oēs populos subijciet fidei catholice aū finē mūdi licet nōdū sit impletum.

Item. Ysaie.liij.de eo dicitur Fortium diuidet spolia pro eo qꝫ tradidit in mortem animam suam. Fortium.id est demonũ crist9 spolia diuisit. Tum patres de limbo in sua resurrectione extrahendo. Tum potentiam eorum diminuẽdo. Item Ezechiel.xxxiiij.Suscitabo pastorem vestrum seruum meum dauid.id est cristuz qui de dauid descendit secundum carnez ¶ Mathei pᵒmo. Et cessare faciam bestias pessimas de terra.id ẽ potentias diaboli que per mortem cristi diminute sunt et.ĩ.Et scient scꝫ israel.quia ego dominus cum contriuero catenas iugi eorum.et eruero eos de manu et potestate imperantium sibi.id est principũ demoniorum ¶ Item Zach.xiij. dicitur.Spiritum immũdum auferam de terra.Ecce manifestuz testimonium.Ergo oĩa hec completa sunt per passionem cristi. vnde Ioh.xij.Crist9 instãte passione dicit princeps huius mundi eijcietur foras. Cum ergo ista fiẽda essent per cristuz.efficacissimũ argumentum erat cristi.cum dicebat.Si in digito dei.id est virtute diuina eijcio demonia.non solum ab hoĩum corporibus.sed etiam ab animabus. Profecto venit in vos regnum dei.id est cristus promissus qui expulso dominio demonis regnaturus est per fidem in cordibus fidelium. Quia etiam dictum est qꝫ per cristi passionem liberati fuimus a potestate diaboli.et nichilominus videmus qꝫ adhuc nocet hominibus quantum ad ãĩmas temptando et quandoqꝫ vexando: quantum ad corp9. Est pro noticia pleniori veritatis huiusmodi sciendum qꝫ vt dicit sanctus thomas. Potestas demonis in duobus consistit.scilicet in impugnando et detinendo deuictos. Ex eo autez qꝫ quis impugnatur nondum seru9 factus est.sed ex eo qꝫ victus est vt patet.ij. Petri.ij.¶Deuicerat autez diabolus totum genus humanum in primis parentibus. et eis domiabatur dum eos ad hoc secundum suuz votum deduxerat vt nullus paradisi ianuam intraret. Deuincit vnũquẽqꝫ singulariter dum eum ad peccatum inclinat.quia q̃ facit peccatuz seruus est peccati. Potestatez ergo diaboli qua victos detinet cristus ꝑ passionem amouet quantũ ad sufficientiam. Quis non quantuz ad efficaciam nisi in illis qui vim passionis suscipiunt per fidem et caritatem ⁊ sacramenta.et per hoc dicitur dominiũ euacuasse. Vnde quia iam diabolus non potest impedire sanctos a cõsecutione glorie sicut faciebat ante. sed potestatem qua impugnat non euacuauit sed debilitauit dum ipsum vicit et dum hoĩbus auxilia multa ad resistendum tribuit.sicut sacramenta.gratiam habundantiorem.et alia huiusmodi. Vnde licet diabolus permittatur temptare hoĩes ad exercitum et meritum sanctorum non tamen de facili supat ingꝛ̃tuz hõ plura remedia hꝫ.¶ Ad ratiões in oppositũ

Ad p̄maȝ respōdet̄. negādo con
sequentiam. Et ratio est duplex.
Vna. quia expulsio demonum fa
cta per exorcismos erat tantum a
corporibus non ab aīabus. ¶ Se
cunda ratio est. quia crist9 ꝓpria
virtute et potestate demones ex=
pellebat tam de corporibus q̄ꝫ de
aīabus. Alij vero non nisi mēdi
cata a deo vel diabolo. ¶ Ad se
cundā respondet̄ negando assum
ptum. Vnde crist9 ad questioneȝ
ꝓpositā p sibi discipl'os Johānis
Tu es qui venturus est an aliū ex
pectam9. hoc modo respondit di
cens. Euntes renūciate iohāni q̄
audistis et vidistis. Ceci vident.
claudi ambulant. leprosi mūdan
tur ⁊c̄. quasi diceret. cum ista fa
cio ꝓpria virtute. ꝑfecto ego suȝ
qui venturus erat. et non est ali9
expectandus. Item Joh. xv. di=
cit. Si opera non fecissem in eis q̄
nemo alius fecit. peccatū non ha
berent. scȝ infidelitatis i me. et ita
patet ꝙ virtualit̄ ex operib9 suis
arguebat regnū suū ⁊ dñiū vens
se. Decipiebant̄ autē iudei ī hoc
qr istud regnū xp̄i sp̄uale futuruȝ
temporale credebant. Queȝ erro
reȝ eis excludit xp̄s dicens Joh.
xviij. Regnū meuȝ non est de hoc
mundo. ¶ Ad tertiam responde
tur sicut dictum est ad primam.
Et hec de ista conclusione.

AD tertiam questionem.
Circa illud. Beatus ven
ter qui te portauit ⁊c̄. sic
proceditur. Et videtur ꝙ non fuit
cōueniens ꝙ cristus carnem su=
meret de femina. ¶ Primo sic. Se
xus masculinus est nobilior q̄ꝫ se
xus femīnus. sed magis decuit vt
cristus assumeret id qd' est perfe
ctum in humana natura. ergo vi
det̄ ꝙ nō fuit cōueniēs ꝙ crist9
carnem assumeret de femina sed
de viro. sicut eua de costa ade viri
formata est. ¶ Secundo sic. Qui
cunqȝ ex femina cōcipitur vtero
femineo clauditur. sed deo qui ce
lum et terram implet. vt dicitur.
Jheremie. xxiij. non competit vt
paruo femineo vtero includatur.
ergo videtur ꝙ non debuit conci
pi de femīa. ¶ Tertio sic. Illi qui
concipiuntur de femina aliquam
immunditiā patiuntur. vnde Job
xxv. Nunquid potest homo appa
rere mūdus natus de muliere. sed
in cristo nulla immunditia esse de
buit. ergo non videtur conueniēs
fuisse vt carnem de femina susci=
peret. ¶ In oppositum est euan=
gelium presens. ¶ Respondeo di=
cendum. ꝙ licet filius dei carnem
humanam assumere potuerit de q̄
cunqȝ materia voluisset conueni
entissimum tamen fuit vt de femi
na carneȝ acciperet. ¶ Tum primo
quia per hoc tota natura nobili
tata est. Vn̄ augustinus libro. lx
xxiij. q. Hominis liberatio in vtro
qȝ sexu debuit apparere. ergo q̄a
virum oportebat suscipere. quia
sexus honorabilior est. conueni=
ens erat vt feminei sexus liberatio
huic appareret quia ille vir de fe
mina natus est. ¶ Tum secundo.
quia per hoc veritas incarnatio
nis astruitur. Nam quidē vt dicit

Aug. in epistola ad volusianuz. Si omnipotens deus hoiem vbicunqz formatum non ex materno vtero causaret sed repentinū afferret aspectibus. nōne opinionē confirmaret erroris. nec homiez veruz suscepisse vllo modo crederetur et dum oia mirabiliter facit auferret quod misericorditer fecit. Nunc vero inter deū et homiez mediator apparuit vt i vnitate psone copulās vtramqz naturam et solita sublimaret insolitis et insolita solitis temperaret. Tū tertio et est ratio anselmi. quia p hunc modum cōpletur ois diuersitas generatiōis humane. Adaz eni factus est sine viro et femia Eua vero producta est ex viro sine femia. ceteri homies ꝓducuntur ex viro et femina. Vnde hoc quartū quasi cristo relinquebatꝰ ꝓpriū. vt produceretur ex femina sine viro. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad pmam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia ideo ꝙ sexus masculinꝰ nobilior est ꝙ femininꝰ. ideo humanā naturā in masculino sexu assumpsit. ne tamen sexus feminēꝰ contēneretur congruū fuit vt carnez assumeret de femia. vnde Augustinus dicit in libro de agone cristiana. Nolite vosipsōs contēnere viri. filius dei viruz suscepit nolite vosipsās contēnere femie filius dei natus ē ex femia. Ad secundam respondetur. negando consequētiā. Et ratio est. qr sicut dicit Augustinꝰ tertio libro cōtra faustu m. qui hac obiectione vtebatur. Non plane inquit catholica fides que cristuz filiuz dei natum secunduz carnem credit ex virgine vllo modo eundem dei filium sic in vtero mulieris includi ꝙ extra non sit. quasi celi et terre amministrationez deseruerit et quasi a patre recesserit. Vnde licet nō cōueniat cristo secundum diuinitatem includi in ventre femine. potest tamē cōuenire ratione humane nature assumpte secundum quam potuit mori. licet secunduz diuinitatem immortalis fuerit.

¶ Ad tertiam respondetur. negādo maiorez. Ratio est. quia immūditiam illam patiuntur concepti ex cōmixtione maris et femie. hoc autē non habet locum in conceptione filij dei de spiritusancto et ex maria virgine. Et ideo dicit damascenꝰ tertio libro. ꝙ filius dei construxit sibiipsi ex castis et purissimis sanguinibus carnem animatam anima rationali.

In quarta dominica est euangeliuz. Abijt ihesus transmare galilee quod est tyberiadis etc. Johannis. vi. Circa quod possunt hec disputari. ¶ Primo. Vtrum conuenienter cristꝰ satiauit quinqz milia hominuz de quinqz panibus qui reperti sunt apud quendam in societate. ¶ Secūdo. Vtꝝ conuenienter cristus satiauit quinqz milia de panibus ordeaceis et non de tritico. ¶ Tertio. Vtrum cristus fuerit verus propheta sicut dicitur in euangelio.

ctus Tho. Circūcisio cōferebat
gratiam inq̄ptū erat signū passio
nis xp̄i future. ita sez ꝙ hō q̄ ac:
cipiebat circūcisionē ꝓfitebat̄ se
suscipe talē fidem vel adultus ꝓ
se vel alius ꝓ puulis. Vn̄ et apo
stol⁹ dic̄ ad Roma. iiij. ꝙ abraā
B z

accepit signum circũcisionis iusti cie fidei. sꝫ cũ multi essent tempo re mortis xpi puuli innocẽtes cir cũcisi et ꝑ cõsequens hñtes gra tiam iustificantem et habitum fi dei, manifestũ est ꝙ apl'is omni bus deficientibus in fide. ꝙ nõ se queret ꝙ omnino fides deficeret ecclesie, qꝛ puuli illi ecclesie mẽ bra erant. ¶ Ad secũdam respon detur eodem mõ Petrus etiaꝫ cũ nondũ esset cõstitutus caput ec clesie nõ figurabat ecclesiã sicut ꝑnceps rem publicam suã. Ad tertiam respondetur negãdo as sumptũ qm̃ i illo casu timor mor tis nõ erat timendus. sed suscipi enda mors ꝓ fide xpi tuenda . sic dictũ est.

Feria q̃rta legitur pas sio ẜm Lucam. Circa quã possunt disputari sequentes questiões. Prima est. Vtrum Judas vẽden do xp̄m cõmiserit symoniã. ¶ Se cũda. Vtrũ peccatũ crucifigẽtiuꝫ xp̄m fuit grauissimum ¶ Tertia. Vtrum volũtas humana in xpo aliud voluerit q̃ꝫ de⁹ voluerit.

Ad ꝑmam sic ꝓcedit̃ Et videtur ꝙ iudas venden do xp̄m non commiserit symoniaꝫ ¶ Primo sic. Oĩe pec catũ ꝑncipaliter in electione con sistit. sed volũtas eligens non est de impossibili vt dicitur. iij . ethi. sed vendere xp̄m erat impossibi le quia non põt aliquo terreno ꝑ cio cõpensari. vñ de sapientia di citur Prouerb. iij . Preciosior est cũctis opibus et omnia q̃ deside rãtur huic non valent compara ri. ergo iudas vendere nõ potuit xpꝫ. ⁊ ꝑ cõsequẽs nõ commisit sy moniam ¶ Secũdo sic. Accipiẽ do pecuniam ꝓ cantandis missis non cõmittitur symonia. qꝛ null⁹ tenetur suis stipendijs militare. et nihilominus in eukaristie sac mẽto in q̃libet missa cõtinetur to tus xp̄us. ergo etiam iudas acci piẽdo pecunias vt traderet xp̄m non videtur symoniam cõmisisse. ¶ In oppositũ est. qꝛ symonia est studiosa volũtas emendi vel vẽ dendi aliq̃d sp̄uale vel sp̄uali an nexum. sed iudas habuit studiuꝫ vendendi xp̄m sanctũ sanctorum ergo xp̄m vendendo symoniã cõ misit ¶ Respõdeo dicẽdũ ẜꝫ ista cõclusione, ꝙ iudas vendẽdo xpꝫ symoniam cõmisit. ¶ Jsta cõclusio colligitur apte ex. c. Qui studet. i. q. i. vbi in glo. mouet̃ ista q̃o et ponitur ꝑfata cõclusio quã pro bat duobus medijs. Tum qꝛ scꝫ vendidit hominẽ liberũ. ff. ad. l. fal. de la. l. i. Tũ secũda. quia vẽ didit rem sacraꝫ Preterea iudas nõ solũ symoniam cõmisit vendẽ do xp̄m. sed etiam alia vitia pessi ma incurrit. Primo quidem vitiũ infidelitatis estimando xp̄m san ctum scõꝝ infiniti valoris cui nl' la resi ꝑcio possit cõpari posse vẽ di. Secundo incurrit vitiũ ꝑsump tionis maxime et heresis estimã do xp̄m esse rem suam quã posset vẽdere Sola eñ illa materia ẽ de bita venditioni cuius venditoreꝫ dñs. in hoc ergo ꝙ iudas tẽpta uit vendere xp̄m q̃dammõ ꝓte

status est esse dn̄m xp̄i. qd̄ est hereticū. ergo iudas non tm̄ symoniacus sed infidelis et hereticus fuit vendendo xp̄m. ¶ Ad rationes in oppositū Ad p̄mam respōdetur. q̄ iudas vendere iure non potuit sed de facto fecit. vnde symoniam cōmisit. ¶ Ad secūdam respondetur negando cōsequentiam. Dicimus em̄ q̄ facere pactionem de missa celebranda symoniacū est semper. si tamen nō habeat alios sumptus. et non tenet̄ ex officio missam cantare p̄ot accipere pecuniam. sicut cōducticij sacerdotes faciūt. non quasi p̄ciū misse. sed quasi sustentaculū vite

AD secūdam questionem sic p̄cedit̄. Et videtur q̄ peccatū crucifigentium xp̄m non fuit grauissimum ¶ Pri sic. Peccatū non est grauissimum qd̄ habet excusationem. sed xp̄s excusauit peccatū crucifigentiū eum dicens. Pater ignosce illis quia nesciunt q̄d faciūt. g° peccatū eoꝝ nō fuit grauissimū ¶ Secūdo sic. Dn̄s ait pilato. Joh̄. xix. Qui tradidit me tibi mai⁹ peccatū habet Ipse aūt Pilatus fecit xp̄m crucifigi per suos ministros g° videt̄ fuisse maius pct̄m iude p̄ditoris peccato crucifigētiū xp̄m. ¶ Tertio sic. Xp̄us voluntarie passus ē. ergo crucifigentes xp̄m nō videntur fecisse iniustū quia vt dicit Aristo. v. Ethi. nullus patitur iniustū volens. g° eorum peccatū nō fuit grauissimū ¶ In oppositū est illud Mathei xxiij. Et vos implete mēsurā patrū vestroꝝ. vbi dicit Chris. q̄ntum ad veritatem excesserūt mensuram patꝝ suoꝝ. illi em̄ homies occiderūt. isti deū crucifixerunt. ¶ Respondeo dicendū q̄ peccatū crucifigētiū xp̄m fuit grauissimū. licet differenter. aliqui eoꝝ mag̃ aliqui minus in eodē genere peccati peccauerūt. sit ergo ista conclusio. Principes iudeoꝝ cum cognouerūt xp̄m et si aliq̄ ignorantia fuit in eis fuit ignorantia affectata q̄ eos non poterat excusare. grauissime inter omnes peccauerūt. Peccatū em̄ eoꝝ fuit g̃uissimū. tū ex genere peccati. tū ex malicia volūtatis. Secūda cōclusio. Minores etiam iudei grauissime peccauerūt q̄ntū ad gen⁹ peccati. minus tn̄ q̄ maiores. q2 in minoribus in aliq̄ diminuebatur peccatū p̄pter eoꝝ ignorantiam. vnde sup illud Luce. xxiij. Nesciūt quid faciunt. dicit Beda. p̄ illis rogat qui nesciuerunt qd̄ fecerunt zelū dei hn̄tes s̄ non s̄m scientiā Tertia cōclusio. Mł tominus grauiter peccauerūt gentiles p quoꝝ manus crucifixus ē xp̄us. quia excusabatur eoꝝ peccatū. q2 scientiam legis non habebant. Quarta cōclusio. Judas et p̄ncipes peccauerunt grauius q̄ Pilatus qui timore cesaris christum occidit. et etiam q̄ milites qui mandato p̄sidis xp̄m crucifixerunt. non ex cupiditate. sicut iudas. nec ex inuidia et odio sic̄ p̄ncipes sacerdotū ¶ Ad rationes in oppositū Ad p̄mam respondetur q̄ excusatio illa dn̄i non refertur

ad pncipes iudeoꝝ sed ad minores vt dictū est. ¶ Ad secūdaȝ respondetur negando cōsequentiaȝ Et ratio est. quia iudas tradidit xpm non pilato sed pncipibus sacerdotū. qui tradiderunt eū pilato. sm illud Joh. xviij. Gēs tua et pōtifices tui tradidert te mihi ¶ Ad tertiam rndetur negando cōsequentiam Et ratio est. qꝛ licet xpus voluerit passionem suā sicut et deus eam voluit. nūq tamen actionem iudeoꝝ voluit. et iō occisores xpi ab iniusticia ñ excusantur. Vñ Dauid damnauit illum ad morteȝ qui nō timuit mittere manū in xpm dñi. sȝ Saulē quem eo petente occidit. vt legitur. ij. Reg. p°.

AD tertiaȝ questioneȝ sic pcedit. Et videtur q in xpo voluntas hūana nō voluit aliud q de⁹ voluit ¶ Primo sic arguitur ex illo ps. xxxix. vbi ex psona xpi dicitur Scriptuȝ est de me vt facerem volūtatē tuam deus me⁹ volui. sȝ ille q vult volūtatē alicuius facere vult qd ille vult. ergo volūtas hūana in xpo nihil aliud volebat q q diuina volūtas in eo. ¶ Secūdo sic. ¶ Anima xpi habuit pfectissimaȝ caritatem. sed caritatis est facere qd homo idem velit qd deus. g° volūtas humana i xpo nil aliud voluit q diuina ¶ Tertio. Xpus fuit verus cōprehensor sed sancti qui sunt cōphēsores in patria nihil aliud volūt q q deus vult alioquin non essent beati. qꝛ non haberent quicqd vellent. Beat⁹ enim qui habēt quicquid vult et nihil mali vult. vt dicit Aug⁹. i li. de trini. ergo xpus nihil voluit sm volūtatem humanaȝ q q voluit volūtas diuina ¶ Quarto sic. Quanto est maior cōformitas voluntatis humane ad diuinam. tanto est maior rectitudo volūtatis que in hoc cōsistit. sicut p glosam patet sup illd ps. Rectos decet collaudatio. sed xpus habuit rectissimam volūtatē. ergo fuit conformis diuine in volito. ¶ In oppositū arguit ex pnti euāgelio vbi ait. Nō mea volūtas sed tua fiat. Sup quo verbo Augustin⁹ cōtra Maximinū In hoc q xps ait. Non qd ego volo sed qd tu. aliud ondit se voluisse q pr. Respondeo dicendū sub duabus cōclusionibus. Prima q voluntas humana sensibilitatis vel voluntas rationalis vt natura in cristo voluit aliud q voluntas diuina volebat in ipo. Secūda cōclusio Volūtas rationalis que ē p modum rationis semp idem volebat qd deus. Pro istaꝝ cōclusionū intelligentia et veritate ē notandū q in xpo sm humanam naturaȝ ponitur duplex volūtas. sȝ volūtas sensibilitatis q pticipatiue voluntas dicitur. et volūtas rationalis siue cōsideretur p modū nature siue p modū rationis ¶ Vt aūt dicit Damascenus. quadaȝ diuina dispensatione filius dei añ passionem suā pmittebat carni agere et pati que sunt ei ppa et naturalia. et similiter pmittebat oībus viribus agere queqȝ ppria

q̄ tum expediebat ad finem redē ptionis et ostensionem veritatis nature. Manifestū est aūt q̄ voluntas sensibilitatis refugit naturaliter dolores sensibiles et corporis lesionem. Similiter etiaȝ volūtas vt natura repudiat ea que sunt nature cōtraria. et q̄ sunt secūdū se mala. puta mortē et alia hmōi. hoc tamen qñqȝ voluntas p modū ratiōis eligere pōt ex ordine ad finem. sicut etiam in aliquo puro hoīe sensibilitas ei⁹ et etiam voluntas absoluta cōsiderata refugit vstionem quā voluntas ſm rationē elegit ꝓpter finē salutis. Voluntas aūt dei erat vt xp̄us dolores et passiones ꝛ mortem pateretur. non q̄ ista essent a deo volita ſm se ȝ ex ordine ad finē hūane salutis. Vn̄ patent cōclusiones p̄fate quia scȝ xp̄s ſm volūtateȝ sensibilitatis. et ſm voluntatem rationis q̄ cōsideratē pē modū nature aliud poterat velle q̄ deus. que fuit p̄ma cōclusio. ȝ ſm volūtateȝ q̄ est p modū ratōnis semp cōformabatur in volito volūtati diuine. que fuit cōclusio secūda. q̄ ptȝ ex eo q̄ dic̄. Nō sicut ego volo sed sicut tu. Volebat em̄ ſm volūtatem rōis diuinam volūtateȝ impleri. q̄uis aliud dicat se velle ſm aliam ei⁹ voluntatem. Ad rationes in oppositum Ad p̄mam respōdet̄ q̄ patet responsio ex distinctio voluntatis duplicis. Vn̄ dicitur q̄ xp̄s volebat vt volūtas patris adimpleretur ſm volūtatem rōis. non ſm voluntateȝ sensibilitatis aut volūtatis cōsiderate p modū nature ¶ Ad secūdam eodem modo respondetur. q̄ cōformitas volūtatis humane ad voluntatem diuinam attenditur ſm volūtatem rationis. ſm quā etiam voluntates amicoꝝ cōcordant. inq̄tum ratio cōsiderat aliq̄d volitū in ordine ad volūtateȝ amici. ¶ Ad tētiam respondetur negando cōsequentiam. quia xp̄s simul fuit cōprehensor et viator. inq̄tum scilicet p mentem fruebatur deo. et habebat carnem passibilem. ꝛ iō ex pte carnis passibilis poterat i eo aliud accidere q̄d repugnaret naturali volūtati ipsius et etiam appetitui sensitiuo. q̄d non cōtingit in beatis qui tantum sunt cōp̄hensores. qui ita dotati sunt im passibilitate vt nihil possȝ eis occurrere nociuū aut lesiuum. ¶ Ad quartam respondetur negādo cōsequentiam Et ratio est. quia cōformitas que est in volito nō facit rectitudinem volūtatis. qꝛ aliquis potest peccare volendo. id volitum q̄d deus vult. vt volēdo q̄ pater meus moreretur. et etiā pōt mereri i hoc q̄ illud nō vult q̄d deus vult. vt Paulus cupiebat dissolui et esse cū xp̄o. et deus volebat q̄ non dissolueret̄ ȝ ꝓpter fructum animaꝝ adhuc militaret. sed rectitudo voluntatis causatur ex mō volendi vt scȝ vellet ex caritate sicut deus. et iterū in causa finali vt ꝓpter idem vellet. et iterū in causa efficiendi. vt scȝ deus velit eum velle.

Feria quinta in cena domini est euangeliũ Ante diem festũ pasce ⁊c̃. Joh. xiij. Circa qđ possunt disputari sequẽtes questiones. Prima. Vtrũ cõuenienter in die cene institutũ ẽ sacramentum eukaristie. ¶ Secũda Vtrum conuenienter xp̃us in die cene iude ꝓditori tribuerit sacramentum corpis et sanguinis sui. Tertio. Vtrum post buccellam intinctam a xp̃o iude porrectam diabolus intrauit in eum.

Ad pͥmam questionem sic ꝓceditur Et videtur ꝙ non cõuenienter die cene institutum fuit sacramentuz eukaristie. ¶ Primo sic. Per hoc sacramentũ homines xp̃o vniunt̃ sicut membꝛa capiti ¶ Vnde dicit̃ Joh. vi. Qui manducat meã carnem et bibit meũ sanguinẽ in me manet et ego in eo. sed xp̃us est caput etiam omnĩu hoĩm etiaz q̃ fuerũt ab initio mundi. ergo non debuit institutio hm̃oi sacramẽti differri vsqz ad finem mũdi. ¶ Secũdo sic. Hoc sacramentũ dicitur viaticũ. quia tendẽtes ad pr̃iam in via cõfortat quotidie. nos etiam lapsos repat. sed patres q̃ erant ante aduentum xp̃i ad pr̃iam tendebant hospites et peregrĩnos se vocantes. vt patet ad hebre. xi. et quotidianis peccatis ĩpediebantur. ergo ante aduentũ xp̃i debuit sacramentũ hoc institui. Tertio sic. Hoc sacramentũ dicitur memoriale passionis christi. ꝫm illud Luce. xxij. Hoc facite in meam cõmemorationez. sed memoria est p̃teritoꝝ. ergo hoc sacramentum non debuit añ passionem xp̃i institui. et per consequens non in cena. ¶ Quarto sic Per baptismum aliquis ordinat̃ ad eukaristiam que non nisi baptizatis debet dari. sed baptismus institutus est post christi passionem et resurrectionem. vt patet Math. vlti. ergo hoc sacramentum inconuenienter est institutũ ante christi passionem. ¶ In oppositum est euangelium p̃sens in quo dicitur ꝙ hoc sacramentum est institutum a xp̃o. de xp̃o autẽ dicitur Marci. vij. ꝙ bene omnia fecit. ergo cõuenienter institutuz est quando xp̃us instituit. ¶ Respondeo dicendum sub duabꝰ cõclusionibus. Prima. ꝙ non potuit institui ante incarnationez verbi. Patet cõclusio. quia hoc sac̃mentum cõtinet verbum incarnatum realiter. ergo institui nõ potuit añ incarnationem verbi. Secũdo sic. Hoc sacramentũ continet gratie plenitudinem. Vñ eukaristia dicitur. sed tempus plenitudinis incepit ab incarnatiõe christi. ergo ante incarnationem institui non potuit hoc sacramentum. Secũda cõclusio. Conuenienter institutum est hoc sacramẽtũ die cene et non ante. Ista cõclusio ostenditur ex quatuor. Primo apparet ex necessitate que assig̃atur institutionis hm̃oi sacramẽti vt quia ad pfectionem nr̃am exigebatur vt caput nostꝛꝫ etiã realiter nobis coniũgeret̃. et io ꝙ

diu sub ꝓpria specie cū homini-bus cōuersatus est nō oportebat hoc sacramentū institui. sed quā-do eius corpi p̄sentia destituenda erat ecclesia. Et ista ratio tangi-tur ab Eusebio qui sic ait Qr cor-pus assumptū ablaturuꝫ erat ab oculis et illaturꝫ sideribus. neces-se erat vt die cene sacramētū cor-poris et sanguinis sui cōsecraret. vt colētur iugiter p misteriū qđ semel offerebatur in p̄ciūm. Se-cūda ratio sumitur ab eius figu-ra. christus q̄diu in mundo con-uersatus ē figuras legis obserua-re voluit factus sb lege vt eos q̄ sb lege erāt redimēt ⁊ qꝛ veniente vitate cessit figura iō nō debuit hoc sacramentū institui nisi xp̄o abscedentē p mortē qn̄ figure ve-teris legis terminād̄e erant. ⁊ iō cōueniens fuit immīnēte passiōe celebrato p̄ori sacramento nouū sacramentū instituere. ⁊ qꝛ ibi tē-minatur figura vbi debet incipe-re veritas. Agnus aūt pascalis erat figura hm̄oi sacramēti. ⁊ iō institutū ē post cōmestionē agni Vn̄ cantat̄ in officio corpis chri-sti. Post agnum typicū expletis epulis corpus dn̄icū datū disci-pulis ⁊c̄. Tertia rō sumit̄ ab ip̄a rep̄sentatione hm̄oi sacramenti. Est em̄ rep̄sentatiuū dn̄ice pas-sionis. et ideo cōgrue iam passiōe imminente instituit̄. Quarta ra-tio sumit̄ ex ritu q̄ frequentandū est hoc sacr̄m vt vltimo traditū magis memorie teneret̄. Ea em̄ q̄ vltimo dicūt̄ maxime ab ami-cis recedentibus magis memorie cōmendantur. p̄sertim quia tunc magis inflāmatur affectus ad ai-cos. Ea vero ad que magis affi-ciuntur ꝓfundius animo imp̄mū-tur. qꝛ igit̄ vt p̄pa Alexand̄ dic̄ nihil in sacrificijs magis esse pōt q̄ corpus et sanguis xp̄i. nec vl-la oblatio hac potior est. et iō vt maiori veneratione haberet̄ do-minus vltimo discessu suo a disci-pulis suis hoc sacramentū insti-tuit Et hoc idem dicit Augusti. in li. responsionum ad Januariū

¶ Ad rationes in oppositum Ad p̄mam respondet̄ negando conse-quentiam Et ratio est. qꝛ christ⁹ ab origine mundi erat caput iu-storꝫ. non quasi habens actu con-formitatem i natura cū membris ecclesie incarnatione nondum fa-cta. sed solū s̄m incarnationeꝫ ex-pectantiū. et ideo cōiūnctio cor-poris mistici ad suum caput ꝓ tē-pore illo non poterat fieri per ali-quod sacramentum realiter cōti-nens ipsum caput membris con-forme sed poterat per aliqua sa-cramēta figurari. ¶ Ad secūdam respondetur negando cōsequenti-am Et ratio est. qꝛ q̄uis antiqui patres essent tendētes ad p̄riaꝫ non tamen erant illi in statu tunc p̄ueniendi ante christi incarnati-onem. et ideo non competebat ꝓ tempe viaticum esse q̄ statim ad patriam p̄ducuntur. ¶ Ad tertiā respondetur negando cōsequenti-am Et ratio est. qꝛ sacr̄m illđ fu-it institutum in cena vt in futurū esset memoriale dominice passio-nis ea p̄fecta. Vn̄ signantē dicit

Quotiens cumque feceritis in meam cōmemorationē d' futuro loquēs Unde tunc nō erat memoriale s3 instituebatur in memoriaz imposterum celebrandam. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia baptism9 iā erat institutus in ipo xpi baptismo. Unde iam aliqui ipso xpi baptismo erant baptizati ⁊c vt legitur Joh. iij. Licet necessitas vtendi sacramento baptismi indita fuit hominibus post passionem et resurrectionem.

Ad secūdam questionez sic pceditur. Et videtur q nō fuit cōueniens q xpus in die cene daret sacramentuz corpis ⁊ sanguinis ei9 iude pditori. Primo sic. Xpus impleuit qd pcepit sm illud Actu. p° Cepit ihesus facere et docere. s3 pcepit Math. vij. Nolite sanctū dare canibus. cū ipe xpus cognosceret iudam esse peccatorem. videtur q non fuit cōueniens q ipse iude daret corp9 suū et sanguinem ¶ Secūdo sic. Dicit Augustinus q deus nō est causa alicui q deterior fiat sed iudas sumendo corpus xpi peccauit et factus est deterior. ergo non fuit conueniens q illi daretur sacramentū ¶ Tertio sic. Sicut legit Math. xxvi. Postq dns dedit discipulis corpus et sanguinez suū dixit eis Non bibam amodo de hoc genime vitis vsq3 ad diem illū cum illud bibam vobiscū nouum in regno patris mei. et q erat eis i remissionem peccatoz. sed neutruz iude cōpetit. ergo videtur q iudas non accepit sacrm cum aliis ¶ In oppositum est euangelium vbi dicitur omnibus ¶ Accipite et manducate ⁊c. ¶ Respondeo dicendū sub ista cōclusione. Conuenienter xpus dedit iude simul cuz aliis discipulis corpus et sanguinem suum in sacramento. Ista cōclusio est Chris. et Augustini ⁊ Dionisy. li. celestis iherarchie. Licet em cōsiderata malicia iude non debuisset xpus corpus suū et sanguinem ei dare ¶ Tum q2 xps debuit esse nobis exemplū iusticie nō cōueniebat eius magisterio vt iudam occultū peccatorez sine accusatore et euidente pbatione ab alioz cōditione separasset. ne p hoc daretur exemplum platis ecclesie similia faciendi scilicet peccatoribus occultis denegare sacramentuz. Tum scdo vt omnem occasionem ei auferret malefaciendi quā assumere potuisset si in aliquo ab aliis discipul' ante apertam maliciam fuiss3 discretus. Hilarius tamen cōtrarium dicere videtur sed qd dictum est cōmunius tenetur ¶ Ad ratōnes in oppositum Ad pmam respondetur negando cōsequentiaz Et ratio est. quia licet iudas i rei veritate carnis esset et eius iniqtas nota esset christo sicut deo. non tamen erat nota ei per modum quo hominib9 innotescit et ideo christus iudam non repulit a cōione. vt daret exemplū tales peccatores occultos non esse ab aliis sacerdotibus repellēdos

¶ Ad secũdam respondẽtur negãdo cõsequentiam Et ratio ẽ . qa xp̃us non dedit causam nec occasionem iude peccandi. sed peccatum euitãdi ex mãsuetudinis sue ostentatiõe ad ipm. sed ipe ex tali medicina sumpsit periculũ mortis ¶ Ad tertiam rñdetur negando cõsequentiã Et ratio ẽ . qz q̄ iudas nec biberit vinum i regno xp̄i. nec remissionem peccatoꝝ cõsecutus sit culpa sua fuit. quia sacramentũ corpis et sanguinis xp̄i tm̃ sacramẽtaliter sumpsit nõ autem sp̃ualiter. Bibere aũt vinuz in regno patris cũ christo et peccatoꝝ remissionem cõseq. tãtum sp̃ualiter sumentibus sacramentũ debentur.

AD tertiam questionẽ sic pceditur . Et videtur q̄ post buccellaz panis porrectam iude nõ intrauit diabol⁹ in eum. ¶ Primo sic. Dicitur Luce. xxij. q̄ intrauit sathanas i eũ Et Joh. xiij. q̄ diabolus immiserit in cor iude vt traderet euz sed hoc fuit ante buccellaz panis susceptũ ꝛc. ¶ Secũdo sic. q̄ nec añ nec post solus deus illabitur. ergo diabolus nõ potuit intrare in cor iude. añcedens ẽ maxime nota. g⁰ ꝛc. ¶ In oppositũ est euangeliũ. Et. c. Sic iudas. de cõse. dis. ij. ¶ Rñdeo dicendũ iuxta sanctuz Thomam in q̃tlibeto. iij. et supẽ Joh. c. xiij. q̄ sathanam intrare iudam siue alium hoiem põt dupliciter intelligi. Vno mõ in corpore hois sicut hij qui corpalitẽ vexantur a demone. et hoc modo ẽ cõclusio. q̄ essentialiter põt demon intrare in hominem sic patz ex multis locis euangelij ¶ Alio modo potest intelligi. scz q̄ diabolus intret in mentẽ. ita q̄ mẽti diabolus essentialiter illabitur et hoc modo est cõclusio. q̄ diabolus non põt intrare in mentez hominis. sed solus deus ¶ Patet ista cõclusio sic. Anima eñ rationalis cũ sit simplex et incorpea non habz dimensiões q̃ntitatis vt aliquid in ea esse dicatur quasi ĩfra eiusdem dimensiones cõtentũ . et ideo nihil potest i ea esse . nisi qđ dat ei esse. quod in ea est pẽ virtutem suam. Dicim⁹ ergo q̄ de⁹ qui animam inesse pduxit est in anima per suam virtutez. vbi autem est virtus dei et essentia dei . In deo enim idem est essentia et virtus. Vnde manifestum relinq̄tur q̄ solus deus essentialiter est in anima. Ad rationes in oppositum respondetur pmo. q̄ diabolus dicitur intrare cor vel mentẽ hominis per affectum vel effectum malicie. inq̄tum scz homo ab eo seductus sequitur eum ad perpetrandum malum qđ suggerit. et hoc modo dicitur intrasse cor iude. Vnde dicit Nicolaus de lyra super illud Luce Vicesimosecũdo. Intrauit sathanas iudam. id est animam nõ per elapsum. quia est deo proprium sed p effectum venditionem christi ei suggerendo. Secũdo dicit̃ q̄ p⁹ buccellã intinctam dicit̃ diabolus intrasse iudã nõ q̃dem possidendo

de nouo qr ꝑus vt argutū est in-
trauerat. sed intrauit post eū ple
nius possidēdo. sicut apl'i. licz spi-
ritūsanctum receperunt ante re-
surrectionez dñi. dicūtur tamē re
cepisse spiritūsanctum in die pen
thecosten. quia maiorem pleitu-
nem eius receperūt. Ad secun-
dam patet responsio ex dictis.

TEria sexta in qua fit mentio de morte xp̄i. legitur passio Johā. xviij. Circa quam pos-
sunt disputari sequentes questio-
nes. Primo. Vtrum cōueniens
fuit xp̄m mori. ¶ Secūdo. Vtrum
alia passio xp̄i suffecisset q̄ƺ mors
ꝓ redemptione humani generis
Tertio. Vtrum conueniens fu-
it xp̄m cum latronibus crucifigi.

AD p̄mam questionez sic ꝓceditur. Et videtur qꝫ non fuit cōueniens xp̄m
mori. Primo sic. ¶ Id em̄ quod ē
p̄ncipiū in aliquo genere nō dis-
ponitur ꝑ id qd' est cōtrarium illi
generi. sicut ignis qui est p̄ncipi
um caloris nunq̄ƺ pōt esse frigid⁹
sed filius dei est p̄ncipiū et fons
vite. g° videt̄ qꝫ nō fuerit conue
niēs xp̄m mori. ¶ Secūdo sic. ma
ior est defectus mortis q̄ƺ morbi.
quia ꝑ morbū ꝑuenitur ad mortē
sed nō fuit conueniens xp̄m aliq̄
morbo languescere. vt Chris. di
cit sup Matheū. ergo etiam non
fuit conueniens ip̄m mori. ¶ Ter
tio sic. Xp̄s dicit Joh. x. Ego ve-
ni vt vitam habeant et habūdā-
tius habeant. sed oppositū non ꝑ
ducit ad oppositū. ergo videt̄ qꝫ n̄
fuit cōueniens xp̄m mori. In op
positū ē euangeliū p̄ns. et illud
Joh. xi. Expedit vt moriat̄ vnus
hō ꝓ ppl'o. ¶ Rñdeo dicendū sub
ista cōclusione. Conueniens fuit
xp̄m mori et hoc multiplici rōne
Primo q̄dem ad satisfaciendū ꝓ
hūano genere qd' erat morti ad-
iudicatū ꝓpt' pctm̄ ꝺm illd' Ge-
nes. ij. Quacūqz die comederitis
morte moriemini. Est autem cō-
ueniēs satisfaciēdi ꝓ alio modus
cū quis subijcit se pene quaz ali⁹
me ruit. τ ideo xp̄us mori voluit vt
moriendo ꝓ nobis satisfaceret se
cūdū illd'. i. Petri. iij. Xp̄s seml'
ꝓ peccatis nr̄is mortu⁹ ē. Secū
do ad oñdendū veritatez nat'e as-
sūpte Sic em̄ Euseb⁹ dicit si alit'
post cōuersationē cū hoīb⁹ eua-
nescens subito euolaret fugiens
mortem ab omnibus cōparet' fā
tasmati. Tertio vt a mortuis re-
surgendo v'tutē suā oñderet qua
mortez supauit. et nob spē resur-
gendi a mortuis daret. vt Apl's
ait. i. Cor. xv. ¶ Ad rōes in oppo
sitū Ad p̄mā rn̄det' qꝫ xp̄s ē fōs
vite ꝺm qd' deus. non aūt ꝺm qd'
homo. mortu⁹ aūt nō est ꝺm qd'
deus. ſ ꝺm qd' homo. et ita nō ꝓ
cedit. Ad secūdam respondetur
negādo cōsequentiā Et rō est. qr
xp̄us non sustinuit mortē ex mor
bo ꝓueniente ne videretur ex ne
cessitate mori ꝓpter infirmitatez
nature. sed sustinuit mortez ab ex
teriori illatam. cui se spontaneuz
obtulit vt mors ei⁹ volūtaria oñ
deret'. ¶ Ad tertiā rn̄detur negā-

do cõsequentiam. et ad pbationē dicitur q vnū oppositoꝝ p se non ducit ad aliud. sed qñqz bene pē accidens. sic frigidū p accidēs qñ qz calefacit. et hoc mō xpus per suam mortez nos pduxit ad vitaz quia de sua morte mortem nr̄am destruxit. sicut qui penam p alio sustinet remouet penam eius.

AD secūdam questionem sic pceditur. et videtur q alia passio xpi suffecisset ad redemptionem humani generis sine morte ¶ Pmo sic. Penam quā quis p alio sustinet q̄ntitatem accipit q̄tū ad virtutem satisfaciendi ex cōditione patientis sed xpus in q̄tum est deus et homo habet infinitam dignitatē ergo q̄libet passio siue pena quam sustinuit. sicut fames fatigatō et hmōi sufficiens fuit ad satisfaciēdum p humano genere etiam sine morte ¶ Secūdo sic. Dic̄ Bēnard9 q vna gutta sanguinis xpi fuisset sufficiens p̄cium nostre redemptionis. sed aliq̄d de sanguine xpi effusum est in xpi circumcisione. g° non oportebat q vlterius pateretur ¶ Tertio sic. Tanta pōt esse cōtritio in nobis penitentibus q totū peccatū dimittitur et q̄tum ad penam et q̄tum ad culpam. sed in xpo ab instanti sue conceptionis fuit pfectissima caritas que contritioni tribuit vim expurgandi peccatū. ergo xps ab instanti sue conceptionis sufficienter satisfecit p omnibus peccatis nostris. et ita non oportuit q p passionem mortis satisfaceret. In oppositū est euāgeliū pñs. in q̄ legitur mortem pro humano genere subijsse ¶ Secūdo sic. dicit Apl'us ad Gall'. ij. si ex lege est iusticia. g° xpus mortuus ē gratis. id ē inutiliter et sine causa. sed si alia passio sufficeret sine morte. xpus ḡtis mortuus esset. sed hoc dicere ē inconueniens. g° alia passio xpi sine morte ad redemptionez humani generis nō suffecisset. Rñdeo dicendum sub ista conclusione. q alia passio xpi sine morte licet suffecisset ad redemptionem humani generis cōsiderata cōditiōe psone patiētis ppt īfinitā dignitatē psone nō tamen cōsiderato genere pene ad quā humanū genus propter peccatū obligatū erat. Ista cōclusio pmo pz ex illo ad Heb. x. Xpus vna oblatione cōsummauit in eternū sanctificatos. et ideo non est locus secūde oblatiōis. sz manifestū est q xpus añ mortē multas passiones sustinuit esuriens. laborans. cōsputus et flagellatus. si g° iste passiones suffecissent. nō obtulisset seipz ad mortē Obtulit autem seipm hostiā deo patri p peccatis nostris. vt dicitur ad Ephes. v. et hoc per mortem. ergo passio xpi absqz morte nō suffecisset. Secūdo sic. Homo erat debitor mortis. si g° christus debuit pro alijs satisfacere recompensando. oportuit q ipse mortē quā nō debat exsolueret. Vnde Gregorius. iij. moralium q nisi xpus mortem indebitaz suscepisset nequaq̄ nos a morte de

bita liberaret. Pro pleniori noticia veritatis hmôi ccclusiôis est notandũ iuxta sanctum Thomaz ꝙ xp̄i satisfactio ꝓ tota humana natura duas cōditiones cōcernere debuit scz vt esset vniuersal' respectu omniũ satisfactionũ q̃d ammodo. Secũdo. vt esset exemplaris respectu oim̄ pticularium satisfactionũ. vniuersalis autem erat. nõ per p̄dicationẽ de multis quasi p multas satisfactiones pticulares multiplicata sed habẽs virtutem respectu oim̄. Vnde nõ oportuit ꝙ ip̄e om̄es penas q̃ ex peccato cõsequi possunt assumeret in seip̄o. sed illam ad quã omnes ordinantur et q̃ continet in se omnes penas q̄uis nõ actu. Finis autem oim̄ terribiliũ ẽ mors vt dicit ph̄us. iij. eth̄. et ideo per passionem mortis debuit satisfacere. In q̄tum vero fuit exẽplaris respectu nostraꝝ satisfactionum debuit habere magnitudinẽ excedentem omnes alias satisfactiones. quia exemplar debet esse p̄stantius exemplato. et iõ secundũ maximã penaꝝ debuit satisfacere scz p mortez. ¶ Ad rationes in oppositũ Ad p̄mam respondetᷣ negando cõsequentiam Et rõ est quia licet pene ali e quas xp̄s sustinuit essent sufficiẽtes ad satisfactionẽ ꝓ humana natura cõsiderata cõditione patientis. nõ tñ cõsiderato genere pene ad quaz genus humanũ erat obligatũ ꝓpter peccatum. q̃d tamen esse debebat vt scz nos de morte p mortem redimeret. Ad secũdaz respondetur eodẽ mõ ꝙ q̄uis gutta sanguinis quã in circũcisiõe fudit esset sufficiens ad satisfactionem cõsiderata cõditione psone. non tamen vt dictũ est. ¶ Ad tertiam respõdetur negãdo cõseq̃ntiam Et rõ est. q2 cõtritio nõ tñ habet vim ex caritate sed etiã ex dolore. et ideo ratiõe caritatis delet culpam. ratione autem doloris computatur i satisfactione pene. alie autem pene xp̄i non sufficiũt. q2 in eis non continentᷣ omnes alie pene sicut i passiõe mortis continentur.

AD tertiam questionẽ sic ꝓcediᷣ Et videᷣ ꝙ non fuit cõueniens xp̄m cũ latronibus crucifigi. ¶ Primo sic. Dicitur. ij. ad Coꝝ. vi. q̃ pticipatio iusticie cũ iniq̃tate. ꝫ xp̄s factus est nobis iusticia. iniq̃tas autem ptinet ad latrones. nõ gº fuit cõueniens vt xp̄us simul cũ latronib9 crucifigereᷣ. ¶ Sc̃do sic Sup illud Math̄. xxvi. Si oportuerit me mori tecũ ñ te negabo dicᷣ Origeñ. Mori cũ ih̄u ꝓ oib9 moriẽte hoim̄ nõ erat. gº minus fuit cõueniẽs vt simul cũ latronibus moreretᷣ. ¶ In oppositũ ẽ euãgeliũ pñs. R̃ndeo dicẽdũ ꝙ xp̄s crucifixus est inter latrones. alia q̃dem rõne q̄tũ ad intentionẽ iudeoꝝ. alia vero q̄tũ ad dei ordiationem. Quantũ vero ad intentionez iudeoꝝ duos latrones vtrimq3 crucifixerunt. sicut dicit Chrisostomus. vt eoꝝ suspitionis fieret particeps. sed non ita euenit. nam crux vbiq3 honoratur.

Quantū vero ad dei ordinationē xp̄us cū latronibus crucifixus ē. vt Jero. dicit sup Matheū. sicut maledictū crucis factus est christus sic ꝓ omniū salute inter noxios quasi noxius crucifigit᷑. Secūdo vt dicit Leo papa in sermone de passione. duo latrones vn⁹ ad dexteraȝ alius ad sinistrā crucifigūtur. vt in ipsā patibuli specie demonstraret illa que in iudicio ipso oīm hominū faciēda est distinctio. Et Augusti. dicit sup Johannem. Ipsa crux si attēdas tribunal fuit. in medio em̄ iudice constituto vnus qui credidit liberatus. alter qui insultauit dānatus est. iam significatur quid facturus est. de viuis et mortuis alios positurus ad dexterā. alios ad sinistram. ¶ Ad rōnes in oppositū Ad p̄mam rn̄detur. ꝙ rō non ꝓcedit. Et rō est. quia sicut xp̄us debitū mortis nō habuit ȝ mortem voluntarie subijt vt sua virtute vinceret mortem. ita etiā nō habuit meritū vt cum latronib⁹ poneretur. sed voluit cū iniqs deputari vt sua virtute iniquitates destrueret. Vnde Chris. dicit sup Matheuȝ ꝙ latronē in cruce cōuertere et i paradisum inducere nō minus fuit ꝙ contundere petras ¶ Ad secūdam respondetur negādo cōsequentiam Et ratio est. q2 non conueniebat ꝙ cū xp̄o aliqs alius pateretur ex eadem cā. Vn̄ Origen̄. ibidē subdit. Omnes fuerunt in peccatis et omnes opus habebant vt pro eis alius moreret᷑ non ipsi p aliis.

Sabbatho sancto legitur euangeliū. Vespere autem sabbati Math. xxviij ¶ Circa qd̄ p̄nt disputari seq̄ntes q̄ones. ¶ Primo. Vtrum conueniens fuit xp̄m sepeliri. Secūdo. Vtrum conueniens fuit vt xp̄us ad infernum descenderet. Tertio. Vtrū xp̄us totus fuit in inferno.

Ad p̄mam questioneȝ sic ꝓceditur ¶ Et videtur ꝙ non fuit conueniens christum sepeliri. ¶ Primo sic. Nihil circa xp̄m fieri debuit qd̄ nō esseȝ salutiferum nobis. sed in nullo videtur ad salutem hominis ꝑtinere ꝙ xp̄us fuit sepultus. ergo nō fuit conuenīēs xp̄m sepeliri. ¶ Secundo sic. Sic̄ conueniens fuit vt moreretur morte ignominiosa ita videtur ꝙ debuit sepeliri sepultura abiecta et vili. sed hoc nō est factum. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Si dicatur ꝙ christus sepeliri voluit vt daret hominibus spem resurgendi de sepulcro. ergo similit̄ incinerationem corporis sui pati debuit vt spem resurgendi incineratis post incinerationem daret ȝ hoc non fuit conuenīēs. ḡo ꝛc. ¶ Quarto. Sicut mors est pena peccati p̄mi parentis. ita et incineratio. Dictū est em̄ p̄mo homini post peccatum. Puluis es et i puluereȝ reuerteris. vt dr̄ Geñ. iij. sed christus mortem sustinuit vt nos a morte liberaret. g⁰ etiam cum sepeliri voluit incinerari debuit corpus eius. vt nos ab incineratione liberaret. ergo ꝛc.

¶ Quinto. Si corpus christi fuit sepultũ videtur q separatum fuit a diuinitate cui erat vnitũ. patz cõsequentia. q̈a remoto remedio remouentur extrema. sed diuinitas vnita est carni mediante aĩa. ergo in morte xp̄i cũ sit sepata aĩa a carne xp̄i et ita iaceat in sepulcro sine anima. p consequẽs diuinitas fuit sepata a carne. ¶ In oppositũ est euangeliũ p̄ns vbi ait. Mittens mulier hoc vnguentuz in corpus meũ ad sepeliendũ me fecit ¶ Respõdeo dicendũ sub cẽtis cõclusiõib9. Prima est. q cõueniens fuit xp̄m sepeliri. que cõclusio ꝓbatur sic. Conueniẽs em̃ fuit xp̄m sepeliri ex multiplici respectu Primo ad ꝓbandũ veritatem mortis. non em̃ aliquis in sepulcro ponitur nisi qñ iam de veritate mortis cõstat. Vnde Marci. xv. legit̃ q pilatus anteq̃ concederet xp̄m sepeliri diligenti inquisitione cognouit eũ esse mortuum. Secũdo. quia p hoc q xp̄us de sepulcro resurrexit datur spes resurgẽdi p ip̄m his qui sunt in sepulcro. ꝯm illud Joh. v. Om̄s qui in monumentis sunt audient vocem filij dei et qui audierint viuent ¶ Tertio ad exemplũ eorum qui p mortem xp̄i spũaliter moriuntur peccatis. qui scz abscondẽtur a turbatione hominũ. Vñ dicitur Col. iij. Mortui estis et vita vestra abscondita est cũ xp̄o i deo. Secũda cõclusio. Cõueniẽs fuit vt xp̄us sepeliretur i orto ad significandũ q p mortem et sepl'turam ip̄ius liberamur a morte quã incurrimus p pct̃m Ade i orto paradisi cõmissum. Tertia cõclusio. Conuenienter xp̄us sepultus est in sepultura aliena. vt dic̃ ¶ Augusti. in quodam sermõe q̈a p alioꝝ moriebat̃ salute. Quarta cõclusio. Conueniẽs fuit vt sepeliretur in nouo monumento q2 si aliquis ibi ante fuisset sepultus potuisset calũniari a iudeis q ille surrexisset et non xp̄us. et eadem ratione sepultus est cõuenienter i sepulcro qd' exciderat de petra. ne si sepultus fuisset in terra diceretur a iudeis q discipuli p cauernas terre eũ extraxissent. Quinta cõclusio. Conueniens etiaz fuit vt corpus xp̄i inuolutum esset in syndone mũda. id est panno lineo mundo. quia corpus ei9 erat mundissimũ. Vnde ꝓpt̃ hoc corpus xp̄i non cõsecrat̃ in altari super pannum sericũ sed lineũ. q̈a corpus xp̄i tali panno fuit inuolutum. vt dicitur de cõse. dis. i. Sexta cõclusio. Licet conueniẽs fuit xp̄m sepeliri. non fuit tamen conueniens corpus eius incinerari. Ista cõclusio ptz ex illo p̄s. Nõ dabis sanctũ tuũ videre corruptõnem qd' Damascenus exponit de corruptione que est p resolutionem in elementa. Ostenditur etiam conclusio ex hoc q putrefactio cuiuscũqz corp̄is ꝓuenit ex i firmitate nature illius corp̄is. q̈ non põt amplius continere corpus in vnum. mors autem christi sicut supra dictum est non debuit esse cũ infirmitate nat̃e. ne crederet̃ esse iuolũtaria. et iõ non

ex morbo sed ex passiōe illata voluit mori cui se obtulit sponte. et ideo xp̄us ne mors eius infirmitati ascriberetur noluit corpus suū qualitercūq3 putrefieri. aut q̄litercūq3 resolui. sed ad ostentationē virtutis diuine voluit corpus illd incorruptum ꝑmanere. Septima cōclusio. Diuinitas nō fuit separata a carne xp̄i. nec in morte nec in sepultura. Patet cōclusio. Dicit̄ eñ in symbolo. ꝙ filius dei mortuus est et sepultus. sed hoc non dicitur nisi qꝛ corpus in sepulcro fuit. ergo diuinitas a corpe separata non fuit. Cuius ratio etiam ex tribus accipi pōt. Primo ex parte dei. quia cū sit immutabilis et qd sibi ꝑfecte cōiunctū est immutabilitatem ꝓstat. vt scz ei immutabiliter adhereat. Secūdo ex ꝑte ip̄i⁹ assumpti. ꝙ ꝑ mortē quā ex obedientia patris sustinuit nō debuit suam dignitatem amittere. sed magis debuit clarificari. Tertio. ex fine assumptiōis. q̄a ea que post mortez ip̄ius circa ipsum acta sunt salutaria nobis nō fuissent nisi diuinitas iuncta fuisset. ¶ Ad rationes in oppositum Ad ꝑmā respondet̄ negādo minorem. Dicim⁹ eñ ꝙ sicut mors efficienter opata est nostram salutem. ita etiam et eius sepultura. Vnde Iero. dicit sup Math. Sepultura xp̄i resurgim⁹. et ysa. liij. Dabit impios ꝓ sepultura. dicit glo. id est gentes q̄ sine pietate erant deo patri dabit. quia mortuus et sepultus eos acquisiuit. ¶ Ad secūdam respondet̄ negando cōsequentiam. Vnde dicimus ꝙ licet mors xp̄i fuerit ignominiosa. sepultura tñ eius debuit esse nobilis et sumptuosa. Cuius ratio est. qꝛ passibilitatem et humilitatem assumpsit xp̄us ꝓ nr̄a redemptione. iō illa cōpleta i sua morte p̄dicta debuerunt cessare. et ea sequi que q̄dāmodo ad gloriam sue resurrectiōis ꝑtinere videbātur. Vn̄ vtrūq3 fuerat dictu ꝑ Ysāiam ꝓphetam. De turpitudine mortis eius. Ysa. liij. Tanꝙ ouis ad occisionem ducet̄ ꝛc. et sequitur ibidem Et cū scelaratis reputatus est. De nobilitate sepulture sue dicit̄. Ysa. xi. Radix yesse que stat ꝛc. sequit̄. et erit sepulcrum eius gloriosum. ¶ Ad tertiam rn̄detur negando cōsequētiā. Et ratio est. quia xp̄s de sepulcro resurrexit virtutē diuina que nullis terminis coartatur. et ido ꝙ a sepulcro surrexit sufficiēs argumentū fuit ꝙ hoies erant resuscitandi virtute diuina. nō solū de sepulcris. sed de q̄buscūq3 terreris. ¶ Ad q̄rtam respondet̄ negādo cōsequentiam Et rō est. quia xp̄us cū nō esset subiectus peccato. nec morti erat obnoxi⁹. nec incinerationi. que erant pene originalis peccati. tamen mortez libenter sustinuit ꝓpter salutē nostram. Si autem corp⁹ fuiss3 putrefactum vel resolutum. magis hoc fuisset in detrimentū humane salutis. dū non crederetur i eo esse virt⁹ diuina. Vn̄ ex ꝑsona ei⁹ dicitur in p̄s. Que vtilitas i sanguine meo dū descēdo in corrupti

C

onem. quasi diceret. Si corp⁹ meum putrescat p̄derē effusi sanguinis vtilitas. ¶ Ad quintaz respondetur negādo cōsequentiam Dicimus eñ q̄ in morte x̄pi non fuit diuinitas sepata a carne nec ab anima. Nam vt dicit Leo pa. Tāta fuit vnio dei et hoīs vt nec supplicio possit dirimi nec mortē distingui. ¶ Ad p̄bationē autez respondemus q̄ anima q̄ntuz ad vnibilitatem corpis est medium necessitatis. quia corpus nō esset vnibile nisi inq̄ntū est aiatū. s; q̄ntum ad vnionem in actu. est medium cōgruentie q̄ remoto non necessario vnio tollitur. et iō q̄ separata anima a corpe adhuc remansit ordo in corpe ad animam ideo nō tollitur vnio diuinitatis ad carnem.

Ad secūdam questionem sic p̄ceditur. Et videtur q̄ nō fuit cōueniēs x̄pm ad infernū descendere. ¶ Primo sic. Sicut eñ dicit Augustinus ad Dardanū. Nomen inferni in scriptura semp in malo accipitur sed illud qđ semp in malo accipitur nō cōuenit x̄po. ergo nec descendere in infernū. ¶ Secūdo sic. X̄pus p passionem suam quaz in hoc mundo sustinuit nos liberauit a culpa et pena. ergo nō fuit cōueniens q̄ x̄pus in infernū descenderet ¶ Tertio. X̄pus non descendit in locū damnatoꝝ locuz tenebrosum et opertū mortis caligine. quia nulla est cōuentio lucis ad tenebras. vt dr. ij. Coꝝ. vi ergo x̄pus qui est lux ad infernū non descēdit ¶ In oppositū ē symbolus fidei. vbi dr descēdit ad inferos. ¶ Respondeo dicenduz sub tribus cōclusionib⁹ p maiori declaratione materie. Prima cōclusio. Conueniens fuit x̄pm ad infernum descendere. vt infernus nominat locū nō penam damni vel sensus. patet cōclusio. Tuz p̄mo quia x̄pus venerat penaz nostrā portare vt nos a pena eriperet. s̄m illđ Ysa. liij. Vere lāguores nr̄os ipe tulit et dolores nr̄os ipe portauit. ex peccato aūt homo incurrerat nō solū mortem corporis sed etiam descensum ad inferos. et iō sicut fuit cōueniens euz mori vt nos liberaret a morte. ita cōueniens fuit ei descendere ad inferos vt nos a descensu ad inferos liberaret. Vñ Osee. xiij. dicit Ero mors tua o mors. ero mors⁹ tuus inferne. Secūdo fuit conueniens vt victo diabolo p passionez victos eius eriperet q̄ detinebantur in inferno. Tertio vt sic potestatem suam ostendit in terra veniendo et moriēdo. ita potestatem suam ostenderet in inferno ipm illuminando et visitando Vnde in p̄s. dr. Attollite portas p̄ncipes vestras. glo. id est p̄ncipes inferni auferte potestatem vestram q̄ vsq; nunc homines in inferno detinebatis. Et sic in nomine ihesu omne genu flectatur non solū celestiū sed etiam infernoꝝ. vt dr Phil. ij. Secūda conclusio ¶ Anima x̄pi non descendit in omnem ptem inferni s̄m essentiam suam. Pro quo sunt duo no

tanda. Primũ est q̄ quadruplex est infernus. Vnus est infernus damnatoꝝ. in quo sunt tenebre ꝛ q̄tum ad carentiam diuine visionis. et q̄tum ad carentiaȝ gratie. et est ibi pena sensibilis. et hic īfernus est locus damnatorum. Alius est infernus sup̄ istũ in q̄ sunt tenebre et q̄tum ad carentiam diuine visionis. et ꝓpter carẽtiam gratie. sed non est ibi pena sensibilis. et dicitur lymbus puerorꝝ. Alius est sup̄ ipum in q̄ sũt tenebre q̄tum ad carentiaȝ diuine visionis. sed non q̄tum ad carentiaȝ gratie. ȝ ibi est pena sensus. et dicitur purgatoriũ. Alius est magis sup̄ in quo sunt tenebre q̄tum ad carentiaȝ diuine visionis. sed non q̄tum ad carentiã gratie. nec ibi est pena sensibilis et hic est infern⁹ sanctoꝝ patrũ et in hunc tantum descendit xp̄s q̄tum ad locũ. non q̄tum ad spiritualium tenebraꝝ expientiam. Secũdo nota q̄ dupliciter dicit̄ aliquid alicubi esse. Vno mō per suum effectũ. et hoc mō xp̄us in quemlibet infernũ descendit. aliter tamen et aliter. nam in infernum damnatoꝝ habuit hũc effectum q̄ descendens xp̄s ad inferos de sua incredulitate et malicia illos confutauit. Illis vero q̄ detinebantur in purgatorio speȝ glorie. cõsequentis dedit. Sãctis autem patribus qui ꝓ solo pctō originali detinebantur lumẽ etẽne glorie īfudit. Alio mō dicitur aliqd̄ esse alicubi per suam essentiam. et hoc mō anima xp̄i descẽdit solum ad locũ inferni in quo iusti detinebantur vt quos ip̄e pẽ gratiaȝ interius visitabat ẜm deitatem eos etiam ẜm aīam visitaret et loco. Tertia cõclusio. anima xp̄i tamdiu mansit in inferno q̄diu corp⁹ in sepulcro. Ista cõclusio pat; ex illo Actu. ij. Quẽ deus suscitauit solutis doloribus inferni. ergo videtur q̄ in inferno fuit vsqȝ ad horam resurrectõnis. Ratione autem patet sic. nã cũ anima et corpus sunt ꝓportõnabilia. tantũ debuit anima stare in inferno q̄tum corpus in sepulcro. vt per vtrũqȝ fratrib⁹ suis similaretur. Quarta cõclusio. Xp̄us patres sanctos existentes in illa parte īferni que dicit̄ lymbus patrum eduxit de iferno. patet cõclusio ex illo. Zach. ix. Tu vero ī sanguīe testamenti eduxisti vinctos de lacu ꝛc. Quita conclusio. Xp̄us nō eduxit illos qui erant ī lymbo pueroꝝ. patet cõclusio. Redemptio em̄ xp̄i nō habet locum nisi ī illis qui fuer̄t mẽbra xp̄i. Vnde cum pueri q̄ erant in lymbo nunq̄ fuerunt membra christi nec per fidem ꝓp̄am nec p̄ fidei sacramentũ qd̄ nũc est baptismus qd̄ tũc erat circũcisio vel sacrificium. cõstat q̄ ip̄i liberati õn fuerũt. Sexta cõclusio. Existẽtes ī parte īferni damnatoꝝ non liberauit. patet cõclusio. q̄ in inferno nulla est redemptio. g° nulli de illo loco sunt liberati. Ratione sic ostenditur. Pena nō potest tolli manente culpa. Illi aũt qui sunt damnati in inferno sunt ob-

stinati in malicia sicut demones. et ideo de pena illa liberari nō potuerunt. et hoc non fuit ex insufficientia liberantis. sed ex indispositiōe ipoꝝ damnatoꝝ. Septima cōclusio. Xp̄us non liberauit regulariter animas existentes i purgatorio. Ista conclusio patet. ꝑ peccato qd̄ p se quis cōmisit debet purgationem pati. sed penaz purgatorij sustinet homo ꝑ peccatis que cōmisit. ergo per penaz quam ipse tulit debet purgari et non p penam xp̄i. Nisi dicatur ꝙ in vita sua meruit p fidez et deuotionem ad mortem xp̄i vt p passionez xp̄i liberaretur. Vel hoc ex speciali gratia fuit collatum ꝙ illi qui i purgatorio inuēti fuissent absoluti essent p passionem christi. q̄uis illi qui nūc sunt in purgatorio non sequantur effectum plene liberationis ex sola passiōe xp̄i. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad p̄maz respondetur. ꝙ nomē infernoꝝ sonat in malū pene. nō in malū culpe. Vnde decuit xp̄m in infernū descendere nō tāq̄ ip̄e debitor esset pene. sed vt eos qui erant pene obnoxij liberaret.

Ad secūdam respondetur negando cōsequentiam Et rō est. quia passio xp̄i fuit quedam causa vniuersalis humane salutis tam viuoꝝ q̄ mortuoꝝ. Causa aūt vniuersaliter applicatur ad singulares effectus p̄ aliquid speciale. Vnde sicut virtus passionis christi applicatur viuentibus p sacramenta cōfigurantia nos passioni xp̄i. ita etiam applicata est mortuis p descensum xp̄i ad inferos. ꝑpter qd̄. Zach. ix. dicit̄. ꝙ eduxit vinctos de lacu i sanguine testamēti sui. id ē p virtutem passionis sue. ¶ Ad tertiam respondetur negando cōsequentiaz Et rō est. quia vt sup̄ notat̄. quadruplex est infernus. Secūdo pōt dici ꝙ si xp̄us non descendit i infernum p suam essentiam. descendit tamen per effectum. vt dictū est.

Ad tertiam questionē sic ꝑceditur Et videt̄ ꝙ nō totus xp̄us fuit in inferno ¶ Primo sic. Corpus xp̄i ē aliqua pars eius. sed corpus xp̄i nō fuit i inferno. ergo totus christus non fuit in inferno ¶ Secūdo sic. Nihil cuius ptes ab inuicem separate sunt pōt dici totum. ꝫ corpus et anima que sunt ptes humane nature fuerunt ab inuicem separate post mortem. descendit autem xp̄us in infernum mortuus existens. ergo nō potuit esse totus in inferno ¶ Tertio. Illud totum dicitur esse in loco cuius nihil extra illū locū est. ꝫ aliqd̄ xp̄i erat extra infernū. quia et corpus erat in sepulcro et diuinitas vbiq3. ergo xp̄us non fuit totus i inferno ¶ In oppositum est illud Augustini in li. de symbolo. Totus filius apud patrem. totus in celo. totus in terra. totus in vtero virginis. totus in cruce. totus i inferno. totus in p̄adiso quo latronez introduxit. ¶ Respondeo dicēdū sub ista cōclusione. ꝙ xp̄us in illo triduo mortis totus fuit i sepulcro. et totus fuit in inferno. licet

non fuit totum quod pertinet ad humanam naturam. Que cõclusio sic ostenditur. Masculinũ genus refertur ad hypsotasim vl' psonam. neutrum autem genus ptinet ad naturaz. sed in morte xpi licet anima sepata fuerit a corpore. neutrũ tamen fuerat separatum a psona filij dei. et ideo in illo triduo mortis dicendum est. q totus xpus fuit in sepulcro. quia tota persona fuit ibi per corpus vnitum. et similiter totus fuit in inferno. quia tota psona xpi ibi fuit ratione anime sibi vnite. totus etiaz xps tunc erat vbiqz ratione diuine nature. ¶ Ad rationes in oppositum Ad pmam respondetur negando cõsequentiaz Et ratio est. quia corpus xpi qd tũc erat in sepulcro non est pars psone increate sed nature assumpte. et ideo per hoc q corp⁹ xpi non fuit in inferno non excludit quin totus xpus fuerit. sed ostenditur q non fuit totum qd pertinet ad humanam naturam ¶ Ad secũdam respondetur negãdo cõsequentiam Et ratio est. quia ex anima et corpe cõstituitur totalitas humane nature. non autez totalitas diuine persone. et ideo soluta vnione anime et corporis per mortem remansit totus xpus. sed non pmansit humana natura in sua totalitate ¶ Ad tertiã respõdetur negando cõsequentiam Et ratio est. quia assumptũ non habet locum nisi in his que corpaliter et circũscriptiue sunt in loco. q si totum est alicubi nihil eius sit extra. sed hoc in deo locuz nõ habet. Vnde Augusti. dicit in libro de symbolo. Non per diuersa tempa vel loca dicimus christum esse vbiqz totum. vt mõ ibi totus sit et alio tempe alibi tot⁹ sed vt semp vbiqz sit totus.

In die Resurrectiõis legitur euangelium. In illo tempore. Maria Magdalene rc. Marci. xvi. Possunt disputari seqũtes q̃stiões ¶ Prima. Vtrum necessarium fuit xpm resurgere. ¶ Secũda. Vtrum cõueniens fuit xpm tertia die resurgere. Tertia. ¶ Vtrũ totus sanguis qui per eum fusus est p humana redemptione sit in resurrectione reassumptus.

Ad pmam questionẽ sic pceditur. et videtur q non fuit necessariũ xpz resurgere. ¶ Primo sic. Dicit Damascenus in. iiij. li. Resurrectio ẽ eius qd cecidit et dissolutum est iterata surrectio. sed xpus non cecidit per peccatũ nec corpus ei⁹ dissolutum est. ergo non cõuenit ei resurgere ¶ Secundo sic. Ea q̃ circa humanitatem sunt acta ad nostram salutem ordinantur. sed sufficiebat ad nostram salutem passio xpi per quam sumus liberati a culpa et a pena. non ergo fuit necessarium q xpus a mortuis resurgeret. ¶ Tertio sic cõfirmatur ratio pcedens. Post vltimam cõsumationem non est aliud necessarium. sed vltima cõsu-

matio facta est in passione. quia
tunc dixit Consumatum est. Jo-
han. xix. ergo non fuit necessariū
q postea resurgeret. ¶ In opposi
tum est euangeliuȝ p̄sens. vbi di-
citur. Surrexit non est hic. Et il-
lud Luce vlti. Oportebat chri-
stum pati et a mortuis resurgere
¶ Respondeo dicendum sub certis
cōclusionib9. Prima cōclusio. q
necessarium fuit christum a mor
tuis resurgere. Que cōclusio patȝ
p̄mo ex illo Apostoli. i. Cor. xv.
Si xp̄us nō surrexit inanis est fi
des nostra. sed sine fide non iusti-
ficamur. g° necessariū q̄ fuit chri
stum resurgere. Preterea neces-
sitas resurrectionis xp̄i colligit
ex multis. Primo ad cōmendatio
nem diuine iusticie ad quam per
tinet exaltare illos qui ꝓpt deū
se humiliauerunt. sm illud Luce
p°. Deposuit potentes et exalta-
uit humiles. quia igitur christ9
ꝓpter caritatem et obedientiam
dei se humiliauit vsqȝ ad morteȝ
crucis. oportebat q exaltaretur
a deo vsqȝ ad gloriosam resurre-
ctionem. Secūdo fuit necessariuȝ
ad fidei nostre instructionem. q̄a
per eius resurrectionem cōfirma
ta est fides circa diuinitatem xp̄i
quia vt dicitur. ij. Cor. vlti. si cru
cifixus est ex infirmitate nostra
viuit ex virtute dei. Tertiō fuit ne
cessarium christum resurgere ad
subleuationem spei nostre. qr dū
videmus christum resurgere qui
est caput nostrū. speramus et nos
resurrecturos. Vnde dicit. i. Co-
rinth. xv. Si xp̄us p̄dicatur q re-
surrexit a mortuis. quomodo qui
dam dicūt in vobis quoniā resur
rectio mortuorū non est. Et Job.
xix. Scio per certitudineȝ fidei q
redemptor meus. id est xp̄us vi-
uit. a mortuis resurgens. et idō in
nouissimo die de terra resurrectu
rus sum. reposita ē hec spes mea
in sinu meo. Quarto fuit necessa-
rium ad informationem vite fide
lium. sm illud ad Rom. vi. Quo-
modo xp̄us resurrexit a mortuis
per gloriam patris. ita et nos in
nouitate vite ambulemus. Quin
to fuit necessarium ad cōplemen
tum nostre salutis. qr sic p̄e hoc
q mala sustinuit moriēdo vt nos
liberaret a malis. ita glorificatus
est resurgendo. vt nos ꝓmoue-
ret ad bona. sm illud Roma. iiij.
Traditus est ꝓpt̄ delicta nostra
et resurrexit ꝓpter iustificationē
nostram. Secūda cōclusio. Xp̄s
post resurrectionem habuit verū
corpus. Ista cōclusio patet p̄mo
sic. Xp̄us vere resurrexit vt dc̄m
est. sed ad hoc q sit vera resurre
ctio oportet q idem corpus ei-
dem anime vniretur. et quia veri
tas nature corporis est ex forma
cōsequens est. q corpus christi
post resurrectionem et veruȝ cor
pus fuerit. et eiusdem nature cu-
ius fuerat p̄us. Si autem corpus
fuisset fantasticum non fuisset ve
ra resurrectio sed apparens. Ter
tia cōclusio. Corpus xp̄i resurre-
xit gloriosum. Ista cōclusio ostē
dit̄ ratiōe. Quia resurrectio xp̄i
fuit exemplar et causa nostre re
surrectionis. vt habetur. i. Cor.

xv. Sancti autem habebūt in resurrectione corpa gloriosa sicut dr ibidem. Qd seminatur in mortali tate surget in gloria. Unde cum causa sit potior causato et exemplar exemplato. multo ergo magis corpus xpi fuit gloriosum.

Quarta cōclusio. Xpus surrexit resurrectione perfecta prius q̄ quicūq3 alius resurgentiu3. Ista cōclusio patet ex illo. i. Cor. xv. Xpus resurrexit a mortuis primitie dormientium. glo. quia prius tēpore et dignitate surrexit. Ratio ne sic. Resurrectio est reparatio a morte in vita3. Dupliciter aūt aliquis eripit̄ a morte. Uno modo solu3 a morte in actu. vt si aliquis viuere incipiat qualitercun q3 postq̄ mortuus fuerat ¶ Alio modo vt aliquis liberetur non solum a morte sed a necessitate. et qd plus est. a possibilitate moriendi. et hec est vera et perfecta resurrectio ¶ q̄diu aliquis viuit subiectus necessitati moriendi q̄dāmodo mors ei dn̄atur. et sic patet q̄ illa resurrectio qua q̄s eripitur solum ab actuali morte est resurrectio imperfecta. Loquendo ergo de resurrectione pfecta xpus est primus resurgentiu3. qa ipse resurgendo primo peruenit ad vitam penitus immortalem. s̄m illud Roma. vi. Xpus resurgens a mortuis iam non moritur. s3 resurrectione imperfecta quidam alij surrexerunt ante xpm ad premonstrandum quasi in quodam signo resurrectionem ipsius Unde illi qui resuscitati sunt in veteri testamento. et illi qui sunt resuscitati a xpo sic redierunt ad vitā vt iterum morerentur. ¶ Ad rationes in oppositum Ad prima3 respondetur negando cōsequentiā Et ratio est. quia licet xpus non ceciderit per peccatu3. cecidit tamen per mortem. quia sicut peccatū est casus a iustitia. ita mors est casus a vita. Similiter licet corpus xpi non fuerit dissolutu3 per incinerationem. ipsa tamē separatio anime a corpore dissolutio quedam fuit. ¶ Ad secundam respondetur. q̄ etiam resurrectio cristi operata est nostram salutē sed passio cristi operata est nr̄am salutem p̄pe loquendo quantum ad remotionem malorum. resurrectionem autem quantum ad inchoationem et exemplar bonorum. ¶ Ad tertiam respondet̄ negando cōsequentia3 Et ratio est quia licet in morte facta sit consumatio omnium eo4 que exigebantur ad satisfactionem. que q̄dem non est facta per resurrectionem. nihilominus in resurrectione facta est consumatio q̄tum ad pfectionem in bono.

Ad secundam questionē sic proceditur. Et videt̄ q̄ non fuit conueniens cristum resurrexisse tertia die. ¶ Primo sic. Membra debent capiti conformari. sed nos qui sumus membra cristi nō resurgimus tertia die. sed nostra resurrectio differtur vsq3 ad finem mundi. ergo videtur q̄ xpus qui est caput

nostrum non debuerit tertia die resurgere ¶ Secūdo sic. Separatio anime a corpore in cristo non fuit facta nisi ꝑpter separationē humane nature. ꝫ i instanti mortis redemptio soluto ꝑcio cōpleta est. ergo debuit statim resurgere et non differre vsqꝫ in diem tertiam. Tertio sic. Dies videtur incipere ab ortu solis q̄ sua presentia diez causat. sed ante solis ortum christus resurrexit. Dicitur enim Johan. xx. ꝙ vna sabbatoꝝ Maria magdalena venit mane cum adhuc tenebre essent ad monumentū. et tūc xp̄s iaz resurrexerat et vidit reuolutum lapidem a monumento. ergo christus non resurrexit tertia die. Quarto sic. Dicitur Math. xij. Sicut Jonas fuit in ventre ceti. sic filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctib9 ergo videtur ꝙ non resurrexit tertia die. sed quarta vel quinta. Quito sic. Nox cōtra diē diuidit. sed dicit Gregorius in Omel. huius diei. christum de morte resurrexisse sicū Sampson de nocte portas gaze tulit. Judic. xvi. ergo videtur ꝙ christus non resurrexit tertia die sed secunda nocte.

¶ In oppositum est quod in symbolo cantꝰ. Et resurrexit tertia die Et Math. xx. Tradent eum gentibus ad illudendum ⁊c. sequitur Et tertia die resurget. ¶ Respōdeo dicendum sub ista conclusione. ꝙ xp̄us conuenienter resurrexit tertia die. Que conclusio sic ostenditur. Resurrectio christi sicut dictum ē in questione precedenti necessaria fuit ad instructionem fidei nostre. Est autem fides nostra et de diuinitate et de humanitate christi. non enim sufficit alterum sine altero credere. ⁊ ideo ad hoc ꝙ confirmaretur fides diuinitatis ipsius. oportet ꝙ cito surgeret et eius resurrectio non differretur vsqꝫ ad finez mūdi. Ad hoc enim ꝙ confirmaretur fides de veritate humanitatis et mortis eius. oportuit moraz esse inter mortem et resurrectionē Si enim statim post mortem resurrexissꝫ videri possꝫ ꝙ ei9 mors vera non fuerit. et per consequēs nec resurrectio vera. ¶ Ad veritatez aūt mortis xp̄i sufficiebat ꝙ vsqꝫ in tertiaz diem eius resurrectio differretur quia non contingit quin infra hoc tempus ī homine qui mortuus videtur cū viuat appareant aliqua iudicia vite ¶ Ostenditur etiaz ex alijs cōuenientia ista. Tum quia pē hoc ꝙ resurrexit tertia die commendatur perfectio trinarij qui ē numerus omnis rei. vtpote habens pincipium medium et finem. vt dicitur ꝑmo de celo et mundo.

¶ Ostenditur etiam in hoc secūdū misterium. quia christus vna sua morte corporali que fuit lux propter iusticiam duas nostras mortes destruit. scilicꝫ corporis ⁊ anime! que sunt tenebrose propter peccatum. et iō vna die integra et duabus noctibus permansit ī morte. vt dicit Augustin9 in. iiij. de trini. Per hoc etiam significa

tur q per resurrectionem christi tertium tempus incipiebat. Nam primum fuit ante legem. secundum sub lege. tertium sub gratia. Incepit etiam in resurrectione tertius status sanctorum. Nam primus fuit sub figuris legis. Secundus sub veritate fidei Tertius erat in eternitate glorie. quam christus resurgendo inchoauit ¶ Ad rationes in oppositum Ad primam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia licet caput et membra conformentur in natura. non tamen in virtute. Excellentior enim est virtus capitis quam membrorum. et ideo ad demonstrandum excellentiam virtutis christi conueniens fuit ipsum tertia die resurgere aliorum resurrectione dilata vsque ad finem seculi. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia non solum oportebat q per mortem fieret redemptio. sed ad hoc q redemptionis eius participes essemus oportuit q veritas mortis eius nobis ostenderetur quod non fuisset si statim post mortem resurrexisset. ¶ Ad tertiam respondetur. q dies diuersis modis accipitur. Aliquando pro die naturali. qui continet spatium viginti quatuor horarum. vnde includit diem et noctem. Aliquando pro die artificiali. qui est latio solis super terram. Loquendo ergo de die artificiali. sic christus fuit mortuus vna die integra. scilicet die sabbathi et duabus noctibus integris. scilicet precedente die sabbathi et sequente. et adhuc plus scilicet per quandam partem ferie sexte. Sic loquitur Augustinus supra et glo. Roma. vi. que dicit Quieuit in sepulcro vna die et duabus noctibus. quia nostram duplicem vetustatem sua simpla consumpsit. Si vero loquimur de die naturali. sic accipiendo partem pro toto fuit mortuus tribus diebus et tribus noctibus sicut dicitur Mathei. xii. Illa enim pars diei passionis christi a nona et deinceps computatur pro vna tota die naturali cuius est pars. vnde computatur pro vna die artificiali et pro vna nocte. Similiter nox post sabbatum computatur pro tota die naturali sequenti. et sic computatur pro vna die et pro vna nocte artificiali. quibus sic coniungatur vna dies integra. scilicet dies sabbati et vna nox integra. scilicet nox precedens. inuenitur q christus fuit mortuus tribus diebus et tribus noctibus. ¶ Ad quartam responsio patet ex dictis. ¶ Ad quintam respondetur. q christus dicitur resurrexisse in crepusculo quando adhuc est lux tenebris permixta. et ideo aliquando dicitur q resurrexit in die. aliquando in nocte. dicitur autem in euangelio presenti orto iam sole. non est sic accipiendum tanquam sol ipse videretur super terram. sed tanquam eo proximo veniente in has partes. vt dicit sanctus Thomas.

AD tertiam questionez in qua queritur. Utruz totus sanguis christi q̃ in passione eius effus⁹ est pro humana redemptiōe ad corpus eius redierit in resurrectione. Et videtur ꝙ non. ¶ Primo sic. In aliquibus ecclesijs sāguis christi dicitur adhuc hodie cōseruari. ergo non totus sāguis christi in eius resurrectiōe ad corpus redijt. cōsequentia videt̃ nota. Secūdo cōfirmando arguit̃. Si totus redierit. sequitur error i ecclesia. quia in aliquibus ecclesijs in quibus esse dicitur adoratur. quod esset error. si totus sanguis effusus in eius passione in eius resurrectione redijsset. ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Sanguis christi est vnus de quatuor humoribus. si ergo sanguis christi effusus in passione totus in resurrectiōe redijt. pari ratione alij humores ex quibus causātur corruptio in corporibus animalium. et tūc sequeretur ꝙ corpus xpi post resurrectionem fuissꝫ corruptibile. qđ ē erroneum. ergo ꝛc. In oppositū arguitur ¶ Quicquid fuit in christo de veritate nature assumpte redijt ad christum in resurrectione. aliter non fuisset perfecta resurrectio si non fuisset reintegratum quicquid per mortem ceciderat. Unde et dominus fidelib⁹ suis pmisit dicens Math. x. Omnes capilli capitis vestri numerati sunt. Et Luce. xxi. Capillus de capite vestro non peribit. sed totus sanguis christi q̃ fuit in passione christi pertinebat ad naturam corporis christi. quia si pars fuit de veritate humane nature et totum. quia eadeꝫ est ratio de toto et de parte. ergo totus sanguis christi in passiōe effusus in resurrectione fuit reassumptus.

¶ Respondeo dicendum circa hāc questionem ꝙ duo sunt modi dicendi. Quidam volunt dicere. ꝙ nō est necesse dicere ꝙ totus sanguis christi in passione effusus sit reassumptus in resurrectione.

¶ Unde Frāciscus de Maronis in quodam sermone suo huiusmodi videtur opinionis. ad quam fundandam pmittit quedam que nō videntur nobis bene dicta. vt ondamus per singula. Primo quidem distinguit quatuor separationes. et dicit ꝙ secūda separatio fuit humanitatis a diuinitate ꝓut humanitas dicit aliquid resultans ex vnione anime et corporis ꝓpter hoc dicit in cruce clamare christuꝫ. Deus deus meus vt qđ dereliquisti me. Mathei. xxvij.

¶ Istud in pmis non videtur nobis bene dictuꝫ ꝙ hūanitas fuerit separata a diuinitate. Pro q̃ notādum ꝙ differt cessatio vnionis et separatio vnitoꝝ. Cessat eīi vnio aliquoꝝ per desitionem alicuius extremoꝝ. sed separatio non est. nisi eoꝝ que manent postq̃ꝙ soluta est eoꝝ vnio. Unn̄ forme naťales alie ab aīa ratiōali qn̄ fit corruptio compositi. non dicūtur separari a materia. sed sola anima rationalis dicitur separari q₂ remanet soluta vniōe eius a corpe

Et ideo cum in mortē christi hu=
manitas ꝑut dicit aliquid resul=
tans ex vnione anime et corpo=
ris non maneat dissoluta vnione
anime et corporis sed desinat es=
se.non est ꝓprie dicenda separari
a diuinitate. Preterea ꝙ dicit ꝙ
de tali separatione loquatur illd
euangelium. Math. xxvij. Deus
deus meus quare me dereliquisti
non dicit verum. quoniã Augu
stinus et magister sententiarum
sanctus Tho. et magister Ale
xander de halis .et Nicolaus de
lyra. omnes exponunt de subtra=
ctione ꝓtectionis. Dicitur enim
xp̄us derelictus . qr expositus ma
nibus impioꝝ. non autẽ dictum
est ratiōe separationis facte . pa
tet hoc quia vt volunt tam ma=
gister sententiaꝝ ꝙ Alexander
de halis. hec verba dixit christus
adhuc viuens in cruce ¶ Prete=
rea dicit idem Franciscus. ꝙ q̄r=
ta separatio fuit sanguinis a di=
uinitate. quia vt inquit ꝓ signo.
Non em̄ possumus dicere ꝙ xp̄s
remansit effusus in triduo illo su
per terram ꝓpter sanguinem ibi
existentem Hoc etiam non videt̄
bene dictum. Tum p̄mo quia ip
se christus ait per ꝓphetam p̄s.
xxi. Ego autem sicut aqua effu=
sus sum ⁊ dispersa sunt omnia os
sa mea. quod glo. que est Augu
stini exponit de christo. Sic ergo
ratione corporis dicitur iacuisse i
sepulcro. ita vt modo ratiōe san=
guinis effusi d' eo poterat dici ef
fusus super terram. Tum secun=
do quia nō stat illud quod timu=
it Franciscus sequi. quia nō opor
tet ꝙ omne quod p̄dicatur de co
quod est vnitum verbo. p̄dicetur
de verbo omnibus modis. Vnde
licet anima semper manserit vni
ta verbo. non dicitur ꝙ verbū sit
anima aut sit forma corporis aut
ꝙ fuisset separata a corpore sicut
erat anima. aut ꝙ esset corpus ⁊
separatum ab anima . et ita licet
sanguis esset vnitus diuinitati.
non sequitur ꝙ diuinitas essꝫ san
guis aut ꝙ fuisset effusa sup ter
ram. sed bene sequitur ꝙ erat ha
bens sanguinem effusum sup ter
ram. Qd autem sanguis christi q̄
in passione christi fuit effusus sē
per mansit diuinitati vnitus . in=
fra ostendemus ¶ Secūdus mo=
dus dicendi est. ꝙ totus sanguis
christi in eius passione pro redē=
ptione humani generis effusus.
fuerit in resurrectione reassump
tus. Iste modus dicendi est bea=
ti Thome tam in. iij . parte qōe
liiij. et quotlibeto. v . argumē. v.
vbi ad hoc ꝓbandum tripli ci ra
tione vtitur. quaꝝ vna accipitur
ex etate christi patientis. Passus
est enim in perfectissima etate i
qua maxime ea que in homine i=
ueniuntur ad veritatem huma=
ne nature pertinere videntur ad
maximam perfectionẽ adducta
quia nihil supfluum cōtinere. ꝫ
omnia esse de integritate nature
Secūda rō sumitur ex merito pas=
sionis xp̄i Si aie scōꝝ martiꝝ ille
partes in quibus ꝓ xp̄o passiōẽ
sustiuerīt quēdam p̄uilegiatū ful
gorē hēbūt vt dic̄ Augustinus. de ciui.

dei. ij. libro. multo perfecti⁹ sanguis christi quē ꝓpter salutē humani generis effudit ad gloriosam resurrectionē tot⁹ repatus ē ¶ Tertia ratio potest sumi ex ipsa virtute passionis christi Sāguis enim in passione effusus humanum genus sanctificauit. ꝫm illd ad Hebre. vlti. Ihesus vt sanctificaret per sanguinem suū populum extra portam passus est. humanitas autem xpi salutiferam habuit virtutem ex virtute verbi sibi vniti ¶ vt dicit Damascenus tertio libro ¶ Vnde manifestū est ꝙ sanguis in passiōe effusus qui maxime fuit salubris. fuit diuinitati vnitus. et ideo oportuit ꝙ in resurrectione iungeretꝰ alijs humanitatis partibus ¶ Hec omnia sanctus Thomas. Item quarto iuxta eiusdem sententiam potest eadem cōclusio sic ꝓbari. Resurrectio nostra cōformis est resurrectioni christi ¶ ꝫm illud Phil. iij. Reformabit corpus humilitatis nostre cōfiguratum corpi claritatis sue. sed ad corpus nostruz in resurrectione redibit totū qđ fuit de veritate humane nature. ergo sanguis christi effusus cum fuerit de integritate humane nature in resurrectione eius ad corpus redijt. nec videtur sustinēdū ꝙ christi sanguis in passione effusus ꝓ redemptiōe humani generis non fuerit de veritate hūane nature in christo. Tum quia ex hoc sequeretur ꝙ xpus dederit in p̄cium redemptionis hūani generis id qđ non fuit de veritate humane nature assumpte ꝫ alienum. et ita ipse non fuisset p̄cium nostre redemptionis. cū nihil de suo dederit. quod est absurdum. cum cōtradicat illi qđ beatus Petrus inquit. i. Petri. p̄mo. Redempti estis p̄cioso sanguine agni incōtaminati et immaculati ihesu christi. Plane si sanguis effusus in passione pro redemptione humani generis non pertinebat ad veritatem humane nature eius. nō diceretur sanguis agni incontaminati. nec dictus fuisset p̄ciosus. Preterea ꝙ talit̄ dicentes male dicere videantꝰ. Pro quo notandum ꝙ aliquid dicitur de veritate hūane nature dupliciter. Vno modo id quod formaz humanam actu participat. sicut caro ⁊ ossa. Alio modo dicitur de veritate hūane naťe id sine q̄ natura remanere et durare et seruari non posset sicut sanguis. Vnde de saguine dicitur Leuitici. xvij. Anima. id est vita carnis in sanguine est. vbi glosa ¶ Nicolai de lyra dicit. Vita in sanguine principaliter consistit. Vnde a philosophis ⁊ medicis dicitur sanguis sedes anime. Qđ sanctus Thomas in. iiij. dis. xi. dicit. ꝙ potest intelligi. Vno modo ꝙ sedes anime dicatur conseruatio vite que est per sanguinez. Alio modo qꝛ sanguis est potentia totum quia per actuz nutritiue virtutis i mēbra conuertitur. Tertio quia per sanguinem in corde generatū vitalis operatio in omnia membra diffunditur. vt Philosophus

dicit in li. de animalib⁹. Hec ille Ex quibus manifeste ptz q̄ negantes simpliciter sanguinē nō pertinere ad veritatem humane nature. maxime in xp̄o nō bene dicūt. sed errant. Item hūc modū dicendi sancti Thome scz q̄ tot⁹ sanguis xp̄i effusus in sua passione in resurrectione sua fuerit reassumptus sequitur magister Johannes de poliaco. iiij. q̄tlibeto suo vbi ostendit q̄ hora passionis non erat in christo aliq̄s sanguis superflu⁹ et sic totus sanguis quem tunc habuit ad veritatem et pfectionem humane nature ptinebat. et p cōsequens totus qui effusus est in passione. in resurrectione fuit reassumptus. ¶ Hūc autem modum dicendi ꝓsequentes ponemus duas conclusiones Prima est. q̄ sanguis effusus in passione ꝓ redemptione generis humani non fuit sepatus a diuinitate. Ista cōclusio que videt̄ esse fundamentū huius materie ꝓbatur multipliciter. vt ꝓbauim⁹ coram papa Pio cū fuit ista materia disputata coram sanctitate eius et dominis cardinalibus. pmo sic. ex illo Math. xxvi. Hoc est corpus meum quod ꝓ vobis tradetur. et hic est sanguis qui ꝓ vobis effundetur. Ex quibus verbis christi eadez videtur esse vnitas inter sanguinem effusum et sanguinem viuum. que fuit inter corpus viuum xp̄i et corp⁹ mortuum. sed corpus mortuū et corpus viuum xp̄i fuit vnū et idē vnitate suppositi. ergo sanguis effusus et sanguis viuus xp̄i fuit vn⁹ vnitate suppositi. qd̄ nō essz si sanguis effusus in passione fuisset a diuinitate separatus. cōsequentia est bona. et antecedēs ꝓ vtra qz pte. alias dabitur q̄ sanguis effusus esset alius suppositaliter q̄ sanguis viuus xp̄i. qd̄ non cōuenienter videtur dictum. ¶ Secundo sic. ¶ Sanguis christi effusus in passione fuit p̄ciū sufficiens redemptionis humane nature. ergo non fuit a diuinitate diuisus. cōsequentia est bona. antecedens patet ex illo. i. Cor. vi. Empti em̄ estis p̄cio magno. qt sufficienti. sed sufficiens p̄ciū redemptionis non potuit esse aliq̄ virtute creata vnde necesse est q̄ virtute diuina. Vnde ex hac ratione sumitur hec necessitas incarnationis. Vnde sanct⁹ Thomas super illud Pauli. i. Cor. vi. Empti estis p̄cio magno. dicit. Dicitur autem p̄ciū redemptiōis magnum. quia non est corruptibile sed eternum habens virtutez. cū sit sanguis dei eterni. ¶ Tertio. Sanguis effusus fuit incorruptibilis. Patet tam̄ ex illo. p̄s. Que vtilitas in sanguine meo cum descendo in corruptionem. Tum ex illo. i. Petri pmo. Non corruptibilibus auro et argento redempti estis sed precioso sanguine ⁊c. sed ista incorruptio non inerat ei ex naturali virtute. ergo necesse erat ex v̄tute diuinitatis sibi vnite. Vnde sanctus Thomas sup illud Pauli. i. Corintheo. Sexto proxime inductum. dicit. quod

sanguis ē in corruptibilis eternā hñs virtutē rc. ¶ Quarto. Sanguis xpi q̄ datˀ nob̄ sumēdus sub sacro est idem sanguis q̄ effusus est a corpore christi in remissionē peccatorum. sed iste est vnitus diuinitati. ergo rc. ¶ Quinto actio et operatio arguūt virtutē in operante. sed sanguis xpi operatus est remissionem peccatorum. ¶ Apocalip. p°. Dilexit nos et lauit nos in sanguine. ¶ Item lotionem culparum. apertionem regni celestis. vt testatur Apl'us ad Heb. ix. ergo necesse est dicere q̄ fuit diuinitati vnitus. cōsequentia ē bona. quia cū tales operatiões sunt supnaturales et diuine. necesse arguūt in operante virtutem diuinitatis. ergo sanguis ipse sempē fuit diuinitati vnitus. Unde sanctus Thomas supē illud apostoli ad Hebre. ix. ¶ Xpus assistēs pōtifex per ppium sanguinē introiuit semel in sancta eterna redemptione inuenta. dicit sic. ¶ Per istū sanguinē redempti sumus et hoc in perpetuum. quia virtus eius infinita est. Item Nicolaus de lyra dicit sic. Sanguis xpi ex vnione ad suppositum diuinū cōtrahit quandam infinitatem virtutis. Hec ille. ¶ Sexto sic. Nullus sapiens medicus subtrahit a medicina suam virtutem qua debet sanare vulnus cui est applicanda. Hoc patet. sed verbum dei est sapientissimus medicus et sanguinem suū ordinauit effundendum in medelā humani generis egrotantis. Dicit enī Augustinus in li. cōtra quinq̄ cōtraria hostium. Fusus est sanguis medici et factum est medicamentum frenetici. Sed virtus medicine est ipsa diuinitas ergo nullo modo est dicendū q̄ verbum dei separauerit diuinitatem suam a sanguine quem effudit in medicamētum humani generis. ¶ Septimo Paruifacere dignitatem sanguinis christi effusi in passione christi pro redemptione nostra ē derogare pietati fidei christiane. cum beatus Petrus vocat eum preciosum. et Paulus magnum precium. sed sanguinem effusum in passiõe christi pro redemptione humani generis dicere separatum esse a diuinitate est paruifacere dignitatem eius. vt patet. quia eius dignitas attenditur ex vnione ad diuinitatem. sicut separare lapidem preciosū ab annulo est minuere preciositatem et valorē annuli. ergo nullo modo est audendum dicere xpi sanguinem in passione effusum pro redemptione humani generis fuisse a diuinitate separatum. ¶ Octauo sic. Dicit Damascenus Anathema sit qui dicit verbum deposuisse quod semel assumpsit. quod intelligendum ē de eo quod ad vnitatē suppositalem est assumptū vt dictum est. sed sanguis christi in passione effusus. cum pertineat ad integritatem humane nature. fuit simul vnitus diuinitati christi. ergo nūq̄ fuit ab ea separatus. ¶ Nono sic. Deus nihil agit frustra minus q̄ natura. quia cū sapientie ditissimus sit. omnia dis=

po mīt cū ratione. sed nulla rō suf-
ficiēs pōt assignari q sanguis ef
fusus in remissionem peccatoruz
derelinquat a diuinitate nec ali-
qua vtilitas. sed p ista pte sunt
rationes. est auctoritas. est vtili-
tas publica. scilicet redēptio hu-
mani generis. ergo et cetera.
¶ Decimo sic. Nullum suppositū
est assumptibile a verbo dei. sed
si sanguis xpi fuisset a diuinitate
sepatus esset suppositum p se sub
sistens. ergo nullo modo fuissz re
assumptus. quod est hereticū. Se
cūda cōclusio que sequitur ex p-
cedenti est. q totus sanguis chri
sti effusus in passione p redemp
tione humani generis. reassump
tus fuit i resurrectiōe eius. Ista
cōclusio vt diximus ē sancti tho-
me. tam in tertia parte q in qt-
libeto. et supra pbata est rationi
bus eius quatuor. Nunc autē p
batur sic breuiter. Primo vt pa-
rum ante Nullum suppositum est
assumptibile a verbo dei. vt patz
sed si sanguis effusus in passione
p quacūqz parte sepatus esset a
diuinitate. esset suppositum pē se
existens. ergo talis nullo mō re-
assumeretur in resurrectione. qd
est hereticum ¶ Secundo sic. Si
sanguis christi effusus in pas-
sione p redemptione humani ge
neris p parte aliqua non reassu-
meretur in resurrectione sed re-
maneret in terris. queritur quid
erit de eo in fine seculi. non est di
cendum q corrūpetur. nec q tūc
reassumatur. quia resurrectio xpi
non iterabitur. ergo sequitur q
totus sanguis in passione effusus
p redemptione humani generis
fuit reassumptus in resurrectiōe
¶ Nunc est dicendum ad ratiōes
in oppositum Ad pmam respon-
detur negando cōsequentiam. qr
sanguis ille qui in aliqb9 eccle-
siis dicitur reseruari. non fuit qui
fluxit de latere christi. sed q mi-
raculose dicitur effluxisse de qua
dam imagine christi percussa vt
dicit scūs Tho. in. iij. parte. Vel
qui dicitur effluxisse de hostia cō
secrata percussa a quodaz iudeo
vt dicit Johānes de poliaco. vbi
supra ¶ Ad secūdam que est con
firmatio. rñdetur etiā negādo cō-
sequentiaz Et ratio est. quia for
tassis qui talem sanguinem ado-
rant nec credunt q ille effluxissz
de latere christi. sz emanassz ali-
unde sicut dictum est. Vnde Jo-
hannes de poliaco respondens p
dicto argumento. dicit sic. q si il
li apud quos est talis sanguis as
sererent q fluxissz de corpore do-
mini. male facerent. cum opposi-
tum vt dixi pbabilius sit. sed si
ostendant adorandum. non vide-
tur periculum. quia ille sanguis
vel dicitur effluxisse ex qdaz ima-
gine christi percussa in contume-
liam christi. vel fluxisse de qua-
dam hostia cōsecrata et puncta
in christi contumeliam. sicut ac-
cidit in vico iudeoꝝ parisius. si er
go fluxerit de corpore christi. po-
test et debet adorari adoratiōe la
trie sicut sacratissima reliqa chri
sti. si fluxit de imagine christi
aut hostia consecrata ¶ Quia

talis fluxus omnino fuit miraculosus repñsentans xp̄i passionē. et ip̄m xp̄m passum. ideo etiam debet adorari adoratione latrie. non ꝓpter se sed ꝓpter xp̄m passum. ⁊ eius passionē quā repñsentat. sicut etiam xp̄i imago. et ideo siue fluxerit de corpe xp̄i siue non. nō est error nisi asseratᷣ ꝙ de corpore xp̄i fluxerit. qd̕ vt puto nō facīūt. hec Johannes de poliaco.

Ad tertiam respondetᷣ ꝙ etiam alij humores resurgent sed ablatis qualitatibus corꝝ. Vñ Aug. Valꝫ enī diuina potentia de ista visibili atqꝫ tractabili natura corpoꝝ q̄busdam manētibus auferre q̄s voluerit q̄litates vt absit labes scꝫ corruptionis. absit effigies. absit motio. absit fatigatō absit vescendi potestas. absit esuriendi necessitas. et hoc de ista q̄stione ꝓ nunc. ¶ Conferant autē totum qd̕ dictū est ad id qd̕ legitur in directorio inquisitionis ꝙ Clemēs sextus informatus p fratrem Nicolaū roselli ordinis predicatoꝝ inq̄sitionem heretice p̄uitatis i ptibus Arogonie ⁊ Catalonie ꝙ in catalonia i ciuitate Barchinoneñ. publice p̄dicabatᷣ ꝙ in sanguine xp̄i aspersa in parasceue nō remāsit diuinitas. nec sanguis ille erat deificatus habito solēni cōsilio magistroꝝ ⁊ aliorum. mādauit p suas patentes litteras dicto inq̄sitori q̄tinus dictum articulū vt hereticalē et erroneū facerꝫ publice reuocari atqꝫ solēniter cōdemnari. et sic ip̄e inquisitor fecit in ecclesia cathedrali publice Barchinoneñ dēm articulum velut hereticalem cōdemnari. hoc in directorio inquisitionis.

IN die lune legitᷣ euāgeliū. In illo tempore. Duo ex discipulis ⁊c̄. Luce. xxiiij. ¶ Circa qd̕ p̄nt disputari sequentes questiones ¶ Prima. Vtrū cōueniēs fuit vt xp̄us in alia effigie discipulis appareret ¶ Secūda. Vtrū cōueniens fuit ꝙ xp̄us veritatē resurrectionis sue argumētis ꝓbauerit. ¶ Tertia est. Vtrū argumenta que xp̄us induxit sufficiēter manifestauerint resurrectionis eius veritatem.

AD p̄maꝫ q̄stionēꝫ sic proceditᷣ. Et videtur ꝙ xp̄s non debuit i alia effigie discipulis apparere. ¶ Primo sic. Non p̄ōt apparere aliq̄d ꝑm veritatem nisi qd̕ est sed in xp̄o nō fuit nisi vna effigies. si ergo i alia apparuit non fuit apparitio vera ꝫ ficta. sed hoc est incōueniēs xp̄o quia vt dicit Aug⁹. li. lxxxiij. q. Si fallit veritas non est. est autē xp̄us veritas. ergo nō debuit in alia effigie apparere. ¶ Sc̄d̕o sic Nihil p̄ōt in alia effigie apparere quā habeat nisi oculi intuentium aliquibus p̄stigijs detineantᷣ sed hmōi p̄stigia cū fiant magicis artibus non cōueniebāt christo. ꝑm illud. ij. Coꝝ. vi. Que cōuenientia xp̄i ad belial. ergo videtur ꝙ non fuit conueniens ꝙ i alia effigie xp̄s appareret. ¶ Tertio. Sicut dicitᷣ Augustin⁹ i ep̄la

¶ Ad Jeronimū. si vel vnum mendacium in sacra scriptura inueniatur. infirmabitur tota sacre scripture auctoritas. ergo similiter si vel in vna apparitione xpus discipulis apparuit aliter esset. infirmabitur quicquid post resurrectionem viderunt in xpo. qd est incōueniens. non ergo debuit in alia effigie apparere. ¶ In oppositum est euangelium. Dicit eīm ¶ Marci vlti. Post hec duobus ex eis ambulantibus ostensus est i alia effigie eūtibus in villā. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. cōueniens fuit vt xps in alia effigie appareret discipul' suis post resurrectionem suaz ei⁹ resurrectionem nō credentibus.
¶ Que cōclusio pbatur sic. Resurrectio xpi manifestanda fuit hominibus p modum quo eis diuina reuelantur. Innotescunt autē diuina hominibus ƀm qd diuersimode sunt affecti. Nam illi qui habent mentem bene dispositam ƀm veritatem diuina pcipiūt. Illi autem qui habent mentem nō bene dispositaz diuina pcipiūt cū quadam cōfusiōe dubietatis vel erroris. Animalis eīm homo percipit ea que sunt spūs dei. vt dicitur. i. Coꝛ. ij. et ideo xpus quibusdam ad credendum dispositis p⁹ resurrectionem apparuit in sua effigie. illis autem in alia effigie apparuit qui iam circa fidem videbantur tepescere. vnde dicebant. Nos sperabamus qꝛ ipe esset redempturus israel. Vnde Grego. dicit in Omelia. talez se eis exhibuit in corpe qualis apud illos erat in mēte. quia cū adhuc i eorum cordibus peregrinus erat in fide. ire se longius finxit ac si essz peregrinus. ¶ Ad rationes in oppositu Ad pmam respondet negando cōsequentiam Et rō ē. qꝛ sicut dic Augusti. in li. de cōcordia euangelistaꝝ. non omne qd fingimus mendaciū est. sed quando id fingimus qd nihil significat tūc est mendaciū. cū aūt fictio nostra refertur ad aliquam significationem. nō est mendaciū. ƺ aliqua figura veritatis. alias omnia que a sapientib⁹ et sanctis viris vel etiam ab ipo domino figurate dicta sunt mendacia reputabūtur. quia ƀm vsitatum intellectū non cōsistit veritas in talibus dictis. sicut autem dicta. ita etiam finguntur facta sine mēdacio ad aliquam rem significandā. et ita factum est hic. vt dictū est. ¶ Ad secūdam respondetur iuxta Augustinū et habetur in glosa ordinaria. nō incōgruenter dicitur hoc impedimentū in oculis a sathana fuisse ne agnosceretur ihesus Vnde in euangelio pſenti dicitur oculi eoꝝ tenebāt ne eū agnoscerent. Et illa detentio vocatur aurisia. de qua in glo. Gen. xix. In scripto vo tertio dicit sanctus Tho. sic. pōt dici ꝙuis visui discipuloꝝ repſentaretur ꝓpa species in qua soliti erāt videre xpm. tamen diuina virtute impediebantur vires interiores ne sequerentur iudiciū de psona illa que essz vt sic ea q̄ exteri⁹

D

agebantur cōformarentur his q̄ interius cōtingebant in ipis. vt p̄sentem haberent et nō cognoscerent quia amabāt sed dubitabant. vt dicit Greg. ¶ Ad tertiaȝ respondetur ꝙ ratio illa sequeretur. vt dicit sanctus Thomas in tertia parte. si aliene effigiei specie nō fuissent reducti ad vere videndum xp̄i effigiem. sicut enim Augustinus ibidem dicit. tamē a xp̄o facta est pmissio. scȝ vt sic p̄dicto modo oculi eoꝝ tenerentꝰ vsqȝ ad sacramentū panis. vt vnitate corpis eius pticipata remoueri intelligatur impedimentuȝ inimici vt christus possit agnosci Vnde ibidem subditur. ꝙ aperti sunt oculi eoꝝ et cognouerūt euȝ non ꝙ ante clausis oculis ambularent. sed inerat aliquid quo nō sinerentur agnoscere qd̄ videbāt qd̄. s. caligo et aliquis humor solet efficere.

Ad secūdam questionem sic proceditur Et videtur ꝙ nō fuit cōueniēs xp̄m argumentis resurrectionem suaȝ pbare ¶ Primo sic. Dicit eī Ambrosius Tolle argumenta vbi fides queritur. sed de resurrectiōe queritur fides. ergo argumēta ad resurrectionem pbanda. fieri nō debuerunt ¶ Secūdo sic. Gregorius dicit. Fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimentum. sed ad xp̄m non pētinebat meritū fidei euacuare. ergo ad eū non ptinebat resurrectionem p argumenta confirmare. ¶ Tertio sic. Aut illa argumēta fuerunt sufficientia ad pbandūm resurrectionem aut nō. si non hoc videtur ad impfectionem argumēta inducentis redūdare si fuerunt sufficientia. et argumentum sufficiens facit scientiam vel arguitionem que non stat simul cū fide q̄ est de non apparentibus. ergo videtur ꝙ argumenta illa euacuauerunt fidem et abstulerūt meritum eius ¶ Quarto sic. Sicut est fides de resurrectione. ita de alijs articulis. sed ad alios articulos non induxit aliqua argumēta pbatiua. ergo nec ad resurrectionem inducere debuit. ¶ In oppositum est illud Actu. p°. ꝙ apparuit discipulis ihesus p dies quadraginta in multis argumētis loquens de regno dei ¶ Respondeo notandum. ꝙ argumentū dupliciter dicitꝰ. Quandoqȝ eīm dicitꝰ argumētū quecūqȝ ratio rei dubie faciens fidem. Qñqȝ autem dicitꝰ argumentum aliqd̄ signum sensibile qd̄ inducitur ad alicuius veritatis manifestationem. sicut etiam Aristo. aliqñ i libris suis vtitur nomine argumenti. Capiendo p̄mo modo argumentū. est cōclusio. ꝙ xp̄us non pbauit discipulis suis resurrectionem per argumenta. Patet cōclusio. qa talis pbatio argumentatiua pcedit ex aliquibus p̄ncipijs. q̄ si non essent nota discipulis. nihil pē ea eis manifestaretur. quia ex ignotis non pōt aliquid fieri notū. Si autem essent eis nota. non transcenderent rationem humanā. et ideo non essent alicuius efficacie

ad fidem resurrectionis ostendē:
dam que rationem humanam ex=
cedit. Oportet em̄ pncipia ex eo
dem genere assumi. vt dicitur pri
mo posteriorꝝ. ¶ Probauit autem
eis resurrectionez p auctoritatez
sacre scripture que ē fidei funda=
mentum. quādo dixit eis. Oportz
implere omnia que scripta sunt
in lege et psalmis et ꝓphetis de
me. vt habetur in euangelio ho=
dierno. Si autem accipiatur secū
do modo argumentū. sic est cōclu
sio secūda. ꝙ xp̄us suam resurre
ctionem argumentis declarauit.
inq̄ꝫtuz p quedam euidentissima
signa se vere resurrexisse osten=
dit. que quidem signa resurrectō
nis sue xp̄us ostendit discipul' su
is cōuenienter ꝓpter duo. ¶ Primo
quidem quia non erant corda eo
rum disposita ad hoc ꝙ de facili
fidem resurrectionis acciperent.
¶ Vnde ipse dixit eis vt ptz in euan
gelio p̄senti. O stulti et tarde cor
de ad credendum Et Marci vlt.
Exprobrauit incredulitatez eorꝝ
et duritiam cordis. Secūdo vt p̄
hmōi signa eis ostensa efficacius
ei testimonium redderent. ẜm il=
lud. i. Joh. p̄. ¶ Qd vidim⁹ et au
diuimus et manus nostre cōtra=
ctauerūt hoc testamur ¶ Ad ra=
tiones in oppositum Ad p̄maz re
spondetur. ꝙ Ambrosius ibi lo=
quitur de argumentis ẜm ratio=
nem humanam ꝓcedentibus q̄ in=
ualida sunt ad ea que sunt fidei
ostendenda. sicut dictū est. ¶ Ad
secūdam respondetur negādo cō
sequentiam Et ratio est. q: meri
tuz fidei ex hoc ē ꝙ homo ex mā
dato dei credit que non videt. vn
de illa sola ratio meritum exclu=
dit que facit videri per scientiaz
id quod credendum ꝓponit. et ta
lis est ratio demonstratiua. Hu=
iusmodi autem rationes xp̄us nō
induxit ad resurrectionem suam
declarandam ¶ Ad tertiam pa
tet responsio ex dictis quoniā ar
gumenta xp̄i non sunt argumen=
ta per rationes demonstratiuas.
que scientiam faciunt. quia tales
vt dictum est non habent hic lo
cum. et ideo licet argumenta in=
ducta per xp̄m in suo genere fue
rint sufficientia ad ꝓbandum re=
surrectionem suam. vt ostēdetur
infra in questione sequenti. non
tamen tulerunt fidez nec abstule
runt meritum. ¶ Ad quartam re=
spondetur negando cōsequentiaz
Et ratio est. quia articuli fidei q̄=
dam sunt de diuinitate tantū. et
isti non possunt ad sensum ꝓbari
sed vel per miracula vel per au=
ctoritates. et sic ꝓbati sunt. Qui
daz autē sunt de humanitate vni
ta diuinitati. et isti etiam ad sen=
sum ꝓbati sunt. sed quia passio
et ascensio in seipsis visa sunt. re=
surrectio autem non. et iō signa
resurrectionis visibiliter ostēde=
re oportuit ex quibus cōferendo
ad veritatem resurrectionis per
ueniretur.

AD tertiam questionem
sic ꝓceditur. Et videtur
ꝙ argumenta que xp̄s
induxit non sufficienter manife=
stauerūt resurrectōis ei⁹ vitatē.

¶ Primo sic. Nihil ostendit xp̄us post resurrectionez discipulis qđ etiam angeli hominibus apparẽtes vel non ostenderunt vel non ostendere potuerunt. Nam angeli in humana specie frequent' hominibus se ostenderunt et cuz eis loquebantur et cõuersabantur ꝛ etiam comedebant ac si essent homines veri. sicut patz Geñ. xviij. de angelis quos Abraam suscepit hospitio. Et in li. Tobie. de angelo q̄ cuz duxit et reduxit. et tamen angeli non habent v̄a corpora naturaliter eis vnita. qđ requiritur ad resurrectionem. non ergo signa que xp̄us discipul' exhibuit fuerũt suffientia ad resurrectionem eius manifestandam. ¶ Secũdo sic. Xp̄s resurrexit resurrectiõe gloriosa. id est habẽs simul humanam naturam cũ gloria. sed quedam xp̄us ostẽdit discipulis que videntur esse contraria nature humane. sicut q̄ ab oculis eorum euanuit vt patet i p̄senti euangelio. et q̄ ad eos ianuis clausis introiuit. vt in euangelio crastine diei habetur. Quedam autez videntur esse cõtraria glorie. puta q̄ manducauit et bibit. q̄ etiam habuit vulnera ꝛ cicatrices. ergo videtur q̄ illa argumenta non fuerũt sufficientia. nec cõuenientia ad fidem resurrectionis ostendendã. ¶ Tertio sic. Corpus xp̄i post resurrectionem nõ erat tale qđ tangi deberet ab hoie mortali. vñ ipse dixit Magdalene Joh. xx. Noli me tangere. Nondum em̃ ascendi ad p̄rez meum. non ergo cõueniẽs fuit q̄ ad manifestandum sue resurrectionis fidem seipsum discipulis palpabilem exhibuit. ¶ Quarto sic. Inter dotes glorificati corporis p̄cipua videtur esse claritas. gloriam tamen in resurrectione nullo argumento ostendit. ergo nũc insufficientia fuerũt illa argumenta ad manifestandam qualitatez resurrectionis xp̄i. ¶ In oppositum est. quia xp̄s cũ sit sapientia suauiter et conuenienter disponit omnia. vt dicitur Sapientie. viij. ¶ Respõdeo dicendũ sub ista cõclusione. Argumenta que xp̄us induxit. sufficienter manifestarũt veritatem sue resurrectionis. Pro qua cõclusione est notãdum q̄ xp̄us resurrectionem suã dupliciter manifestauit. scz testimonio et argumẽto. id est signo et vtraqz manifestatio in suo genere fuit sufficiens. Est em̃ vsus duplici testimonio ad manifestãdam suam resurrectionem discipulis. quoꝝ neutruz potest refelli. quoꝝ quidem p̄mum testimoniũ est angeloꝝ. qui mulieribus resurrectionem annunciarunt. vt patet per omnes euangelistas. Aliud autem est testimoniũ scripturarũ quas ipse ꝓposuit ad ostensionẽ sue resurrectionis. vt dicitur in p̄senti euangelio. Argumenta etiam fuerunt sufficientia ad ostendendam veram resurrectionem et etiaz gloriosam. q̄ autem fuerit vera resurrectio ostendit. Vno modo ex p̄te corporis. circa qđ tria ostẽdit. Primo quidez

ōndit ꝑmo qdē ꝙ eēt corpꝰ veꝝ
et solidū·non corpus fantasticū
vel rarum·sicut est aer·et hoc ōn
dit ꝑ hoc ꝙ corpus suum palpa
bile ꝑbuit ¶ Vnde ipe dicit Luce
vlti·Palpate et videte quia spi=
ritus carnem et ossa non hꝫ·Secū
do ostendit ꝙ esset corpus hūa=
num ostendendo eis veraꝫ effigi=
em quā oculis intuerentur·Ter=
tio ostendit eis ꝙ esset idem nūe
ro corpus qđ ꝑus habuerat·ōn=
dendo eis vulneꝝ cicatrices·Vn=
de Luce vltimo legit̄ ꝙ dixit eis
Videte manꝰ meas et pedes me=
os quia egoipse sum· Alio mo=
do ostendit eis veritatem sue re=
surrectionis ex parte anime ite=
rato corpori vnite·et hoc osten=
dit per opera triplicis vite·Pri=
mo quidem per opus vite nutriti
ue·in hoc ꝙ cum discipulis man=
ducauit et bibit·vt legitur Luce
vlti·in euangelio ꝑsenti· Secūdo
per opa vite sensitiue·i hoc ꝙ cū
discipulis ad interrogata respon
debat·et ꝑsentes salutabat·ostē
debat se et videre et audire·Ter=
tio per opera vite intellectiue·i
ꝙ cum eo loquebant̄ ⁊ de scri
pturis disserebant·et ne quid de=
esset ad perfectionem manifesta
tionis ostendit etiam se hr̄e diui
nam naturam per miraculum qđ
fecit in piscibus capiendis· et vl=
terius per hoc ꝙ ipsis videntibꝰ
ascendit in celum·quia vt dicitur
Joh.iij·Nemo ascendit in celuꝫ
nisi qui descēdit de celo filius ho=
minis qui est in celo·Gloriaꝫ eti
am sue resurrectionis ostēdit di=
scipulis·per hoc ꝙ ad eos clau=
sis ianuis intrauit· Similiter etiā
ad ꝓprietatem glorie ꝑtinebat
ꝙ subito ab oculis discipulorum
euanuit·vt dicitur in euāgelio ꝑ=
senti·quia per hoc ostendebatur
ꝙ in potestate eius erat videri ⁊
non videri·qđ pertinet ad condi
tionem corporis gloriosi·vt dictū
est·¶ Ad rationes in oppositum.
Ad ꝑmam respondetur dupliciť
Primo·ꝙ licet singula argumē=
toꝝ non sufficerent ad maifestā
dam xp̄i resurrectionem·oīa tam̄
simul accepta perfecte xp̄i resur
rectionem manifestauerunt·ma=
xime ꝓpter scripture testimoniū
et angeloꝝ dicta·et ipsius xp̄i as
sertionem miraculis cōfirmatam
Secūdo respondetur ꝙ non simi=
lē de apparitione et manducatiōe
angeloꝝ et xp̄i· Nam angeli ap
parentes non asserebāt se homi
nes esse sicut asseruit xp̄us se ve=
rum hominem esse· Preterea ali
ter xp̄us manducauit et aliter an
geli· Nam quia corpa ab angel'
assumpta non erant corpora viua
vel animata·non erat vera come
stio ¶ licet ibi esset vera cibi cōtri
tio·et trahitio ad interiorem par
tem corporis assumpti· Vñ et an
gelus dicit Thobie·xij·Cum es=
sem vobiscum videbar quidē mā
ducare ⁊ bibere vobiscum· ꝫ ego
cibo inuisibili vtor· sed quia cor=
pus xp̄i fuit vere animatum·ve=
ra fuit eius cōmestio·sed tamē fa
cta est ad ꝓbanduꝫ veritateꝫ na
ture que manet i statu glorie ꝙ̄
tum ad omnes potentias ⁊ mem

bra. licet non maneant vsus omnium potentiarum et membrorum. quia non inest necessitas. et ideo dicit Beda. quod xpus manducauit potestate. non egestate ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia argumenta que inducebat xpus. quedam inducebat ad probandum veritatem nature humane. quedam ad probandum gloriam resurrectionis. Conditio autem humane nature secundum quod in se consideratur quantum scilicet ad statum presentem contrariatur conditioni glorie. secundum illud. i. Cor. xv. Seminatur in infirmitate et resurget in virtute. et ideo ea que inducuntur ad ostendendum conditionem glorie videntur habere contrarietatem ad naturam non simpliciter. sed secundum statum presentem et econuerso. Vnde Greg. dicit in omelia. quod duo mira et supra humanam rationem sibi valde contraria dominus ostendit. cum post resurrectionem corpus suum etiam incorruptibile et tamen palpale demonstrauit. ¶ Ad tertiam respondetur negando assumptum. nam licet illud de Magdalena intelligatur in misterio factum. quia carnaliter adhuc in eum credebat. quamquam sicut hominem flebat. tamen alibi Magdalena legitur xpm tetigisse. quando simul cum alijs mulieribus accessit et tenuit pedes eius. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia sicut Augustinus dicit ad Orosium. Clarificata carne deus resurrexit. sed noluit in ea clarificatione discipulis apparere. quia non possent oculis talem claritatem perspicere. si enim ante quam moreretur pro nobis et resurgeret. quando transfiguratus est in monte / discipuli sui eum non videre potuerunt. quanto magis clarificata carne domini eum videre non possent.

Die Martis est euangelium. In illo tempore ¶ Stetit Ihesus etc. Luce vltimo. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrum conueniens fuit xpm resurgere cum cicatricibus ¶ Secunda. Vtrum conuenienter christus palpabilem discipulis se exhibuit. ¶ Tertia. ¶ Vtrum christus post resurrectionem vere comedit incorporando sibi cibum.

Ad primam questionem sic proceditur Et videtur quod non fuerit conueniens xpm resurgere cum cicatricibus. ¶ Primo sic. Dicitur enim. i. Cor. xv. Nos mortui resurgent incorrupti. sed cicatrices et vulnera videntur ad aliquam corruptionem et defectum pertinere. non ergo fuit conueniens vt christus qui resurrectionis actor est cum cicatricibus resurgeret ¶ Secundo sic Corpus christi integrum resurrexit. sed aperture vulnerum contrariantur integritati corporis. quia per eas discontinuatur corpus. ergo inconueniens fuit cum illis resurgere. ¶ Tertio sic. Status resurgentium est status immutabilitatis

ergo xpus in seipo non debuit demonstrare nisi quod semper futurum in eo erat. sed cicatrices non semper in eo manere debebant. quia dicit Damascenus. q tantū ꝯm dispensationem fuerunt in eo ergo non fuit conueniens vt christus cuꝫ illis resurgeret. ¶ In oppositum est euāgelium presens.

¶ Respōdeo dicenduꝫ sub ista cōclusione. Conueniens fuit vt christus cum cicatricibus resurgeret Probatur cōclusio. Decet victorem insignia sue victorie habere et ostendere. sed sicut dicit Augustinus libro de ciuitate dei. Cicatrices vulnerum christi fuerūt victorie sue indicia. ergo decuit vt eas haberet et ostenderet Vnde dicit Beda super Lucam. Nō ex impotentia curandi cicatrices christus seruauit. sed vt imperpetuuꝫ victorie sue circūferat triumphum. Secūdo fuit conueniens ad cōfirmandum corda discipuloꝝ circa fidem sue resurrectionis instruēdo eos q idem sit qui passus est et qui resurrexit. Tertio vt patri ꝓ nobis supplicans q̄le genus tormenti ꝓ homine pētulit semper ostendat Quarto vt sua morte redemptis q̄ misericorditer sint adiuti ꝓpositis eiusdem mortis indicijs insinuaret. Quinto vt q̄ iuste damnentur impij in iudicio insinuet ostensis cicatricibus quas ꝓ illis accepit. ¶ Ad rationes in oppositum Ad p̄maꝫ respōdetur q cicatrices ille que in corpore christi permanserunt. et que in alijs martiribus. vt dicit Augustinus. ij. de ciuitate dei. nō pertinent ad corruptionem vel defectum aliquem. sed ad maioreꝫ cumulum glorie inq̄tum sunt q̄dam virtutis insignia. et in illꝰ locis vulnerum quidam spiritualis decor apparebit. ¶ Ad secundam respondetur q illa apertura vulnerum q̄uis sit cum quadam solutione cōtinuitatis. totum tamē hoc recompensatur per maioreꝫ decorem glorie. vt corpus nō sit minus integrum sed magis perfectum. ¶ Ad tertiam respondetur negando minorem Dicimꝰ enim q cicatrices semper mansure sunt in corpore. q autem dicitur q sunt dispensatiue assumpte. hoc non est. quia ad tempus assumpte sunt. sed quia non erat de necessitate nature q in christo remanerent sicut accidit i nobis. sed propter aliquem finem sicut dictum est.

AD secūdam questioneꝫ sic proceditur. Et videtur q non fuit conueniens q christus se palpandum discipulis exhibuerit. Primo sic. Palpabile enim incorruptibili est contrarium. vt dicit Gregorius. sed cōtraria non possunt esse in eodem. cum ergo corpus christi esset incorruptibile. videtur q non debuit seipm palpabilem exhibere ¶ Secundo sic. Differentie tangibilis sunt calidum et frigidum. et huiusmodi contraria. sed in corporibus glo=

rificatis non erunt huiusmodi q̃-
litates contrarie vt videtur. ergo
corpus christi palpari non potu-
it ¶ Tertio sic. Hoc solum ē pal-
pabile quod resistit tactui et cui
tactus resistit. vnde aer q̃uis sit
tangibilis. non tamen est palpa-
bilis. sed corpori christi non resi-
stebat aliud corpus quod ianuis
clausis intrauit. ergo palpari nō
potuit. Quarto. Spūs boni vel
mali possunt accipere corpus so-
lidum. ergo per palpationē non
sufficienter ꝓbatur veritas cor-
poris ¶ In oppositum est euāge-
lium nostrum vbi dicitur. Palpa
te et videte ꝛc̃. Respondeo dicen
dum ꝙ christus conuenient cor-
pus suuz palpabile discipulis ex
hibuit. Patet ista conclusio. q̃ni
am ad ostendendam veritatez re-
surrectionis conuenienter visui
adiunxit palpationem. vt exclu-
deretur visio per inmutationem
visus ab imaginatiōe. ꝛ visio vm
brarum. ꝛ visio spirituum apparē
tium ¶ Ad rationes in oppositū
Ad p̄mam respōdetur. ꝙ nō om
ne corpus tangibile est per natu
ram corruptibile. Vnde ꝭm Phi
losophos. Celū est visibile et nō
tangibile. sed qđ est per naturaz
corruptibile potest esse per glo-
riam incorruptibile. Vnde q̃uis
corruptibile ꝛ incorruptibile sint
contraria simplicit̄. ꝓpter qđ di-
cit Gregorius. ꝙ xp̄us ostendit ī
se duo contraria tamen corrupti-
bile per naturam. ꝛ incorruptibi
le per gloriam non sunt contra-
ria. Vnde sicut corpus gloriosuz
habet in potestate sua videri ꝛ ñ
videri. ita habet in potestate sua
ꝙ posset palpari et non palpari.
et vtrūqz sine miraculo. sed pal-
patur per naturam corporis. nō
palpabile autem est inq̃tuz cor
pus est instrumentū anime glo-
riose. ¶ Ad secūdaz respondetur
dupliciter ¶ Primo sic. ꝙ palpa
tio non pertinet ad sensum tact⁹
inquantum est discretiuus cali-
di et frigidi. et huiusmodi cōtra
rioꝝ. sed inq̃tum est discretiuus
corporum solidorum que habent
potentias naturales resistendi et
diuidendi. et hec quidē soliditas
est in corporibus gloriosis. etiam
si non sint qualitates ille contra-
rie ¶ Secūdo respondetur. ꝙ eti
am qualitates ille sunt in corpo-
re glorioso q̃tum ad substantiaz
sed non sunt q̃tum ad actionem
ꝙ vnum agat in alteꝝ. quia con
tinebuntur per formam gl'e. ne
agant sicut continentur per for-
mam naturalem ne dissoluāt cō-
iunctum ¶ Ad tertiam responde
tur negando cōsequentiam Et ra
tio est. quia q̃uis corpori glorio-
so nullum corpus non gloriosum
posset resistere. tamen corp⁹ glo
riosum potest resistere cuilibet
alteri corpori. et ꝭm hoc potest
palpari ¶ Ad quartam respon-
tur negando cōsequentiam Et ra
tio est. quia quamuis spiritus pos
sit corpus solidum accipere. non
tamen potest assumere corpus so
lidum in quo appereāt oīs ope-
rationes vite. sicut perfecte ī cor
pore christi apparebāt. Preterea

quia opus artis non potest esse si mile operi nature. quãuis statim non perciperetur deceptio si spi=ritus corpus solidum assumpsissz tamen ex longa mora qualẽ chri stus traxit cum discipulis suis nõ potuisset latere. quia ista que fi=unt per artem demonis pter viã na ture non sunt diuturna.

Ad tertiam questionez sic proceditur. Et vi=detur q christus post resurrectionẽ vere co mederit cibum sibi incorporando. ¶ Primo sic. Dicit Augustinus libro. lxxxiij. questi. Si fallit ve=ritas non est. vnde nulla fictio de=cet christum qui est veritas. essz autem fictio si non vere cibum in corporaret quez ipse comedere vi debatur. vere ergo comedit icor=porando sibi cibum ¶ Secũdo sic Si non fuit vera comestio non vi detur argumentum sufficiens os=tensiuum veritatis humane na=ture. ergo vera comestio fuit in=corporando sibi cibum. ¶ Tertio. Si non fuit cibus sumptus corpo ri incorporatus. queritur quid sit factum de illo ¶ In oppositũ ar=guitur ex eo q Damasce. dicit in tertio li. q xpus et si gustauit ci bum post resurrectionẽ sed nõ le ge nature. sed dispositionis mo=do veritatem credere faciens re=surrectionis. quia hec eadem ca=ro est que passa est et que resur=rexit ¶ Respondeo dicendũ q ali quid dicitur esse verum dupliciẽ. Vno modo veritate significatio=nis. Alio mõ veritate naturalis speciei. Sicut vox est vera verita te significatiõis qñ significat qd est. Veritas autem naturalis spe ciei dependet ex pncipijs spẽi. nõ autem ex effectibus vel ex his q quocũqz modo cõsequũtur. Vn=de vox dicitur vera voluntate na turalis speciei. quando formatur debitis instrumẽtis. et ex ore ani malis pfertur cũ quadam imagi natione et etiam si a nullo audia tur qd est effectus sermonis cõ=sequẽs vocem. Legiẽ aũt in scri pturis sicut in supioribus dictũ est absqz necessitate et ãgelos come disse. et xpm post resurrectionem Et vtraqz comestio fuit vera vt Aug⁹. dicit. xiij. de ciui. dei. alitẽ tamẽ et aliter. In angelis em̃ fuit vera veritate sigficationis. qz vt Aug⁹ ibidẽ dicit. Angeli come derũt. nõ qz indigebant. sed quia volebãt et poterãt vt hoĩb⁹ q̃dã sui misterij hũanitate cõgruerẽt In xpo aũt vera comestio verita te nãal spẽi fuit. fuit em̃ exerci=ta natalib⁹ istrumẽtis ad hũc ac=tũ ordiatis. et etiã fuit vã vitate sigficatiõis. qz sigficabat vitatẽ hũane naẽe i corpe resurgẽte q aũt cibus cõuertaẽ in corp⁹ ẽ qd cõsequẽs comestionẽ. vñ essz i no bis si cibus nõ cõuerteretẽ. sz sta=tim p vomitum ejceretur. nihilo minus vera comestio que pcessit non autem cõueniebat vt in cor=pus xpi cibus cõuerteretur quod iam erat extra statum generatio nis et corruptionis. Et sic patet rñsio ad pmaz rõnem in oppositũ

¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Pro quo nota iuxta Albertum super Lucaz. q sicut dicit Ambrosius. duplex est mãducatio. et vtraqz veritatis nature demõstratiua. vna quidem indigentie que cibũ sumptum sibi incorpat. et ex eo accipit confortationez et hec est animalis corporis. ¶ Alia autem est pure potestatis et nullius infirmitatis demonstratiua. et hec cibum sumit. sed dirigendo eum sibi non incorporat. sed potestate nature consumit. et in pstinaz cõuertit materiam. sicut radius cõsumit aquam. et hac potestate christus manducauit post resurrectionem. Hec autem potestas non est nisi vere carnis corporee. et non in fantasijs nec romanticorum ¶ Vnde ab ista sicut a firmissimo sue resurrectionis argumento pcessit christus. Ex istis patet responsio ad tertiam quid sit factum de illo cibo.

IN Octauis pasce est euangelium. In illo tempore. Cum sero esset die illo rc. Johannis. xx. Circa quod possunt dici sequẽtes questiões ¶ Prima. vtrũ conueniens fuit vt christus post resurrectionem cum discipul' cõtinue conuersaretur. ¶ Secunda. Vtrum christus intrauit ad discipulos clausis ianuis ¶ Tertia Vtrum Thomas cicatrices christi tetigerit. vel tantũ viderit.

AD pmam questionem sic proceditur. Et videtur fuisse conueniens q christ9 post resurrectionem suam continue cum discipulis conuersaretur. ¶ Primo sic. Ad hoc em̃ christus post resurrectionem discipulis apparuit vt eos de fide resurrectionis cẽtificaret. et consolationem pturbatis afferret. sm illud Johan. xx. Gauisi sunt discipuli viso domino. sed magis fuissent certificati et consolati si eis continue suaz psentiam exhibuisset. ergo videtur fuisse cõueniens vt cõtinue cum eis conuersaretur. ¶ Secundo sic. Christus resurgẽs a mortuis non statim ascendit in celuz sed post. xl. dies. vt habetur Actuum pmo. Illo autem tempe inter medio in nullo alio loco potuit conuenientius esse q̃ vbi discipuli eius erant congregati. ergo videtur conueniens q cuz eis cõtinue cõuersatus fuisset. ¶ Tertio sic. Ipso die resurrectionis dominice xpus apparuisse legit̃ qnq es vt Aug9. dicit de cõsensu euãgelistaꝝ. Primo qdem mulierib9 ad monumẽtũ Scdo eisdẽ regredientib9 a monumẽto in itinere. Tertio Petro. Quarto duob9 eũtib9 in castellũ. Quito plurib9 in iherusalẽ vbi nõ erat tho. g° vid' tur q etiã alijs dieb9 añ ascẽsioz debuerit pluries alijs apparere. In oppositũ ẽ euãgeliũ pñs. vbi dr Post dies octo apparuit discipul'. ñ g° ɔtinue ɔuẽsabat̃ cũ eis

¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. quod conueniens fuit vt christus conuersaretur post resurrectionem non cōtinue cum discipulis suis. Que conclusio declaratur sic ¶ Circa resurrectionem christi duo erant declaranda discipulis scz ipsa veritas resurrectionis et gloria resurgentis. ad veritatem autem resurrectionis manifestandam sufficit quod pluries eis apparuit. et cum eis familiariter locutus est. et comedit et bibit. et se eis palpandum prebuit. Ad gloriam autem resurrectionis sue manifestandam noluit continue cōuersari cum eis. sicut prius fecerat. ne videretur ad talē vitaz resurrexisse qualez prius habuerat. Vnde Luce vltimo dicit eis. Hec sunt verba que locutus sum apud vos. cum adhuc essem vobiscum. Tūc quidē quādo erat cum eis. fuerat non solum corporali presentia sed etiam per similitudinem mortalitatis. Vnde Beda supradicta verba exponens dic. Cum adhuc vobiscū essez in carne mortali in qua estis et vos. tunc quidem in eadem carne resuscitatus erat. sed cum illis in eadem mortalitate non erat. ¶ Ad rationes in oppositum Ad primaz respondetur negando cōsequentiam Et ratio est. quia frequēs apparitio xpi sufficiebat ad certificandum discipulos de veritate resurrectionis cōuersatio aūt continua eos potuisset inducere in errorem. si ad similem vitam eū resurrexisse crederent quam prius habuerat. consolationem autem de cōtinua sui presentia eis i alia vita promisit. sm illud Joh. xvi. Iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum. et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. ¶ Ad secūdaz respondetur negando cōsequentiam Et ratio est. quia christus nō ideo cōtinue cōuersatus est cū discipulis ¶ quia reputaret se alibi cōuenientius esse. sed quia hoc discipulis instruendis conuenientius indicabat si non cōtinue conuersaretur cum eis. ratione predicta. Incognitum est autem quibus in locis intermedio tempore corporaliter esset. cum hec scriptura nō tradat nisi quod in omni loco sit dominatio eius ¶ Ad tertiam respondetur negādo cōsequētiam Et ratio est. quia ideo prima die frequentius apparuit. quia per plura indicia erant admonendi. vt a principio fidem resurrectionis reciperent postquam autem eaz receperant non oportebat eos iam certificatos tam frequētibus apparitionibus instrui. Vnde i euāgelio non legitur quod post primā diem eis apparuit nisi quinquies. ¶ Vt enim dicit Augustinus de cōsensu euangelistarum. Post quinque primas apparitiones sexto apparuit vbi vidit eum Thomas. Septimo ad mare tyberiadis in captione piscium. Octauo in monte Galilee. Nono recumbentibus quia iam non erant in terra cum eo conuiuaturi. Et decimo in ipso die ascēsionis nō iā in terra. sz eleuatū i nube cū i celū ascēderz.

Sed non omnia ista scripta sunt sicut Johannes fatetur. Crebra enim erat eius cum illis conuersatio postquam ascendisset in celum. et hoc ad consolationem eorum. Unde etiam i. Cor. xv. dicitur. quod visus est plus quam quingentis fratribus simul. Deinde visus est Jacobo De quibus apparitionibus in euangelio non habetur mentio.

Ad secundam questionem sic proceditur. Et videtur quod xpus non intrauit ianuis clausis ad discipulos Et primo sic Duo corpora non possunt esse simul in eodem loco. ergo xps non intrauit ianuis clausis. consequentia est bona. quia si intrasset corpus cristi fuisset simul in eodem loco cum corpore portarum. assumptum probatur sic. Locus proportionabiliter respondet locato. sed non potest etiam per miraculum fieri quod idem corpus sit simul in diuersis locis nisi per aliquam conuersionem. sicut accidit in sacramento altaris. ergo nullo modo potest etiam per miraculum fieri quod duo corpora sint in eodem loco. Secundo sic. Si duo corpa essent in eodem loco. sumantur duo puncta in duabus extremitatibus loci ergo inter ista duo puncta erant due linee recte duorum corporum in eodem loco existentium. quod est impossibile. ergo impossibile est duo corpora esse in eodem loco. Tertio sic. Contra communes animi conceptiones non potest etiam miraculose aliquid fieri. vt scilicet pars non sit minor toto. quia contraria communibus conceptionibus directe contradictionem includunt. Similiter nec contra conclusiones geometrie que a communibus conceptionibus infallibiliter deducuntur. sicut quod triangulus habeat tres angulos equales duobus rectis. Similiter nec aliquid potest fieri in linea contra diffinitionem linee. quia separare diffinitionem a diffinito est ponere duo contradictoria simul. sed duo corpa esse in eodem loco est contra conclusiones geometrie. et contra diffinitionem linee. ergo non potest etiam per miraculum fieri. quod duo corpora sint in eodem loco. probatio medie. conclusio est geometrie. quod duo circuli non se tangunt nisi in puncto. si autem duo corpora circularia essent in eodem loco ¶ duo circuli designati in eis se tangerent secundum totum. Similiter etiam est contra diffinitionem linee quod inter duo puncta sit plus quam vna linea recta. quod contingeret si duo corpora essent in eodem loco. quia infra duo puncta signata in diuersis superficiebus loci essent due linee recte duorum corporum locatorum ¶ In oppositum est euangelium presens vbi dicitur ¶ Cum fores essent clause etc. Respondeo dicendum sub certis conclusionibus. Prima est quod christus post resurrectionem ianuis clausis virtute diuina intrauit ad discipulos. Patet ista conclusio. Dicit enim Gregorius in omelia presentis euangelij.

Illud corpus domini intrauit ad discipulos ianuis clausis. qd ad humanos oculos per natiuitatē suaz clauso exiuit vtero virginis Secūda conclusio. Duo corpora possunt diuina virtute esse in eodem loco. Patet ista cōclusio. ex cōclusione pcedenti. Tum ex illo q christus ad discipulos intrauit clausis ianuis. Tuz ex illo q beata virgo filium suum miraculose peperit. sed in illo ptu oportuit duo corpora esse simul in eodez loco. qr corpus pueri exiens claustra pudoris non fregit. ergo miraculose potest fieri q duo corpora sint in eodem loco. Secūdo patet sic. Duo corpora phibent esse in eodem loco ex dimensionib9 quia materia corpalis sm dimensiones diuiditur. dimensiones autem diuiduntur sm situm. de9 autem qui est omnium causa pma. potest cōseruare effectus in esse sine causis pximis. Vnde sicut cōseruat in sacramento altaris accidentia sine subiecto. ita potest cōseruare distinctionez materie corporalis et dimensionum in ea absq3 diuersitate situs. Potest ergo fieri virtute diuina. et non alias q corpori remaneat esse dimensionatum ab alio corpore. quamuis eius materia non sit distīcta in situ ab alterius corporis materia. et sic miraculose potest fieri q duo corpora sint in eodez loco ¶ Ad rationes in oppositū Ad pmam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia q vnum corpus sit in duobus locis implicat contradictionem. quia de ratione loci est q sit locati terminus. terminus autez est extra quod nihil est rei. vnde nihil locati potest esse in loco exteriori. quod si ponatur esse in duob9 locis. sequitur q sit extra suum locum. et sic sequitur q sit locatum et non locatum. hoc autem non contingit si duo corpora sint ī eodem loco. vt dictum est. et ita nō est simile de vno et de alio. ¶ Ad secūdam rationem respondetur negando minorem. Dicimus enim q duas lineas rectas mathematicas esse infra duo puncta ē impossibile. quia in eis nulla alia ratio distinctionis potest intelligi nisi ex situ. sed duas lineas naturales esse inter duo puncta est ipossibile quidem per naturam. s3 possibile per miraculum. quia remanet alia ratio distinctionis in lineis duabus ex diuersitate corporum subiectorum. que conseruatur virtute diuina etiam remota diuersitate situs ¶ Ad tertiaz respondetur q posito q duo corpora sint in eodem loco per miraculum. non sequitur aliquid contra cōmunes animi conceptiões nec contra conclusiones Geometrie. Pro quo notandum q quātitas dimensiua in hoc differt ab omnibus alijs accidentibus q habet specialem rationem indiuiduationis et dimensionis. scilicet ex situ partium. preter rationem indiuiduationis et dimensionis que est sibi et alijs accidentibus cōis. sez ex materia subiecta

Sic igitur vna linea potest intelligi diuersa ab alia. vel quia est in alio subiecto. que consideratio non est nisi de linea naturali. vel quia differt in situ ab alia. q̄ cōsideratio est etiam de linea mathematica que intelligitur p̄ter materiam. Si ergo remoueat̄ materia non potest esse distinctio linearum nisi s̄m situm diuersum. Et simili modo nec punctoꝝ nec superficieꝝ nec quarūcūqꝫ dimensionū et sic Geometria nō potest ponere ꝙ vna linea addatur alteri tā q̄ distincte ab ea. nisi sit diuersa in situ ab ea ¶ sed supposita distinctiōe subiecti sine distinctione situs diuino miraculo vt dictum est. intelligentur diuerse linee que non differunt situ ꝓpt̄ diuersitatem subiecti ¶ Dicimus ergo ꝙ duo circuli designati i duobus corporibus spericis existentibus in eodeꝫ loco ꝙ sunt duo. nō ꝓpter diuersitatem situs. alias n̄ possent se tangere s̄m totum. sed sunt duo ex diuersitate subiectorum. et ꝓpter hoc se totaliter tāgendo adhuc manent duo. Sic̄ ⁊ circulus in corpe locato sperico signatus tangit s̄m totum aliū circulum signatū in corpore locāte. de linea iam dictum est.

AD tertiam questioneꝫ sic ꝓceditur Et videtur ꝙ cicatrices christi Thomas non tetigerit. ¶ Pmo sic. ex presenti euangelio vbi dicitur. Quia vidisti me Thoma credidisti. ergo videtur ꝙ viderit tantū et nō tetigerit. Patet cōsequentia. q̄a cum exhibuerit tactum et visum debuit dicere. q2 vidisti me et tetigisti. ¶ Secūdo sic. Dicit Jero. ad Marcellum. Non meret̄ tangere christum qui eius resurrectionem non credit. ꝓpter quod dictū est Magdalene. Noli me tangere Joh. xx. sed Thomas resurrectionem non credidit. ergo cicatrices christi palpare non debuit ¶ Tertio non videtur conuenienter dictum. qd̄ dictum est ei. Quia vidisti me Thoma credidisti. cum fides sit inuisibilium. s̄m illud Hebreo. xi. Fides est argumentum non apparentium. ¶ Jn oppositum videtur esse euangeliū ¶ Respondeo dicendum ꝙ quidā dicunt ꝙ q̄uis dominus manus et latus exhibuerit ad tangendū tamen Thomas ꝓpter reuerentiam tangere non fuit ausus. hoc autem videtur dubitando dicere ¶ Augustinus. vt dicit Albertus super Johannem. Sed alij meli9 dicunt. scꝫ Albertus Alexander et sanct9 Tho. ꝙ Thomas et vidit ⁊ tetigit. ſꝫ ad suā fideꝫ sufficiebat ei videre. q̄ cito enim vidit credidit. Vnde de ipso dicitur Quia vidisti me credidisti. quia in visu fuit p̄mum ⁊ sufficiēs motiuum ad credendum. Quia autē nos possemus de eo dubitare ꝙ crediderit in visu tantum. ideo tetigit vt nos crederemus. ergo vidit soluꝫ cicatrices sibi. nobis autem non solum vidit sed etiam tetigit. vt omnem a nobis excluderet dubitationē. quia testis erat futurus resurrectionis ¶ Vnde dic

Leo papa. Sufficit ad fidem ꝓpriam vidisse qd videbat. sed operatus est vt tangeret quod videbat. ¶ Ad rationes in oppositum Ad pmam respondetur negando cōsequentiam Et ratio est. quia licet ad ꝓpriam fidem sufficit vidisse. nihilominus ꝓpter nos etiam tetigit vt plenius resurrectionis testimonium afferret. Ad secūdam respondetur ꝙ thomas pus credidit ꝙ tetigit vt dictuz est. et ideo ratio nō ꝓcedit ¶ Ad tertiaz respōdetur pmo sic ꝙ aliud vidit et aliud credidit. vidit hominem et cicatrices et ex hoc credidit deitatem resurgentis. vel dicendum ꝫm Albertum sup Johannem. ꝙ in ipso credere sunt duo. Dicit enim Greg. ꝙ credere est cogitare cum assensu et iō ex parte assensus in quo pfectio fidei est. credere simpliciter donū dei est. nec cōsurgit ex visu nec ex auditu. sed simpliciter est lumen collocans in credentibus pmam veritatem. et ipos in veritate vt assentiant ei ꝓpter se et supē omnia. vt dicit Dionisius Et ex illa pte fides est immobile credentiū et veritatis fundamentū. Ex parte autem illius qua credere est de articulo cogitare. nihil ꝓhibet quin ipsa cogitatio ex visu vel auditu accipiat generationem. Et sic dicitur ad Roma. x. Fides ex auditu est. et sic dicitur hic. quia vidisti me credidisti. non accipit videre ꝓut est actus visus in ꝙtum est sensus pticularis supē ꝓpium obiectuz. nec accipit in ꝙtum ē in ipsō sensus cōmunis super figuram vel ad obiectū sensus cōmunis. sed potius ꝓut ē visus actus rationis se super sensū reflectentis. sicut communiter et vsualiter dicitur. Video deum esse qui intra clausis ostijs et talis est mortis et vite triūphator. et sic sumitur Johan. iiij. vbi dicit. Domine video ꝙ ꝓpheta es tu. ¶ Mouet autem Albertus magnus hic quare deus permisit vt Thomas absens dubitaret. Ad hoc respondens dicit. ꝙ Thomas vt dicit Chris. tardior alijs fuit ad credendum ea que erant de potētia christi diuinitatis. et ideo oportuit fortioribus expimentis reduci. permisit autem deus eum dubitare vt virtus resurrectionis Thome ꝓbata alijs indubitata efficeretur. Vnde Greg. Minus mihi Maria magdalena que cito credidit cōtulit ꝙ Thomas q̄ diu dubitauit.

In dominica pma post octauas pasce ē euāgeliuz. In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Johan. x. Circa qd possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Vtrum bonus pastor christus posuit animam suam in precium redemptionis ꝓ ouibus suis. ¶ Secūda. Vtr bonus pastor teneatur ponere animam suam ꝓ ouibus suis. ¶ Tertia. Vtrum licituz sit persecutionis tempore gregē suum relinquere.

Ad primam questionem sic proceditur. Et videtur quod bonus pastor xpus non posuit aiam in precium redemptionis pro ouib9 suis. ¶ Primo sic. Nihil corporale est equale rei spūali. sed vita xpi quā xpus per passionem dedit fuit vita corporalis. g° non fuit sufficiens preciū ad recompensandū salutem omniū ouium xpi. Secūdo sic. ¶ Nullus emit vel redemit qd̄ suum esse non desijt. sed homines nunquam desierūt esse filij dei. secūdū illud ps. Domini est terra et plenitudo eius orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo. ergo non dedit animam pro redemptione hominum. Tertio sic. Dicit ¶ Augusti. iij. de trini. diabolus a xpo iusticia superandus fuit. sed hoc exigit iusticia vt ille qui inuasit dolose rem alienam debeat priuari quia fraus et dolus nemini prodesse debent. vt etiam iura humana dicūt. cum ergo diabolus lupus rapax oues xpi dolose decesperat et sibi subiugauerat. videtur quod xpus bonus pastor non debuit per viaz redemptionis oues suas ab eius ptāte eripere. ¶ Quarto sic. Quicūqz emit vel redimit aliquid precio. preciū soluit ei qui possidebat. sed xpus nō dedit animam suam que dicitur esse preciuz redemptionis nostre diabolo qui nos captiuos tenebat. ergo xpus non dedit animam suam in preciuz redemptionis ouium suaz. ¶ In oppositum est euangelium presens

Respondeo dicendum sub trib9 cōclusionibus. Prima est. quod xpus fuit verus pastor ouium fidelium ¶ Patet cōclusio. Nam pastor est qui gregem suū gubernat et pascit. sic autem facit xpus. nam ipse regit suos fideles. et cibo spirituali multiplici et etiam sacramentali scz corpore et sanguine suo fideles suos pascit et reficit. Sm illud ps. Dominus regit me et nihil mihi deerit. i loco pascue ibi me collocauit. Et Ysa. xl. Sicut pastor gregē suū pascit et in brachio suo cōgregabit agnos. et in sinu suo leuabit. Fetus ipse portabit Et. i. Petri. iij. scribitur. Eratis aliquando sicut oues errātes. sed conuersi estis nunc ad pastorem et episcopū animaz vestrarum. ¶ Secūda cōclusio. Xpus fuit bonus pastor Patet cōclusio. quia ipse posuit animam suaz pro ouibus suis. et ita impleuit officium boni pastoris. sicut miles dicitur bonus qui officium militis implet ¶ Tertia cōclusio. Christus pastor bonus posuit animaz suam in redemptionem preciū pro ouibus suis. Ista cōclusio patet ex illo Math. xx. Filius hominis venit dare animam suam in redēptionem pro multis. Pro cuius cōclusionis declaratione est sciendū quod per peccatum primi parentis totum humanam genus alienatum erat a deo. vt dicitur ad Eph. ij. Non quidem a potestate dei. sed a visione faciei eius. ad quaz filij et domestici admittuntur. et iterum in potestate diaboli vsurpātis deueneramus. cui consentiēdo

homo se subdiderat q̃tum in ipso erat. q̃uis de iure non posset. quia suus non erat sed alteri⁹. et ideo per passionem suam christ⁹ duo fecit. liberauit em̃ nos a potestate hostis ipsum vincendo/ per cõtraria eorum quibus hominẽ vicerat. scz humilitatem et obediẽtiam et austeritatem pene que delectationi cibi vetiti opponitur. et iterum satisfaciẽdo pro culpa deo coniunxit nos et domesticos dei et filios fec̃. Vñ ista liberatio duas rationes habuit emptionis.

Inquantum enim a potestate eripuit nos. dicitur nos redemisse. sicut rex regnũ occupatum ab aduersario per laborem certaminis. Inq̃tum vero deuz nobis placauit. dicitur nos redemisse. sic p̃cium soluens sue satisfactionis pro nobis. vt a pena et peccato liberaremur. Et sic patet cõclusio scz q pastor noster xp̄us animã suam dedit in p̃cium redemptionis pro ouibus suis. Alij vero p̄lati pastores boni non ponũt animas suas in p̃ciuz. sed vt dic̃ Albertus in exemplum et fidei argumentum. et ita pro nomine christi anima ponitur. s̄m illud Johan. xiij. q dicebat Petrus xp̄o. Animam meam ponaz pro te. Ad rationes in oppositum Ad p̄maz respondetur. q vita corpalis christi habebat quendam infinitum valorem ex diuinitate coniuncta inquantum non erat vita puri hominis sed dei et hominis. et ideo poterat esse sufficiens recompensatio vite sp̄ualis ouium suarum. et p̄cipue ratiõe caritatis eximie ex qua offerebatur. Ad secũdam respondetur q homo dicitur esse dei dupliciter. Vno modo inq̃tuz subijcitur potestati eius. et hoc modo homo nunq̃ desijt esse dei.

Alio modo per vnionem caritatis ad eum. s̄m q dicitur Roma. viij. Si quis spiritũ dei non habet hic non est eius. et hoc modo desijt esse dei per peccatum. et ideo inq̃tum fuit liberatus a peccato xp̄o passo satisfaciente dicitur per passionem christi esse redemptus

Ad tertiam respondetur negãdo cõsequentiam Et rõ est. quia q̃uis diabolus iniuste nos vsurpauerit. et sua fraude deceptiõis sub sua seruitute teneret. nos tam̃ iuste in eius potestate deuenimus. ex q° ab eo victi sumus. et iõ oportuit etiam vt ipse vinceretur per cõtraria eorum quibus vicit nos. ñ em̃ violenter vicit. sed ad peccatum fraudulenter inducens. et iõ per respectũ ad deum iusticia exigebat q homo redimeret. nõ autem p respectum ad diabolum.

Ad quartam respondetur negãdo cõsequentiam Et ratio ẽ. quia redemptio requirebat̃ ad hominis liberationẽ p respectũ ad deũ cui hõ propter peccatuz ad penam erat obligatus sicut summo iudici. non autem requirebat̃ redemptio per respectum ad diabolũ. et ideo preciũ non erat soluenduz diabolo sed deo. et ideo xp̄us animam suam que erat p̃ciuz nostre redemptionis non dicit̃ obtulisse diabolo sed deo. a diabolo autez

p victoriam sue passionis nos eri-
puit.

Ad secūdam questionē sic pceditur. Et videt ꝙ pastor nō teneatur ponere animam suam p ouib⁹ su is. ¶ Primo sic. Nō tenet amare plus se q̄ pximū. ergo videtur ꝙ non tenet dare animam suam p ouibus suis. cōsequentia patz. qr magis amabile est pferenduz ei quod min⁹ tenet quis amare. assumptum etiā patet ex illo. Mathei. xxij. Diliges pximum tuuz sicut teipm. vbi videtur ꝙ dilectio hominis sit exemplar dilectionis pximi. sed exemplar ē potius exemplato. ergo nō tenetur se plus diligere q̄ pximū. ¶ Secūdo sic. Quanto quis amat salutem alicuius. tanto vitat peccatū eius. sed magis debet vitare pectum suum q̄ peccatum alterius. ergo pastor magis debet diligere vitam suam q̄ salutem ouium suaꝝ. ergo ⁊c. ¶ Tertio sic. Cum dicitur. ꝙ pastor teneatur ponere animam suam p ouibus suis. aut intelligitur in tempalib⁹ ¶ 3 hoc non. quia pastor nō tenetur pati dispendiū vite tempalis p vita tempali gregis. aut in spiritualibus. et hoc etiam non. quia nullus tenetur pati dispendiū in spiritualibus p bono spūali ouium suaꝝ. ergo ⁊c. ¶ In oppositū est euangelium pn̄s. ¶ Respōdeo dicendum sub certis cōclusiōib⁹. Prima est. Bonus pastor non debet animam suam ponere p vita ouium brutoꝝ animaliū ¶ Patet cōclusio. Res melior non est exponēda periculo p minus bona sed magis ecōuerso. sed vita hominis est melior simpliciter q̄ vita ouium brutoꝝ aīalium. ergo licz pastor brutoꝝ animaliū deat aliquē laborem p salute gregis sustinere. Vn̄ dicebat Jacob Genes. xxxi. Nocte ac die gelu vrebar et estu. non tamen dz se morti exponere p eo. Secūda conclusio. Bonus pastor non tenet ponere animam suam. id ē vitā corpalem p salute corpali ouiū suarum. Patet. quia vita pastori s ē pferenda saluti corpali siue vite corpali ouiū suaꝝ. ergo nō tenet pastor vitam suam exponere periculo mortis p salute corporali ouium suaꝝ. Confirmat. quia ex ordine caritatis hō tenetur plus diligere corpus pp̄um q̄ corp⁹ pximi sui. ergo ⁊c. Tertia cōclusio ¶ Pastor bonus aīaꝝ tenetur aīam suam ponere. i. vitam corporalem exponere. p salute spirituali ouiū suaꝝ. Ista cōclusio ptz ex dicto saluatoris in pn̄ti euangelio. Patet etiā rōne qr aīa humana est nobilior corpe. et ita salus eius pferēda ē saluti corpis. ergo cū piculū imminet de salute gregis. quisqz bonus pastor debet corpis vite sue sustiere dispendiū p gregis salute. Et cō firmatur ex eo ꝙ plus debemus diligere pximuz quo ad aīam q̄ corpus pp̄um nr̄m. vt dicit Augusti. in pmo de doctrina xpiana ¶ Ad rationes in oppositū Ad pmam respondetur. ꝙ assumptum

est verum. Sed notandum q in homine sunt duo scz natura spūalis et corpalis. Per hoc autē dicitur homo diligere seipm q diligit se fm naturam spūalem. et fm hoc debz hō magis se diligere post deū q̄ quēcūqz aliū. Secūdum aūt naturam corpalem debet plus diligere naturam spūalem ꝓximi sui. et ita est explanatum in cōclusionibus positis. Ad secūdaz patet responsio ex dictis quia arguit q homo fm naturā spūalem dz se plus diligere post deū q̄ quemcūqz aliū. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia argumentū illud claudicat non sufficienter diuidendo. quia deficit i tertio membro. scz q pastor in temporalibus patiatur dispendiū ꝓ salute spūali suaꝝ ouium. et ita vt dictum est intelligitur cōclusio.

AD tertiam questionez sic ꝓceditur Et videtur q non sit licitum pastori tpe ꝑsecutionis gregem suū relinquere ¶ Primo sic ex pn̄ti euangelio vbi xpus dicit q ille est mercennarius et nō verus pastor qui vidit lupū venientem et dimittit oues et fugit. Secūdo sic. Dicit Greg. Ille q̄ fugit tempe ꝑsecutionis merito pēdit meritū pastoris. qd non esset verū si fugere et dereliquere gregem tali tpe esset licitū ¶ Tertio sic. Dicit̄ Prouerb. vi. Fili mi si spoponderis ꝓ amico tuo apd extraneū in mnū defixisti. Et postea subdit. Discurre festina. suscita amicū tuū. sed hoc non pōt facere pastor. si corpalit̄ desent gregem. ergo videt̄ q non sit licitū tempe ꝑsecutionis deserere gregem. ¶ In oppositum videtur illud q dn̄s discipulis suis. quoꝝ successores sunt Epi et pastores in ecclesijs. mandauit. Si vos ꝑsecuti fuerint in vna ciuitate fugite i aliam ¶ Respondeo dicendum q triplex tempus ꝑsecutionis pōt distingui fm qd distinguitur triplex lupus. Aliqñ dicitur lupus diabolus ꝑ temptatiōes fideles infestans. de quo dicitur. i. Petri v. Fratres sobrij estote et vigilate quia aduersarius vester circuit querens quem deuoret ¶ Aliqñ dicitur lupus hereticus ꝑ falsam doctrinā corrumpēs. Math vij. Attendite a falsis ꝓphetis qui veniūt ad vos in vestimentis ouium. intrinsecus autem sunt lupi rapaces ¶ Aliqñ lupus dicitur tyrannus violentia armoꝝ seuiēs siue ꝑsequens. Ezech. xxij. Princi pes eiꝰ in medio eiꝰ q̄si lupi ꝛc. Ista distinctione habita sit ista pma cōclusio. Tpe ꝑsecutiōis tā lupi. id est diaboli q̄ lupi. id est heretici nō est licitū pastori relinquere gregem suū. Patet cōclusio. qr in qualibet obligatione ꝑcipue attendit̄ obligatiōis finis. obligant aūt se Epi ad exequendū pastorale officiū ꝓpter subditoꝝ salutē. ꝛ iō vbi sbditoꝝ salꝰ exigit ꝑsone pastoris pn̄tiam. nō debet pastor ꝑsonalit̄ suū gregez deserere. nec ꝓpt̄ aliqd cōmoduz tpale. nec etiam ꝓpter aliqd ꝑso

nale periculum imminens. cū bonus pastor debeat aīam suam ꝓ ouibus suis ponere. Exigit autē subditoꝝ salus vt psona pastoris sit pn̄s cū ouibus suis ad resistēdū p̄dictis lupis. quibus non est resistendū corpaliter. sed magis spūaliter p deuotam orationē et sanctam p̄dicationē et doctrinā et iō p talia est eis statim resistēdum. Aliter em̄ si daret̄ ingressus eis n̄ resistendo. accideret magis piculū. ꝓpter qđ dicit beatus Jacobus. cap. iiij. Resistite diabolo et ipe fugiet a vobis. et idē pōt dici de hereticis. qꝛ fugabat illum. cū p sanam doctrinam tetigerit eius falsitatem ꝓpt̄ qđ Simon magus fugiebat beatū Petrū de ciuitate in ciuitatem. vt dicitur in itinerario Clementis. debet ergo bonus pastor tuere subditos suos orōib⁹ et sana doctrina cū viderit p̄dictos lupos scilicet diabolicam temptationē et hereticam deceptionē. Vnde de malo pastore qui fugit ꝛ derelinquit oues dicitur Zach. xi. O pastor et ydolū derelinquens gregē quasi diceret. non es pastor. sed similitudinē et ydolū gerīs pastoris. Si v̄o loquamur de tertio lupo scꝫ tyranno psequēte. est distiguendum. qꝛ aut psecutio est psonalis. aut cōis. Si psonalis ita qđ est cōtra pastorem tm̄ et nō cōtra gregē sibi cōmissum. tūc ē cōclusio. ꝙ qn̄ subditoꝝ saluti in absentia pastoris p aliū ꝓuideri posset ꝙ licitū est pastori. vel ꝓpter aliqđ ecclesie cōmodū. vl̄ ꝓpter persone piculum corpalit̄ gregem deserere. Que conclusio ꝓbatur sic auctoritate beati Augustini in epistola ad Honoratū Fugiant de ciuitate in ciuitatem serui christi. qn̄ eoꝝ quisqꝫ specialiter a psecutorib⁹ queritur vt ab alijs qui nō ita querūtur nō deseratur ecclesia. Hec Aug⁹. Nec ī isto casu ꝓpe est dicendus dimittere gregem in psecutione. qꝛ psecutio non est cōtra gregem vt dictum est. Et hoc modo paulus fugit de Damasco vt hētur Actuū. ix. Et aliq̄ alij sancti etiā fugisse legūt̄. vt Tho. Cantuarieñ. fugit de anglia. Si cōtra gregē et cōtra pastorem. adhuc distinguendū est. quia aut vnus solus est pastor aut multi. Si est vnus tantū tūc est alia cōclusio. Non ē licitū tūc fugere et gregē dimittere. quia sic esset mercennari⁹ et non pastor. s̄m ꝙ dicit saluator. Si em̄ pniciosum est nautā ī trāquillitate nauem deserere. q̄nto magis in fluctibus vt dicit Nicola⁹ papa. et habetur. vij. q. ij. Si aūt sūt multi pastores quib⁹ ecclesia alibi indigeat. tūc est alia cōclusio. ꝙ aliqui possunt fugere et aliqui debent remanere. vt sic grex remanens ī illa ecclesia. sufficienter custodiatur et vtilit̄ ꝓuideatur. Et si nō possit determinari de cōmuni cōcordia vel alia conuenienti via qui remaneāt et qui fugiant. pn̄t sup hoc inuocata spūssancti gratia sortes mitti. s̄m ꝙ dicit Aug⁹. in ep̄la ad honoratum. Ad rōnes in oppositū

Ad p̄mam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia ille tanq̄ mercennarius fugit qui cōmodum tempale vel salutem corpalem sp̄ualī saluti p̄ximorꝫ preponit. ille autem q̄ ad euitandum piculū recedit absqꝫ detrimento gregis. non mercenarius fuit et ita in casibus licitis licitum est pastoribus corpalit̄ derelinquere gregem. ¶ Ad secūdā rñ̄detur p idem. ꝙ tal' qui fugit in casibus non licitis. non est dignus nomīe pastoris. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia ille q̄ spondet p aliquo si p se implere non posset. sufficit ꝙ impleat pe alium. vnde p̄latus si habeat impedimentū p̄pter qd' non possit p'onaliter cure subditorꝫ intendere sue sponsiom satisfacit. si p alium prouideat.

Ista dominica secunda est euāgeliū. In illo tempe dixit ihesus discipulis suis. Modicū ꝛc. Circa qd' p̄nt disputari sequentes q̄stiones ¶ Prima. Vtrū apostoli de morte xp̄i debuarīt dolere et tristari ¶ Secūda. Vtrum gaudiū de visione xp̄i i eterna beatitudine sit auferibile ab ap̄lis.

Ad p̄mam questionē sic p̄cedit. et videt̄ ꝙ apostoli non debuerunt de morte xp̄i dolere et tristari. Primo sic. Dicitur Zach. ix. Exulta satis filia syon. Ecce rex tuus venit tibi. ergo tota ecclesia debuit letari et non tristari de aduentu christi ad mortem subeundū pro humano genere. ¶ Secūdo sic. dicit Aug⁹. in li. de ciui. dei. Tristitia est de his que nobis nolētib⁹ acciderent. sed si ap'li fuerunt tristes et dolentes de morte xp̄i. sequitur ꝙ nolebant xp̄m pati. deus autem hoc volebat ꝫ tota rectitudo humane volūtatis est cōformare se diuine volūtati. vt dicit glo. sup p̄s. Rectos decet collaudatio. ergo ap'li tristes et dolentes in morte xp̄i peccabāt voluntati diuine se non cōformātes

Tertio sic. Mors christi fuit salutifera toti humano generi. vtpote. per quam redemptuꝫ est de captiuitate diaboli ¶ et deo patri recōciliatum. sed de bono tam vtili non est cōtristandum sed summe gaudendum. ergo apostoli inconuenienter tristati sunt in morte xp̄i. In oppositum est euāgelium p̄ns. Et illud Tristes erant apostoli de nece sui dn̄i. quem pena mortis crudeli serui damnarūt impij. ¶ Respondeo dicendum ꝙ passio xp̄i dupliciter considerari poterit. Vno mō p se scꝫ inquantum erat quedam afflictio morientis. Alio modo s̄m ordinez ad fructum ad quem eum dn̄s ordiabat. et sic erat a deo volita. nō autem p̄mo modo ¶ Apostoli autez dissentiebant a passione xp̄i ꝛ tristabantur de ea in se considerata. scꝫ p̄ut erat afflictio agni innocentissimi domini. et magistri eorum. volebant tamen fructum salutis qui ex passiōe christi seque-

batur. et ita diuine voluntati q̄tum ad hoc qd volebat conformabātur. Et hoc idem qd alijs verbis dicimus q beata virgo et quilibet sanctus voluntate rationis deliberata volebat passionem christi. licet voluntas eorum naturalis dissentiret. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur q propheta exultandum esse dicebat de aduentu saluatoris. inquantum ordinabatur ad redemptionem generis humani. ¶ Ad secundam patet responsio q conformabatur voluntati diuine quantum ad hoc q passio christi a deo erat volita. ¶ Ad tertiam respondetur vt patet ex dictis.

Ad secundam questionem sic proceditur. Et videtur q gaudium de visione xpi in eterna beatitudine sit auferibile ab apostolis et alijs beatis. ¶ Primo sic. Beatitudo est perfectio quedam. sed omnis perfectio inest perfectibili secundum modum ipsius. sed omnis homo per suam naturam est mortalis. ergo tam beatitudo ipsa q̄ gaudium de ea est auferibile ab eo. ¶ Secundo sic. Beatitudo consistit in actione intellectus qui subiacet voluntati sed voluntas se habet ad opposita. ergo videtur q posset desistere ab operatione qua homo beatificatur et repletur gaudio. et ita desinet esse beatus. et desinet per consequens gaudium eius qd ex visione beata procedit. ¶ Tertio sic. principio respondet finis. sed gaudium illud apostolorum siue aliorum sanctorum habuit principium. quia non semper fuerunt beati. ergo videtur q debeat habere finem. ¶ In oppositum est euangelium presens. Item illud Ysa. xxxv. Leticia sempiterna super capita eorum. ¶ Respondeo dicendum sub duabus conclusionibus. Prima. q gaudium qd habuerunt apostoli in resurrectione viso domino non est auferibile ab eis. Patet conclusio. quia vita xpi que fuit materia huius gaudij immortalitatis effecta non erat amplius auferenda per mortem. quia xpus resurgens a mortuis iam non moritur. et mors illi vltra non dominabitur. ergo conclusio vera. Secunda conclusio. Gaudium qd habituri erant apostoli de visione diuinitatis xpi in celesti gloria nunq̄ etiam erat auferibile ab eis. nec ab aliquibus beatis perfecta beatitudine patrie. de qua dicitur in psalmo Replebis me leticia cum vultu tuo delectationes in dextera tua vsque in finem. Circa quam conclusionem notandum q Origenes. quorundam platonicorum errorem sequens posuit q post vltimam beatitudinem homo et etiam angelus potest fieri miser. sed hoc manifeste falsum est. et error qd sic ostenditur et veritas conclusionis roboratur Primo sic ex ipsa ratione beatitudinis. Cum enim beatitudo sit perfectum bonum et sufficiens oportet q desiderium hominis quietet et omne malum excludat. naturaliter autem homo desiderat retinere bonum qd habet. et q illud retinē

di securitatem obtineat·alioquin necesse ē q̄ timore amittendi vel dolore de certitudine amissionis affligatur relinquitur ēgo q̄ ad veram beatitudinē ptinet q̄ homo certam opinionē habeat q̄ bonum q̄d habet nunq̄ sit amissurus. Que quidem opinio si vera sit·cōsequens est q̄ beatitudinem nunq̄ amittet·si autem falsa sit·hocipsum est quoddam malum falsum opinionē habere natura falsum est malū intellectus sicut verū est bonum ipsius·vt dicitur.v·Ethico· Non igitur iam erit beatus·si aliq̄d malum ei inest. Secūdo idē apparet si cōsideretur ratio beatitudinis in speciali·perfecta autem beatitudo hominis cōsistit in visione diuine essentie·Est autē impossibile q̄ videns diuinam essentiā vellet eā non videre·quia omne bonū habitum·quo quis carere vult·aut est insufficiens·et queritur aliud sufficientius loco eius·aut habē aliquod incōmodum annexū p̄pter q̄d in fastidium venit·v.sio autem diuine essentie replet animam omnibus bonis·cum cōiungat fonti totius bonitatis·Vnde dicitur in p̄s·Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et Sapiētie·vij dicitur· Venerunt mihi autem omnia bona pariter cum illa·scilicet cū contemplatione sapiētie Similiter etiam non habet aliq̄d incōmodum annexum. quia de ipsa cōtemplatione sapientie dicit̄ Sapientie·viij· Non habet amaritudinem cōuersatio eius·nec tedium cōuictus illius·Sic ergo patet q̄ ꝓpria voluntate beatus nō potest beatitudinem deserere. Similiter etiam non potest eam pēdere deo subtrahente. quia cum subtractio beatitudinis sit quedā pena·non potest talis subtractio a deo iusto iudice peruenire·nisi pro aliqua culpa. in quam cadere non potest qui dei essentiam videt· cum ad hanc visionem de necessitate sequatur rectitudo voluntatis· Etiam nec aliquod aliud agens potest eam subtrahere quia mens deo coniuncta sup omnia alia eleuatur·et sic ab huiusmodi cōiunctione nullum aliud agens potest ipam excludere ergo gaudium q̄d visione diuine essentie surgit·non est auferibile a beatis·¶Ad rationes in oppositum Ad p̄mam respondetur negando cōsequentiā Et ratio est. quia beatitudo est perfectio consumata que omnem defectum excludit a beato·et ideo absq̄ mutabilitate aduenit habenti·facientē hoc virtute diuina que hominē subleuat in pticipationē eternitatis transcendentis omnē mutationem ¶Ad secūdam respondetur negando cōsequentiam Et ratio est·quia volūtas ad opposita se habet in his q̄ ad finē ordinant̄ s̄ ad vltimū finē natāli necessitate ordinat̄·q̄d patē ex hoc q̄ hō nō p̄ōt nō velle esse beatus ¶Ad tertiā r̄ndet̄ negādo ōñaē Et rō ē·qr q̄ beatitudo h̄eat p̄ncipiū ex cōditione pticipantis ē·s̄ q̄ carē fine ē ꝓpt̄ cōditiōē boni

cuius pticipatio facit beatū. Vn̄ ab alio est meritum. ab alio initium beatitudinis. et ab alio est q careat fine.

In Dominica tertia est euangelium. In illo tempe dixit ihesus discipulis suis. Vado ad eum etc. Johan. xvi. Circa qd possunt hec disputari. ¶ Prima. Vtrum expediebat discipulis vt xp̄us subtraheret p̄sentiam corporalem ab eis. Secūda. Vtrum spiritussanct⁹ erat argutur⁹ mūdum de peccato et de iusticia et de iudicio. ¶ Tertia. Vtrum plenitudo sp̄ussancti debuit dari ante ascensionem.

Ad p̄mam sic proceditr. Et videtur q non expediebat discipul' vt christus subtraheret p̄sentiam corpalez ab eis. ¶ Primo sic quia presentia cōrpalis salutaris erat cōtraria. nec impeditiua cōsolationis sp̄ussancti. ergo nō expediebat a discipulis christi subtrahi. ¶ Secūdo sic. Eque potuit christus dare spiritumsanctū viuens in carne. sicut post ascensionem et subtractionem presentie sue. ergo videtur q non expediebat subtrahere etc. ¶ Tertio sic. Presentia corporalis christi siue eius familiaritas ad diuinitatis fidem semper ꝓfuit. et ita a caritate eius et dulcedine non impediebatur. ergo videt̄ q nullo modo expediebat discipulis subtractio p̄sentie eius. ¶ In oppositum est euangelium p̄sens. Respondeo dicendum sub ista conclusione Expediebat discipulis vt christus subtraheret eis p̄sentiā corporalem. Patet conclusio. Tum p̄mo ¶ quia corporalis delectatio discipulorum in christo sm̄ carnez ipediebat eleuationē m̄tis coruz in desiderium diuinitatis. Vn̄ Beda in Omelia huius euāgelij ait Expedit vt formaz serui vestris subtrahat aspectibus. quatenus amor diuinitatis aptius vestris infigatur mentibus. Tum secundo quia plenitudo spiritussancti non erat danda nisi post ascensionem christi. Vnde ait. Expedit vobis vt ego vadam. si enim non abiero. paraclitus. id est spiritussanctus non veniet ad vos. scilicet in tanta plenitudine. ¶ Ad rationes in oppositum ¶ Ad p̄mam respondetur negando consequentiam Et ratio est iuxta Albertum quia p̄sentia corporalis christi licet salutaris esset. et non essz contraria aduentui spiritussancti. nec impeditiua consolationis spiritussancti etc. est tamē alia et minor. et circa aliud. quia illa hominem tenet. et ideo animus q̄diu circa talia occupatur non potest surgere ad altiora. quia animus intensione deuotionis circā duo simul non est cum sit indiuisibilis. scilicet circa amicitiam. que est amicitia p̄sentie carnalis. et circa eam que est circa altitudinem diuinitatis. quia vna est hūana et alia diuina. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam.

Et ratio est. quia licet xpus potuerit dare spiritumsanctum viuens in carne hic. vnde spiritussanctus descendit sup eum baptizatum in specie columbe. et nunquam recessit ab eo quem ab instanti conceptionis recepit non ad mensuram. sed noluit eum dare discipulis cum eis existens Et hoc multiplici ratione secundum sanctum Tho. sup Joh. Primo. propter eorum indispositionem. nam spiritui sancto cum sit amor spiritualis contrariatur amor carnalis. discipuli autem quodammodo carnali amore afficiebantur ad xpi humanitatem. ne dum eleuati erant spirituali amore ad eius diuinitatem et ideo nondum capaces erant spiritussancti ¶ Secundo. propter diuini auxilii conditionem quod maxime adest suis. cum suis necessitatibus quamdiu autem xpus cum discipulis erat. sufficiens adiutorium erat eis. sed eo recedente quia multis tribulationibus exponebantur. ideo statim datus est eis alius consolator et adiutor. Vnde signanter dicit. Alium paclitum dabit vobis. Tertio. propter dignitatis xpi considerationem. Nam vt Augusti. dicit in libro de trinitate. Xpus inquantum homo non habet quod det spiritumsanctum. sed inquantum deus. quando autem cum apostolis erat videbatur esse quasi vnus homo ex eis. ne ergo videretur quod homo esset qui daret spiritumsanctum Joh. vii. Nondum spiritus erat datus. quia nondum ihesus erat glorificatus. Quarto. propter vnitatem ecclesie conseruandam. nam vt Joh. iiii. dicitur. Johannes nullum signum fecit. quod ideo fuit ne populus diuideretur a christo et vt euidentior appareret eminentia eius ad Johannem. discipuli autem christi ita a christo repleti erant gratia spiritussancti. vt etiam maiora opera facerent quam christus fecit. Joh. xiiii. et maiora horum facient. et ideo si ante passionem fuisset eis datus spiritussanctus potuisset verti in dubium apud populum quis esset christus. et sic fuisset in ea diuisio. ps Ascendens christus in altum. sequitur. dedit dona hominibus.
Ad vltimam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia vt dicit Albertus magnus. Verum est. quod quando christus suam corporalem presentiam exhibuit. statim ad caritatem sue diuinitatis verbis erexit. et ideo corporalem suam societatem exhibuit vt esset sicut via. vt dicit Gregorius Diuinam autem promisit sicut vie terminum. et ideo permanens in eo quod est via impeditur a termino. et hoc quo deberet vti. fruitur sicut fine. et ideo est peruersus. et hoc est quod dicunt sancti. quod corporalis delectatio in christo secundum carnem impediuit consolationem spiritussancti. et hec est veritas huius conclusionis. Hec Albertus magnus.

¶ Sequitur responsio ad secundam questionem.

Ad secūdam questionē sic pceditur Et videtur q non cōuenienter dicatur q spūssanct⁹ arguet mundū de peccatis ꝛc. Primo q spūssanctus non erat in carnandus et visibiliter pdicans vt mūdū argueret ¶ Secūdo Xpus sufficiēter arguit mundū de peccato. Vnde Joh. viij. arguens iudeos dicebat. Vos ex patre diabolo estis. et Math. xxi. multa cōtra scribas et phariseos arguendo dixit. non ergo videbat̄ aduentus spūssancti necessarius ad hoc ¶ In oppositum est euangelium psens. ¶ Ad rationes in oppositum Ad pmam dicenduȝ. q spiritussanctus sup discipulos venturus arguturus dicebatur mundum de peccato ꝛc. non est intelligendum q esset sicut dei filius carnem assumpturus et in ea visibiliter pdicaturus mūdo. et eum redarguturus. sed quia inuisibiliter penetrans corda discipulorū. diffunderet in eis tantam caritatem qui timore depulso arguēdi haberent potestatē. Quādiu em̄ discipuli carnaliter ad xpm efficiebantur. spūssanctus non erat in eis mō quo postea fuit. et iō non erant ita audaces sicut post eius aduentū fuerunt. ps. Spiritu oris eius omnis virtus eoꝝ. scȝ aplorum. et sic patet solutio ad pmā arguendo. ergo et cōdemnando arguet mundum. id est mūdialiter viuentes. de tribus scȝ de peccato. scȝ infidelitatis in xpm. Vn̄ ait de peccato. quia non crediderunt in me. non dicit mihi vel me quia etiam demones credūt christum esse. et cōtremiscunt. Jacobi. ij. sed dicit in me. per fidem caritate formatam. sine qua fide mediatoris nō dimittitur aliqd peccatum. Secūdo de iusticia scilicet christi quam non acceperunt nec imitati sunt homines mūdam. cuius iusticie declarationem subdit dicens. quia vado ad patrem. pē hoc em̄ q christus ad patreȝ rediens resurrexit. et ad celum ascēdit. declarata est iusticia eius ꝑm q arguit Petrus. Actu. ij. Jhesum nazarenū virum approbatum a deo. et sequitur. Hunc ihesum resuscitauit deus. cuius nos om̄s testes sumus. Dextera ergo dei exaltatus est ꝛc. Et huius iusticie christi declaratio erat persecutorum eius manifesta argutio vel condemnatio. Tertio arguendus erat mundus de iudicio quia pnceps scȝ diabolus qui est princeps mundi. id est mundanorum. non creatione sed imitatiōe. Job. xli. Jpse est rex sup om̄s filios superbie. Hic pnceps iaȝ iudicatus ē. id ē cōdemnatus diuina sententia tanq̄ obstinatus. et pē cōsequens omnes ei adherentes eodem iudicio ostenduntur condemnabiles ¶ Ad secūdaȝ rationem respondetur q non ideo dicitur q spūssanctus arguet mūdū de peccato ꝛc. quasi christus nō arguebat. sed xpus visibilit̄. spiritus autem sanctus inuisibiliter sicut dictum est.

Ad tertiam questionem sic proceditur · Et videtur quod de illicite acquisitis possit fieri elemosyna · ¶ Primo sic · ex presenti euangelio · Facite vobis amicos de mammona iniquitatis · vbi glo · dicit · Iniquitas bene dispensata in iusticiam vertitur · ergo videtur quod licite de malis acquisitis possit elemosynam facere ¶ Secundo sic · Qui est in extrema necessitate constitutus omnibus modis subueniendum est sed conuenit aliquem qui nihil habet nisi de iniuste acquisito aliquem in extrema necessitate videre · ergo debet elemosynam facere · ergo de male acquisito et detento potest elemosyna fieri · Tertio sic · De acquisito per meretricium et per aleas et per symoniam que sunt turpia lucra potest elemosyna fieri · ergo etc. ¶ In oppositum est illud Augustini li · de verbis domini de iusto labore facite elemosynam · et infra · nolite elemosynam facere de fenere et vsuris · et Greg · Non est computanda elemosyna si pauperibus dispensatur quod ex illicitis acquiritur ¶ Respondeo dicendum · quod tripliciter potest esse aliquid acquisitum illicite · Vno modo quando id quod illicite ab alio acquiritur debetur ei a quo est acquisitum nec potest ab eo retineri qui acquisiuit · Sicut contingit in rapina et in furto · et in vsuris Et de talibus est conclusio · quod de talibus non potest fieri elemosyna · Patet conclusio · quia homo de talibus tenetur ad restitutionem

Alio modo ē aliquid illicite ac=
quisitū quod ille qui acquisiuit
retinere non potest. nec tamē de=
betur ei a quo acquisiuit. qr con
tra iusticiam accepit. et alter cō
tra iusticiam dedit. Sicut contin=
git in symonia qua dans et reci=
piens contra iusticiam legis di=
uine agit. Et de tali est cōclusio
secunda. qđ non debet restitui ei
qui dedit. sed debet in elemosynā
erogari. Et eadem ratio est in si
milibus. in quibus scz datio et ac
ceptio est contra legem dei. Ter
cio est aliquid illicite acquisituz.
non quidem q ipsa acquisitio sit
illicita. sed quia id a quo acquiri
tur est illicitum. Sicut patet de
eo q mulier acquirit p meretri=
cium. et hoc vocatur proprie lo=
quendo turpe lucrum. Qđ enim
mulier meretricium exerceat tur
piter agit et contra legem dei. sz
in eo qđ accipit non iniuste agit
nec contra legem dei. Vnde de ta
li turpiter et illicite acquisito ē
tertia conclusio. qđ retineri pōt.
et de eo elemosyna fieri. ¶ Ad ra
tiones in oppositum. Ad primaz
respondetur q textus ille intelli
gitur de diuitijs per actum illici
tum acquisitis. et tamē iuste pos
sidentur ¶ vel aliter dicendum q
mammona iniquitatis dicunt̄ di
uitie etiam licite acquisite et pos
sesse. tamen dicuntur iniquitatis
quia frequenter ducunt hominē
in peccatum ¶ Ad secundam re=
spondetur negando consequētiā
Et ratio est. quia in casu extreme
necessitatis omnia sunt cōmunia
et ita non prouident sibi de alie=
no. ¶ Ad tertiam respondetur q
de acquisito per meretricium iaz
dictum est. q potest fieri elemo
syna. non autem fit deo sacrifici=
um vel oblatio ad altare. Tum
propter scandaluz. tum propter
sanctorum reuerentiam. De eo
autem quod est acquisitum p sy=
moniam iam dictum est. q debz
erogari in pias causas. Circa vl
timam. Illa que per aleas acqui
runtur videntur esse aliquid illi=
citum ex iure diuino. scilicz q ali
quis lucretur aliquid ab his q
rem suam alienare non possunt si
cut sunt minores et furiosi et hu=
iusmodi. et aliquis trahat alium
ex cupiditate lucrandi ad ludū.
et q fraudulenter ab eo lucret̄.
Et in his casibus tenetur ad re=
stitutionem. et sic de eo non pōt
elemosynam facere. Aliud au=
tem videtur esse vlterius illicitū
ex iure positiuo ciuili quod prohi
bet vniuersaliter tale lucruz. sed
quia ius ciuile non obligat omēs
sed eos solum qui sunt his legi=
bus subiecti. et iterum p desuetu
dinem abrogari potest. ideo apđ
illos qui sunt huiusmodi legib9
astricti tenentur vniuersaliter
ad restitutionē qui lucrant̄. nisi
forte contraria cōsuetudo preua=
leat aut nisi aliquis lucratus sit
ab eo qui traxit eū ad ludū. In q
casu non tenet̄ restituere. qr ille
qui amittit nō ē dignus recipere
nec pōt licite retinere tāli iure po
sitiuo durāte. Vñ oportet đ hoc
elemosynam facere in hoc casu.

In dominica decima est euangelium. In illo tempore. Cum appropinquaret Jhesus &c. Luc. xix. Possunt hec disputari questiones. Prima. Vtrum per sacram scripturam possit ostendi q aduentus messie .i. christi in carnem aduenerit. ¶ Secundo. Vtrum iudei tempus visitationis sue .i. aduent9 christi cognouerunt. Tertio. vtrum symoniaci tam vendentes q ementes spiritualia pro temporalibus sint ab ecclesia expellendi.

Ad primam questionem sic proceditur. Et videtur q non possit per scripturam sanctam ostendi q aduentus messie .i. christi in carnem aduenerit. Primo sic ex illo Ysaie .ij. vbi loquitur de tempore aduentus christi. vbi dicitur Erit in nouissimis diebus preparatus mons domini in vertice montium. et eleuabitur super oes colles. et fluent ad eum omnes gentes. Et sequitur. Conflabunt gladios suos in vomeres. et lanceas in falces Non leuabit gens contra gentem gladium. nec exercebuntur vltra ad bellum. Ex his arguitur multipliciter. ¶ Primo ex eo quod dicitur. q hoc erit in nouissimis diebus. quia Jhesus christus no fuit in nouissimis diebus. quia post natiuitatem eius et mortem multa tempora fluxerunt. ergo videtur q ipse no fuerit vere christus cuius aduent9 promittitur in nouissimis diebus Secundo arguitur ex illo quod subditur. q mons domini erit in vertice montium. mons enim ille dicitur mons syon vbi fuit templum. sed mons ille non est in aliquo eleuatus. ergo adhuc no venit christus ¶ Tertio arguitur ex eo quod subditur. Fluent ad eum omnes gentes. quia no omnes credunt in Jhesum nazarenum ¶ Quarto arguitur ex eo qd sequitur. Non leuabit gens contra gentem gladium. quia p9 natiuitatem Jhesu christi non cessarunt bella per orbem. vt patet. nec cessant. ergo videtur q aduentus veri messie scilicet christi nondum venit. ¶ Secundo principaliter arguitur sic. dicitur Ysa. xi. Egredietur virga de radice iesse. vbi scriptura loquitur de aduentu christi. sequitur ibidem. habitabit lupus cum agno. et pardus cum hedo accubabit. et sequitur ibidem. Delectabitur infans ab vbere super foramina aspidis. et in cauerna reguli delectatus fuerit manum suam mittet sed adhuc non videmus agnos cum lupis pacifice habitare. nec pueros delectabiliter cum serpentibus ludere. ergo non fuit tempus adimpletum veri christi.

¶ Tertio sic. Dicitur Jeremie. vicesimo tertio ¶ Ecce dies venient dicit domin9. et suscitabo dauid germen iustum. Et sequitur. In diebus illis saluabitur iuda. et isrl habitabit confidenter. sed post aduentum Jhesu iudei semper fuerunt in periculo et in pauore g° vidi

ꝙ tempus veri xpi nōdū venit. ¶ In oppositum arguitur ex presenti euangelio vbi christus redarguit iudeos ꝙ non cognouerunt tempus visitationis eorum scilicet aduentus sui qui fuit aduentus veri christi promissi. ¶ Respondeo dicenduȝ ꝙ p sacrā scripturam potest ostēdi manifeste ꝙ aduentus veri christi qui fuit Jhesus nazarenus iam aduenit. siue christum iam venisse. ¶ Ista conclusio ꝓbatur multipliciter. Primo sic ex illo Gen̄. xlix. vbi iacob patriarcha prophetauit dicens. Non auferetur sceptrū de iuda. et dux de femore eius donec veniet qui mittendus est. et ipse erit expectatio gentium. sed notorium est. ꝙ quando christus fuit natus sceptrum fuit ablatuȝ de femore iude. vnde tūc sub cesare regnabat herodes alienigena natione in iudea. vt patet. ergo ab illo tempe venit christus Et confirmatur p translationem iudaicam quia vbi ieronim9 transtulit. donec veniat qui mittēd9 est. caldaica translatio habet. donec veniat messias. et sic patȝ ꝙ auctoritas ꝓdicta non potest itelligi de aliquo alio q̄ꝫ de xpo. ¶ In quo possunt confutari multe cauillationes iudeoꝝ. Secundo probatur predicta conclusio ex illo Daniel. ix. vbi angelus gabriel instruit eum de aduētu christi dicēs. Septuaginta ebdomade abbreuiate sunt super populū et super vrbem tuam sanctā. vt consumeretur preuaricatio et finem accipiat peccatum. ⁊ deleatur iniquitas. et adducatur iusticia sempiterna. et impleatur visio et ꝓphecia. et vngatur sanctus sanctorum. Qd vero accipiat ibi ebdomodas annoꝝ. patet in principio capituli. et ita intelligūt omnes doctores. sed iste ebdomede septem que faciunt quadraginta nouem annos sunt preterite. ergo tempus aduentus christi iam longe preterijt. Tertio probatur conclusio sic ¶ Quando scriptura sacra denunciat aliquod futurum et determinat tempus et locum et modum. et scilicet omnia ista concurrunt in vnū. manifeste patet qd illud qd fuerat predictum est impletum. Sacra autem scriptura predixit aduentum christi vt patet in multis locis. determinauit etiam tempus veniendi. videliȝ quādo fuerit translatio regni. supra Genes. xlix. Non auferetur sceptrum de iuda ⁊c̄. Similiter locum nascendi. Michee Quinto. Et tu bethleem effrata ⁊c̄. Similiter modum viuendi scilicet ꝙ christ9 in paupertate viueret. Zacharie. ix. Ecce rex tuus venit iustus et saluator et ipse pauper. Similiter determinat sacra scriptura moduȝ moriendi. quia scilicet in humilitate et pacientia ex parte ipsius christi. et in crudelitate maxima ex parte occidentium ipsum. vt habetur Ysaie. liij. Sicut ouis ad occisioneȝ ducetur. Sed hec omnia manifeste sunt impleta in Jhesu nazareno ¶ ergo rationabiliter

concludit q ipse fuerit ver9 xps ¶ Ad rationes in oppositu. Ad primam de auctoritate Ysaie respondetur negando cosequentiã in omnibus ptibus argumetatois eius. Ad id qd ait de nouissimis diebus. dicim9 nihil valere. quia nouissimi dies ibi dicutur dies messie siue christi. et aliquãdo dicunt. tempa etiam xpm precedentia. sm illud Gen. xlix. vbi patriarcha Jacob dixit filijs suis. Congregamini vt enunciẽ vobis que futura sunt in diebus nouissimis. Et ibidẽ cõsequenter denũciat non solum de aduentu xpi sed etiam de multis que adimpleta sunt a tẽpore regum et iudicũ vt patet litteram intuẽti. ¶ Ad rationem sumptam de eleuatione montis. respondetur q est vanitas hoc quia eleuatio talis nõ est intelligenda sm motũ localẽ vt intelligũt iudei. sed sm nobilitatẽ et appreciationem. que tunc facta sunt quãdo christus ipsuz templum miraculis et doctrina multipliciter sup omnia alia loca nobilitauit et exaltauit. Ad rationẽ sumptam ex hoc. Deflu ent omnes gentes. respondetẽ q ibi distributio est accommodata pro generibus singulor. nõ pro singulis generum. sicut dicit. q omne animal fuit in archa Noe quia de singulis generib9 animalium fuerũt ibi aliqua indiuidua Et similiter de omnibus gẽtibus siue de iudeis siue de gentilib9 cõfluxerunt ad christum credentes in ipsũm. et ita illud adimpletuz est. ¶ Ad rationem sumptam ex illo. Non leuabit gens cõtra gẽtez. respõdetur q illud dictũ est. quia circa tẽpus christi fuit pax diuturna in orbe. et maxime in iudea. qd patet ex eo q imminente natiuitate xpi placatis omnibus regnis et sub imperio romano redactis pceptum fuit a cesare augusto vt describeret vniuersus orbis. et ab illo tempe vsqz ad q̃rtum annum post passionẽ christi. quando ceperunt iudei rebellare romanis non legũtur aliqua notabilia bella fuisse i iudea. nec iudeos visos fuisse armis qr terra custodiebatur a militib9 romanis Et ideo pbabile est q tũc ppt diuturnitatẽ pacis iudei instrumẽta quibus vtebant prius in bellis mutarent in instrumenta agricolature apta sicut sensibilit videtur fieri in terris vbi est pax diuturna. Qd autem dicitur non leuabit gens contra gentem gladium zc. vbi ly vltra non importat èternitatem sed solũ diuturnitatẽm tempozis. i. vsqz ad longuz tempus. ¶ Ad secundaz rationẽ principalem de illo Ysaie. xi. habitabit lupus zc. respondetur negando consequentiam Et ratio ẽ quia est locutio mathematica qr homines ibi nominantur noĩe animalium. Et similiter habetur Genesis. xlix. Beniamin lup9 rapax zc. Sic ergo dicendum est in proposito q iudei et gentiles qui prius erant ad inuicẽ nociui et odiosi pacifice simul habitauerunt conuersi ad fidem christi.

ſm qđ đr actu .iiij. q multitudis credentiū erat cor vnū et aīa vna. Et eodem modo exponendū eſt đ pueris et aīalibus venenoſis. q simplices et pueri non leduntur ab illis qui ante cōuerſionem ad fidem chriſti erant veneno infidelitatis et pfidie repleti. Ad tertiam ex illo Iere. xxiij. rñdetur. q iam non erant filij iſrael ⁊ iuda ꝓprie loquendo. quia erant auerſi a deo. quia chriſtū negauerunt et occiderunt. ꝓpter qđ etiā illam miſeriam meruerunt. et iđo ex illa miſeria magis cōcludit̃ ꝓpoſitum ſicut patet ex dictis. Illi autem qui vere fuerūt filij iſrahel et iuda qui ſcʒ chriſtum receperunt ſaluati ſunt p ip̄m. nō ſolum ſpūaliter quantū ad animaſ ſed etiam corpaliter. quia ſm q dicit̃ in eccleſiaſtica hiſtoria. imminente deſtructōe ciuitatis hieroſolime per titum ⁊ veſpaſianū. admoniti ſunt fideles qui erāt in iudea p angelū vt tranſirent ī regnum regis agrippe. qui erat cōfederatus romanis. et ibi ſaluati ſunt in bona pace. Aliter pōt dici ad auctoritatē Iere. q illi ſūt pfecto de regno chriſti de q̊ ibi loquitur qui iam ſunt ī gloria celeſti. et ibi habitant confidenter et ſunt profecto ſaluati.

Ad ſecundam queſtionē ſic ꝓceditur. Et videtur q iudei tempus viſitationis ſue. i. aduentus xpi non cōgnouerūt. Primo ex pñti euangelio. vbi dicitur. eo q nō cognoueris tēpus viſitationis tue. Secūdo arguitur ex illo apoſtoli. i. Cor. ij. Si enim cognouiſſent dominum glorie nūq̃ crucifixiſſent eum. Tertio arguitur ex illo. Actu. iij. vbi petrus loquens iudeis. dicit ſic. Scio fratres q per ignorantiam feciſtis ſicut et principes veſtri. In oppoſitum ē illud Math. xxi. q agricole videntes filium dixerunt intra ſe. Hic eſt heres venite occidamus eum vbi dicit Iero. Manifeſtiſſime deus ꝓbat his verbis iudeorum principes non per ignorantiā ſed per inuidiam dei filium crucifixiſſe. Reſpondeo dicendū. q aliqui iudeoꝝ cognouerūt tempus viſitationis ſue. et aliqui non. Pro q̊ notandum ſicut notat ſanctꝰ Thomas in. iij. pte queſtione. xlvij. ⁊ Nicolaus de lyra Luce. xix. q apud iudeos quidam erant maiores ſcientes ſcripturaſ legis ⁊ ꝓphetaꝝ. aliqui autem minores ſicut layci ⁊ mulieres tantūmō ſcientes quod eſt de neceſſitate ſalutis. vt precepta decalogi. et huiuſmodi que debent ſciri ab omnibus. Eſt ergo prima concluſio q maiores eoꝝ qui principes dicebantur cognouerunt Iheſū eſſe verum ꝓphetam promiſſum in lege. et ita tempus viſitationis eorum nouerunt. Patet concluſio. quia omnia ſigna videbāt in eo que dixerant futura prophete. Diuinitatem autem eius etiā cognouerunt. quia euidentia ſigna huiuſmodi habuerunt et dicta prophetarum. quibus tamē aſſentire propter odiū ⁊ inuidiā

noluerunt vt cognoscerent eũ esse filium dei. Vñ Beda dicit sup illud Luce.xxiij. Nesciunt quid faciũt. Notãdũ inqt ꝙ nõ ꝓ eis orat q̃ quẽ filiũ dei intellexerunt crucifigere ꝗ̃ cõfiteri maluerũt. Unde ipse dominus de eis dicit. Joh.xv. Si non venissem ⁊ locutus eis non fuissem. peccatũ non haberent. nunc autẽ excusatõẽ non habẽt de peccato suo. Et postea subdit. Si opa non fecissem in eis que nemo alius fecit. peccatum non haberent. Et postea subdit. Nũc eñ viderunt me ⁊ oderũt me et patrem meũ ¶ Alia conclusio est. ꝙ minores. i. populares qui misteria scripture non nouerant. nõ plene cognouerunt ipsum Jhesum verũ ꝓphetã esse nec christũ ꝓmissum in lege. nec esse filiũ dei. licet aliqui eoꝝ etiam in eum crediderunt. multitudo tamen non credidit ¶ et si aliq̃ dubitarent an ipse esset christus ꝓpter signoꝝ multitudinẽ ⁊ efficaciam doctrine. vt habetur Johannis. vij. tamẽ postea decepti fuerũt a suis ꝑncipibus vt eũ nõ crederent nec filium dei nec christum ¶ Ad rationes in oppositũ. Ad ꝑmam ꝺ presenti euangelio respondetur. ꝙ loquitur christus de actuali cognitõe applicãte ad opus. scꝫ recipiendo ꝑdicationẽ christi. imo ecõuerso negauerũt et crucifixerunt ¶ Ad secũdã respõdetur eodẽ mõ. habituali eñ cognitõne maiores bene cognouerũt. sed actuali ad opus deducta non inuidia et odio excecati.

Ad tertiã eodem mõ rñdetur.

Ad tertiam questionẽ sic proceditur. Et videtur ꝙ nõ sit conueniens symoniaci pena ꝙ expellatur de templo dei per priuationem eius q̃ꝺ per symoniam acquisiuit. Primo sic. Symonia enim committitur ex eo ꝙ alicuius muneris interuentu spiritualia acquiruntur sed quedam sunt spiritualia qui semel adepta non possunt amitti sicut omnes caracteres qui ꝑ aliquam consecrationem imprimũtur. ergo non est conueniẽs pena vt quis ꝑuetur eo ꝙ symoniace acquisiuit ¶ Secundo sic. Contingit aliquando ꝙ ille qui ẽ episcopatum adeptus per symoniã precipiat subdito vt ab eo recipiat ordines. et videtur ꝙ debeat ei obedire ꝗ̃diu tolleratur sed nullus debet aliquid recipere ab eo qui non habet potestatem conferendi. ergo episcopus non amittit episcopalem dignitatẽ si eã symoniace acquisiuit ¶ Tertio. Nullus debet puniri pro eo ꝙ ei est factum eo nesciente et nolente. qꝛ pena debẽt peccato quod est voluntarium. contingit autẽ aliquando ꝙ aliquis symoniace consequitur aliquod spũale procurantibus alijs ipso ignorante et nolente. ergo non debet puniri per priuationẽ eius quod ei collatum est ¶ In oppositum arguitur ex presenti euãgelio. vbi christus de templo eiecisse dicitur vendentes et ementes. per quos designantur symoniaci ¶ Ad quod

Respondeo dicendum quod pena il la est conueniens symoniacorum vt expellentur per priuationem eorum que per symoniam adepti sunt. Ista conclusio patet ex capitulo. Si quis episcopus .i. q. i. vbi sic dicitur ex consilio calcedonensi. Qui ordinatus est. scilicet per symoniam nihil ex ordinatione vel promotione que est per negociationem facta proficiat. sed sit alienus a dignitate vel sollicitudine quam pecunijs acquisiuit. Conclusio vero predicta ratione sic probatur. Nullus licite retinere potest id quod contra voluntatem domini acquisiuit. puta si aliquis dispensaret de rebus domini et daret alicui contra voluntatem et ordinationem domini sui. ille qui accipit licite tenere non posset. dominus autem cuius ecclesiarum prelati sunt dispensatores et ministri. ordinauit vt spiritualia gratis darentur secundum illud Mathei. x. Gratis accepistis gratis date. et ideo qui muneris interuentu spiritualia quecumque assequuntur. ea licite retinere non possunt. Insuper autem symoniaci tam vendentes quam ementes spiritualia. aut etiam mediatores aliis penis puniuntur. scilicet infamie et depositione si sint clerici. excommunicatione si sint layci. vt habetur i. questione. i Si quis episcopus

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur quod ille qui symoniace accepit sacramentum ordinis. recepit quidem caracterem ordinis propter efficaciam sacramenti. non tamen recepit gratiam. nec ordinis executionem. eo quod quasi furtiue recepit caracterem contra principalis domini voluntatem. et ideo est ipso iure suspensus. et quo ad se. vt scilicet de executione sui ordinis se non intromittat. et quo ad alios. vt scilicet nullus ei communicet in ordinis executione. siue sit peccatum eius publicum siue occultum. nec tamen repetere pecuniam potest quam turpiter dedit. licet alius iniuste retineat. Si vero sit symoniacus qui contulit ordinem symoniace vel quia dedit vel recepit beneficium symoniace. vel fuit mediator symonie. si est publicum est ipso iure suspensus quo ad se et quo ad alios. si autem est occultum est suspensus ipso iure quo ad se tantum. non autem quo ad alios. Ad secundam respondetur quod nec propter preceptum episcopi nec propter excommunicationem debet aliquis recipere ordinem ab episcopo quem scit symoniace promotum. et si ordinatur non recipit ordinis executionem. ¶ Ad tertiam respondetur quod si nec volente nec sciente per alios illius promotio symoniace sit procurata. caret quidem ordinis executione. et tenetur resignare beneficium quod est consecutus cum fructibus existentibus. Non autem tenetur restituere fructus consumptos. quia illos bona fide possedit. nisi forte inimicus eius fraudulenter pecuniam daret pro illius promotione. vel nisi ipse expresse contradixerit. tunc re non tenetur ad renunciandum. nisi

forte postea pacto cōsenserit sol uendo quod fuit ꝓmissum.

In dominica.xi. est euangelium. In illo tempore dixit Jhesus ad quosdā ꝛc. Luce.xviij. Circa qd' pñt disputari sequentes questiones. Primo Vtrum phariseus in oratione sua venit merito condemnādus. Secundo Vtrum publicanus in oratione sua formam conuenienter dederit iustificationis impij.

Ad primam questionē sic proceditur. Et videt̄ ꝙ phariseus i oratiōe sua non veniat condemnandus. Primo sic. Orans phariseus incepit a gratiarūactione dicens. Domine gratias tibi ago. sed i hoc nō peccauit a deo recognoscēdo oia bona que habuit. ergo non veniebat condemnandus. Secundo sic. Si dicatur ꝙ ratione iactantie qua se iactabat esse immunez a peccatis alioꝝ. hoc etiam non arguit. quia potest quis ostēdere laudem suam et non peccare. sicut faciebat apostolus.ij. Coꝝ. x. Nos non in immensum gloriamur. et.xi. Existimo me nihil minus fecisse a magnis apostolis. ergo ꝛc. Tertio sic. Jactantia cum oriatur ex vna gloria. vt dicit Greg.ij. moral. nō est semper peccatum mortale. sicut nec vana gloria. sed solum propter peccatum mortale venit quis condēnandus siue reprehendendus. ergo ꝛc. ¶ In oppositum est p̄sens euangelium. Respondeo dicendum. ꝙ phariseus taliter se habuit in oratione sua ꝙ merito venit rep̄hendendus. Primo ex irreuerentia quam in oratōne obs̄uauit. quia non reuerēter orauit sed cum fastu. quia non incuruato corpe sed erecta frōte orabat Vnde dicitur. Stans. Secūdo reprehēditur ex supbia. quia se iustum solum inter homines dicebat. cum ait. Non sum sicut ceteri hominum. quasi diceret. Ceteri sunt peccatores. ego autem iustus. et ita d' iusticia sua iactabat se alios ꝯdēnando. et orantē iuxta se publicanū despiciendo. Tertio rep̄hensibilis veniebat. quia de bonis que faciebat se iactabat dicens. Jeiuno bis i sabbatho. sed in hoc iusticiam suaz per vanam gloriā fedabat. ꝓu. xxvij. Laudet te alienus et nō os tuum extraneus et nō labia tua. Et Ecclesiastici.vij. Non te iustifices apud deuz. quoniam ip̄e cognitor cordis est. et Jere.ij. ecce ego iudicio contendam tecū pro eo ꝙ dixeris non peccaui. Et ideo Job.ix. Si iustificare me voluero os meum condemnabit me. et ita merito phariseus cum se ita inaniter iactauerat merito condēnādus venit. ¶ Ad rōnes in oppositum. Ad primam respondetur ꝙ hic non arguit̄ phariseus. quia gratias egit deo. sed qz agit modo supbo. Vn̄ Greg. Si rep̄hendītur ille qui supbe gratias agit quid est ergo ille qui impugnat gratiam? non eīn recte cognouit bona que accepit. Vn̄ Bern. de

co dicit. Sic gratias agit non qr bonu3. ꝭ quia solus non ta3 ꝺ bo nis que habet ꝙ de malis que in alijs videt. talis autem modus elationis est. Vnde Beda ait. ec ce phariseus ad referendas gra tias oculum habet. ad humilita tis custodiam non habet. Ad secundam respondetur ꝙ licet ia ctantia semper sit peccatum mor tale sed quandoq3 veniale iactā tia tamen ipsi9 pharisei fuit pec catum mortale. Pro quo notādū ꝙ iactantia potest ↄsiderari vno modo ꝭm sc. prout est mendaciū quoddam. et sic quandoq3 ē pec catum mortale et quandoq3 veni ale. Mortale quide3 quando ali quis iactanter de se profert qꝺ ē contra gloriam dei. sicut ex per sona regis Tyri dr Ezech. xxviij. Eleuatum est cor tuum ⁊ dixisti deus ego sum. Vel etiam cu3 est contra caritate3 proximi. sicut cū aliquis iactando se prorumpit in contumelias alioꝝ. sicut fecit iste phariseus qui dicebat. Non sum sicut ceteri hominū. raptores/in iusti/adulteri/ velut etiam hic publicanus. Quandoq3 vero est peccatum veniale. quando aliqs de se talia iactat que nec sunt cō tra deum nec contra proximū.

¶ Ad tertiā pt3 responsio ex dictis

Ad secundam sic proceditur. Et videtur ꝙ ↄueni enter formam iustificati onis non dederit publicanus per cutiendo pectus et dicendo. Pro pitius esto mihi peccatori. ex qͥ bus verbis innuit ꝙ ad iustifica tione3 impij requiratur contritio contra quod arguitur sic. ¶ Pro Luce. vij. dicitur. Dimissa sunt ei peccata multa. dicit glosa. ꝙ ar dor caritatis rubiginem peccato rum in ea consumpsit. ergo non oportet ꝙ ibi sit dolor siue cōtri tio de peccato. ¶ Secundo sic. cō uersio ad deum est potentior ꝙ̄ conuersio ad rem tempalem ad malū ꝭ ↄuersio ad rē tpalem suf ficienter inducit culpam. ergo cō uersio ad deum sufficienter iusti ficat sine alia contritione. ¶ Ter tio sic. Possibile est alique3 auer ti a deo nihil cogitādo de deo. er go simul possibile est alique3 aū ti a peccato - nihil cogitando de eo. et sic sine motu liberi arbitrij in peccatum siue sine contritiōe iustificatur impius. In opposi tum est euangelium hodiernum Vnde glo. sup illꝺ. Percutiebat pectus suum. dicit. Percutit pe ctus et penas de se exigit vt de9 parcat. ¶ Respondeo dicendū. ꝙ publicanus in oratōne sua conue nientē formam dedit iustificatio nis impij in tribus. ¶ Primo. ī hu mili verecūdia quā ostendit. cu3 dicit. Publicanus a longe stans nolebat nec oculos leuare Beda Sic humilis non audet appropin qre vt deus ad eum appropinquet nō aspicit vt aspiciat. Nihil eīn tm̄ placet deo in penitēte sic dic Bern. ꝙ̄ humilis verecūdia. nō audebat oculos leuare ad celum qr cognoscebat se offendisse deū ita vt diceret illud. ij. palipo. vl. Peccaui sup numeꝝ arene maris

et multiplicata sũt sup me peccata mea· et non sum dignus videre altitudinem celi pre multitudine iniquitatis mee. ¶ Secũdo ostendit formam iustificationis impij in dolorosa contritione peccatoꝝ quam ostendit in percussione pectoris· in qua reddebat seipsum culpabilem· et ostendebat dolorem· Huiusmodi autem contritio necessaria est ad iustificationem impij· Quia sicut in generationibus naturalib9 vna forma expellitur et alia introducit̃ ꝓpter qđ generatio vnius ē corruptio alterius. oportet esse dispositiones ad vtrũqꝫ ¶ Ita iustificatione impij qua gratia cõfertur ⁊ culpa expellitur oportet esse dispositionem volũtatis ꝫm ꝓprium actũ ad vtrũqꝫ· Et ideo sicut per motum· li· arbi · in deũ disponit̃ ille qui iustificat̃ ad gratiam obtinendam· ita per motũ· li· ar. in peccatum qui est contritio oportet ꝙ ad culpe expulsion eꝫ disponatur · et ideo oportet ꝙ in iustificatione qua innocẽs iustificatur oportet esse dispositionẽ solum ad gratiam inducẽdam. ſꝫ in iustificatione qua iustificat̃ impius oportet esse duplicem dispositionem · vnam ad inducẽdã gratiam scꝫ motũ· li· ar· in deũ. Alteram ad expellendam culpam scꝫ motum. li· ar· in peccatũ · qui est ipa contritio· ¶ Ad rationes i oppositum. Ad p̃mam respondetur negando cõsequentiam· Et ratio est· qꝛ feruor dilectionis de necessitate cõiunctũ habet odiũ cõtra

riuꝫ· et ideo feruor dilectionis ad dimissionẽꝫ culpe nõ opatur· sine peccati detestatione q̃ directe dimissioni culpe respondet ¶ Ad secũdam respondet̃ negãdo cõsequẽtiam. Et rõ est. qꝛ in peccato cõuersio non facit culpam sine auersione. et ita opoꝛtet duo esse i iustificatione ¶ Ad tertiam respõdetur negãdo consequentiaꝫ· ⁊ rõ est ꝫm dominũ Bonãuenturam. tum qꝛ recessus a deo est inordinatus sed regressus oꝛdinat9· tũ quia plura exiguntur ad bonum ꝙ ad malum.

In dominica· xij· est euãgelium. Exiens Jhesus de finibus tyri ⁊c· Marci· vij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones ¶ Primo· Vtrum cõuenienter christ9 circa hunc surdum et mutum · de quo in euangelio! miraculum fecit. Secundo· Vtrum illi homines facientes contra preceptum christi publicando miraculũ peccauerunt·

Ad primaꝫ questionẽ sic ꝓceditur· Et videtur ꝙ non conuenienter christus circa hunc mutum et surduꝫ miracula sit opatus· ¶ Primo sic Christus faciebat miracula vtute diuina· cuius ꝓpꝛium est subito operari et perfecte. et absqꝫ adminiculo cuiuscũqꝫ· ſꝫ christus nõ subito curauit istũ· Dicit̃ eniꝫ in euãgelio ꝙ apphendit eum de turba seoꝛsum et misit digitos suos in aurib9 ei9 · et expuens tetigit linguam eius · et suspiciẽs in

celum ingemiſcens: ⁊ ait effeta.
quod eſt apire· et ſtatiȝ apte ſūt
aures eius· ergo ⁊c̄. Secūdo ſic
Dei non eſt orare nec reſpicere
in celū ingemiſcendo· cū g° hoc
fiebat v̓tute diuinitatis nō cōue-
nienter videt̄ opatus illud. Ter
tio. Miracula xp̄i facta ſunt ad
cōfirmationē doctrine ipius ⁊ te
ſtimoniū diuinitatis eius. ſed nl'
lus debet impedire finē ſui opis.
ergo videt̄ ꝙ inconueniēter xp̄s
p̄cepit illis hoībus qui p̄ntauerāt
ſurdū et mutū ad ſanandū ꝙ
nemini diceret. In oppoſitū eſt
euangeliū in quo dicit̄ ꝙ bn̄ oīa
fecit. ⁊ ſurdos fecit audire· ⁊ mu
tos loqui. ¶ Rn̄deo dicendum· ꝙ
xp̄us cōuenientiſſime opatus eſt
miraculū circa hūc ſurdū ⁊ mutū
Iſta ɔcluſio ſic declarat̄. Ea que
ſunt ad finē dn̄t eſſe fini ꝓportio
nata xp̄us aūt ad hoc venit i mun
dū ⁊ decebat vt hoīes ſaluos fa
ceret· ſm illud Ioh̄· iij· Non eni
miſit deus filiū ſuū in mūdū vt iu
dicet mundū· ſȝ vt ſaluet̄ mund9
p ip̄m· ⁊ ido cōueniēs fuit ꝙ xp̄s
pticulariter hoīes miraculoſe cu
rando oñderet ſe eſſe vniūſalez ⁊
ſpūalem omniū ſaluatorē ſanan-
do· nō tm̄ ptāte diuinitatis ſȝ mi
niſterio humanitatis cū eſſȝ de9
et homo ¶ Ad rōes in oppoſituȝ
dicendū. Ad pmā rn̄det̄ negan
do cōſequētiam· Et rō eſt· qꝛ xp̄s
venerat ſaluare mūdum: nō ſolū
virtute diuina. ſed etiam p mini-
ſteriū incarnatōis ipſius. et ideo
frequenter etiā in ſanatōne infir
moꝝ nō ſolū ptāte diuina vteba
tur curādo p modum imperij· ſed
etiam ad hūanitatē ipſi9 ptinēs
apponēdo· vn̄ ſup illud Luce· iiij·
Singulis manus imponens cura
bat omnes· dicit Cyrill9 Quam
uis vt deus potuiſſet oīs verbo
pellere morbos· tangit tam̄ eos
oñdens ꝓpriam carnē efficaceȝ ad
p̄ntanda remedia· ſic g° xp̄us ſa-
nauit hūc ſurdū ⁊ mutū tangen-
do eū corpaliter vt oñderet hūa
nitatē ſuā eſſe diuinitatis inſtru-
mentū ¶ Ad ſecūdam rn̄det̄ ne-
gando ɔn̄aȝ. Et rō eſt. qꝛ ſicut di
ctum eſt· non ſolū ptāte vtendo
debuit facere miracula· ſed etiaȝ
humanitate ipa· qm̄ vtrūqȝ erat
de eo oñdendū· et ꝙ deus eſſet in
carne venit9 Vn̄ Chriſ. ſup illud
Math· xiiij· Acceptis quīqȝ pa-
nibus et duobus piſcibus aſpici
ens i celū benedixit ⁊c̄. dic̄. Opor-
tebat inquit credere de xp̄o quo
niam a patre eſt· et qm̄ ei equal'
eſt. et ideo vt vtrūqȝ oñdat· nunc
quidē cū poteſtate. nūc aūt orās
miracula facit· dicim9 g° ꝙ xp̄s
in curatōne hmōi infirmi ipe ſu-
ſpiciens in celū ingemuit. vt oñ-
deret ſe veꝝ hoīem a deo querēs
auxiliū. ¶ Ad tertiam rn̄det̄ ne-
gando ɔn̄aȝ. Et rō ē. qꝛ hoc fec̄.
vt dicit Chriſ. volens nos erudi
re ꝓhibere eos q̄ volūt nos ꝓpt̄
nos laudare. ſi autē ad dei gloriā
refert̄. nō debemus ꝓhibere ſȝ ma-
gis iniūgere vt hoc fiat· ſic̄ illud
Mar· v. Vade in domū tuā ad tu
os. ⁊ ānūcia eis q̄nta tibi dn̄s fec̄

AD ſecūdam queſtionē ſic
procedit̄. Et videt̄ ꝙ illi

homines publicando miraculuz christi peccauerunt. et videtur q̄ sic. Primo quia deo ē in omnib9 obediendū ſm illud Exodi. xxiiij. Omnia que locutus ē dn̄s faciemus et erimus obedientes. ſꝫ isti non obedierūt p̄cepto christi qui p̄ceperat eis nec cuiq̄ dicerent. ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. Aut xp̄us voluit fieri illd̄ qd̄ dixit eis an nō si noluit. sequit̄ q̄ fecerūt ɔtra p̄ ceptum ei9 ⁊ sic peccauerūt. aut voluit. sequit̄ q̄ xp̄us esset mendax vel duplex in verbo. qd̄ ē im possibile. In oppositū videtur q̄ nō peccauerūt. q2 non fuissent di gni salutione. Rn̄deo dicenduz q̄ illi hoies p̄dicando miracula xp̄i nō peccauerūt. quia xp̄us cū p̄cepit eis vt non dicerēt nō itēdit eos ꝑ virtutē p̄cepti obligare. vt dicit Greḡ. ix. moral. ſꝫ seruis suis sequētibus exemplū dedit vt ipsi quidē v̄tutes suas occultare desiderēt. et tamē vt alij exemplo coꝝ ꝓficiant. ꝓdant̄ in uiti. Et sic patet rn̄sio ad p̄mū ar gumentū. Pro rn̄sione ad scd̄m est sciendū. q̄ in xp̄o ponitur duplex volūtas sicut et duplex natura. vna diuina. et ē duplex. vna signi. et altera beneplaciti. Volū tas em̄ beneplaciti ē. qua vult ali quid simpliciter ⁊ absolute. ⁊ sic xp̄us voluit miraculū publicari. quia ɔtra volūtatē bn̄placiti mihil fit. sed bn̄ fit cōtra volūtatez signi. Alia fuit volūtas humana et sic xp̄us voluit quodāmō. ⁊ q̄ dāmodo noluit miraculū publica ri. q2 voluit ad dei gloriā. noluit autē vt ostenderet humanaz lau dem fugiendam. sicut em̄ sunt ali qua partim voluntaria et ptim i voluntaria. vt dicitur in. iij. Ethi coꝝ. de eo qui ꝓijcit merces i ma ri. vult et nō vult diuersis respectibus. quia non vult absolute. vult tamē in tali casu posit9 ⁊c̄.

In dominica. xiij. est euā gelium. In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis Beati oculi qui vident q̄ vos videtis ⁊c̄. Luce. x. Circa qd̄ possunt disputari sequentes questio nes. Prima. Vtrum sit verū qd̄ dictū est ap̄lis. scꝫ Beati oculi q̄ vident que vos videtis. Secun da. Vtrum in statu vie deus possit immediate a nobis amari. Tertio. Vtrum modus de diligēdo deum toto corde ⁊c̄. qui multi plicatur i precepto predicto possit in via seruari.

Ad primam questionem sic ꝓceditur. Et videt̄ q̄ non sit veꝝ q̄ beati oculi qui vident q̄ vos videtis. Primo sic. Ioh̄. xxi. scribitur. Beati qui non viderunt et crediderunt. Secundo sic. Aut loquitur d̄ vi sione interiori per fidem. Et hoc non. quia multi ꝓphete ⁊ reges viderunt hoc modo visioīs christum Vn̄ Ioh̄. viij. Abraam vidit diem meum et gauisus ē. Nō aūt de exteriori. quia exteriori visione etiam viderunt iudei sacerdotes et pharisei. Vn̄ Ioh̄. xv. d̄ iudeis. Nunc aūt viderūt et oderunt me et patrem meum. ſꝫ ocu li eoꝝ nō fuerunt beati. ergo nec

oculi apostoloꝝ. Tertio. Bea-
titudo dicit̄ status omnium bonoꝝ
cōgregatione pfectus. sed apli
vidētes xpm hic in terra nō ꝯseq
bantur beatitudinē. qꝛ vt dꝛ Exo
di. xxxiij. Nemo videbit deū et vi-
uet. ergo nō erant dicendi oculi
coꝝ beati. ¶ In oppositum ē euan
geliū pñs. ¶ Respondeo dicendū
ꝙ beatitudo est duplex. Vna rei
que cōsistit principalit̄ i aspectu
et fruitōne diuinitatis ⁊ ex conse
quēti i visiōe hūanitatis xpi. ⁊ sic
habet̄ in patria. Alia ē beatitu-
do in spe. que in pñti vita ꝯsistit
et sic habet̄ in via in viris excel
lentib9 ṽtute. et de ista loquitur
hic. Secūdo notādū ꝙ ꝯm quod
duo oculi dicūtur in hoie. scʒ īte
riores ⁊ exteriores. ita duplex di
citur visio. scʒ visio interior q̄ fit
p internam inspirationē. de q̄ dꝛ
ad Eph. p°. Deus det vob spūm.
sapie ⁊ reuelatōis i agnitōeʒ ei9
illuminatos oculos cordis vestri
De ista visiōe etiaʒ dꝛ Joh. viij.
Abraam vidit diem meū ⁊ gaui
sus ē. et hoꝝ q̄dē oculi beati bea
titudine spei. De q̄bus dꝛ Joh. a.
xx. Beati qui nō viderūt scʒ cor
poralit̄. ⁊ crediderūt scʒ p fidē. et
dilectōem opanteʒ xpm incarnā
dum et passuꝝ p humani gene-
ris salute. Alia ē visio pure cor-
poralis q̄ cōmunis fuit aplis ⁊ iu
deis. et de ista nō loquit̄. Aliqui
aūt sunt qui vtraqʒ visiōe vider̄t
xpm scʒ ⁊ interiori visione fidei ⁊
exteriori vidētes euʒ inter hoies
cōuersanteʒ. et miracula soli deo
ꝓpria opantē. ¶ Et de tali visione
dicit̄ Joh. p°. Vidim9 gloriā ei9
quasi vnigeniti a patre. Vtrūqʒ
eñi modū vidēdi habuit iohānes
et alij apli. qꝛ cū eo fuerūt corpa
liter cōuersati. ⁊ sic viderūt sensi-
biliter opa ṽtutē totius creatu-
re excedētia. sic suscitatio mortu-
oꝝ/illuminatio ceci/et ꝯsimilia.
ex quibus visu mētis pceperunt
eius diuinitatē in carne latenteʒ
Et hoc mō oculi vidētes christū
beati sunt. qui scʒ vt dicit magn9
albert9. sic xpm exteri9 aspexerūt
ꝙ iteri9 diuinitatē p fidē in eo ex
exterioribus miraculis intellexe-
runt. Vel sic ecōuerso. qui scʒ īte
riora diuinitatis xpi intellexerūt
vt eam vnitā humanitati quā vi
debant crediderūt. et tali mō nū-
q̄ꝫ est visus. nisi a pñtibus deita
tem et hūanitatem eius cogno-
scentibus. et hoc est qd dic̄. bea
ti oculi qui vidēt que vos videtis
Ad rōnes in oppositū. Ad pri-
mam respondet̄. ꝙ non opponun
tur. Vñ est notādū ꝙ duplex di-
citur beatitudo etiā i via. Quedā
rei que ꝯsistit in munere diuino.
siue p pticipationē diuini mūeris
de quo quāto alicui plus cōcedi-
tur. tāto beatior ē. et sic q̄ntuʒ ad
hoc dꝛ hic. Beati oculi q̄ vident
⁊c. qꝛ hoc munus gratie habue-
rūt. Alia ē beatitudo spei q̄ consi
stit in merito. vñ ꝯm hāc tāto q̄s
est beatior quāto pōt plus mere-
ri. plus aūt meret̄ q̄ credit ⁊ non
vidit q̄ꝫ qui vidēs credit. Ad se
cūdam rñdet̄ ꝙ loquit̄ de visiōe
vtraqʒ sic dictū est. Ad tertiaʒ
respondet̄. ꝙ nō loquit̄ ꝺ beati-

tudine patrie· sed de illa que dici-
tur spei que habetur in via· Vel
dicendum qꝫ tales dicuntur bea-
ti et non ꝓphete. quia licet pro-
phete aliqui viderunt christum
p fidem a longe prospiciendo· nō
tamen viderunt eum p̄sentem in-
ter eos conuersando sicut viderūt
apostoli· et ideo dicūtur beati· qꝛ
in eis fuit completum qđ antiqs
patribus fuerat ꝓmissum·

Ad secūdam questionem
sic proceditur· Et videt̄
qꝫ deus in statu vie non
possit immediate a nobis amari.
¶ Primo sic· Incognita amari n̄
possunt· vt dicit Augustinus· x·
de trini· Et phus· ix· ethicoꝝ· ſ
nos in statu vie non videmus im
mediate deum. quia non p essen
tiam· sed p speculum in enigma-
te· vt dicitur· p°· Coꝝ· xiij· g° nec
ipsum immediate p essentiā ama
re possumus· Secūdo sic· Cogni
tio patrie excedit ognitionez vie
inquantū homo videt in patria
deum p essentiam· si ergo in via
homo immediate per essentiam
amaret deum / caritas patrie nō
excederet caritatez vie· quod est
falsuꝫ ¶ Tertio· Homo a deo dis-
iungitur per peccatum· ſm illud
Ysa· lix· Peccata vestra diuise-
runt inter vos et deū vestrum· ſ
peccatū magis est in volūtate q̄
in intellectu· ergo minus hō po
test in statu vie diligere deuꝫ im
mediate q̄ immediate eum vide
re· In oppositū est euangelium
presens. vbi dicitur Diliges dñꝫ
deum tuum ⁊c̄· Secūdo sic· Co
gnitio vie p hoc qꝫ est medianti-
bus creaturis dicit̄ enigmatica·
et euacuatur ī patria· i. Coꝝ xiij·
sed caritas nunq̄ excidet· vt ibidē
dicit apostolus· ergo caritas non
diligit deum mediante creatura
sed immediate deo adheret· Re
spondeo dicendum sub ista cōclu
sione qꝫ deus in statu vie imme-
diate potest amari et amat̄ a san
ctis Vnde Aug° in libro cōfes·
Ve illis qui diligunt nutus tuos
pro te· Nutus autem diuini dicū
tur pticipatio diuine bonitatis ī
creatura. ergo de° a sanctis ama
tur in statu vie īmediate· nō ſm
qꝫ eius bonitas in creaturis pti-
cipatur· Pro qua conclusione no
tandū iuxta sanctum Thomā in
tertio· qꝫ in potentijs ordinatis
ita est· qꝫ vbi terminat̄ opatio p̄
oris potentie· ibi incipit opatō se
quētis· sicut patet qꝫ sensus ter-
minatur ad imaginatōem qui ē
motus factus a sensu ſm actū in
tellectus et in termino imagina
tionis incipit· quia fantasmata
accipit pro obiecto· vt dꝛ tertio
de anima. et ideo illaꝝ reꝝ q̄ nō
habēt fantasmata cognitōez nō
potest accipe nisi ex rebus quaꝝ
sibi repsentātur fantasmata· Vñ
in statu vie in qua accipit a fan-
tasmatibus non pōt īmediate vi-
dere· sed oportet qꝫ ex visibilibus
quoꝝ fantasmata capit in ei° co
gnitōem deueniat· q̄uis autē ip
sam dei essentiam non videat im-
mediate· tamen cognitio intelle
ctus ad ipsum deum terminatur
quia ipsum esse ex effectibus cō-

prehendit. vnde operatio volũtatis circa ipsum deum immediate esse potest / nullo medio intuemente qđ ad voluntatem pertineat. multis tamen medijs p̄cedẽtibus ex pte intellectus quibus in deum cognoscendum peruenit. ¶ Ad rationes in oppositũ. Ad primam respondetur negãdo cõsequentiam. Et ratio est. quia q̄uis incognita amare non possumus. oportet enim q̄ amor sit cogniti aliqualiter. tamen nõ oportet q̄ sit idem ordo cognitionis et dilectionis. nam dilectio ẽ cognitionis terminus. et ideo vbi desinit cognitio scilicet in ipsa re que per aliam cognoscitur / ibi statim dilectio incipere potest. et ita illđ quod cognoscitur in alio potest in seipso amari. ¶ Ad secundam respondetur negãdo cõsequentiaȝ. Et ratio est. quia q̄nto bonum plenius cognoscitur / tanto magis est amabile. et precipue illud bonum quod est finis et in quo non inuenitur aliquid quo offendatur affectus. et ideo quia deus plenius cognoscitur i patria q̄ nũc etiam plenius amabitur. sed ista diuersitas ex parte cognitionis erit per id qđ est proprium cognitioni. scȝ cognoscere per se. et in alio. et ideo nõ erit vnius rationis cognitio vie et patrie. in affectu autem erit p diuersitatem non eius per quod ad eam pertineat. sed p diuersitatem cognitionis. et tamen erit eadem ratio amoris. sed differt amor per maius et per minus.

Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia per caritatem tollitur auersio a deo que est per peccatũ non autem per solam cognitõeȝ et ideo caritas est que diligendo animam immediate deo coniungit spũali vinculo vnionis.

[A]D tertiam questionem. Vtrum modus ille de diligendo deum toto corde qui implicatur in precepto p̄dicto possit in via seruari. sic proceditur. Et videtur q̄ non possit in via seruari ¶ Primo sic. Non possumus in hac vita sine peccato manere. i. Johannis. p°. sed cũ quis peccat non diligit deum toto corde. ergo illud preceptũ nõ potest totaliter in via impleri. Secundo sic. Non potest simul cor ad multa se habere. sed oportet duȝ in hac vita sumus q̄ cor rebus temporalibus aliquando apponamus. ergo non potest homo in hac vita toto corde diligere ¶ Tertio sic. Non potest deus a nobis totaliter diligi. ergo per consequens toto corde non possumus diligere. consequentia videtur bona. antecedens patet. Deus non potest intellectu comprehendi vt totaliter videatur. ergo non põt cõprehendi affectu vt totaliter diligatur. cõsequentia est bona. quia amor sequit̃ cognitõnem ¶ In oppositum est p̃us euãgelium. Dicit eñ Jero. Qui dicit deum aliquid impossibile precepisse homini anathema sit. ȝ hoc deus precepit omnibus i sta

tu vie existentibus. ergo hereticum est dicere q predictū preceptum nō possit in via obseruari.
Respōdeo dicendū iuxta sanctū Thomam. q totum et pfectum idem est. vt phus dicit. Rō autē pfecti in hoc cōsistit: vt nihil ei desit. Sed hoc cōtingit dupliciť aut ita q nihil desit eoꝝ que natum ē habere. aut ita q desit eorum que debet habere. Sicut aliq̄s hꝫ pfectā q̄ntitatē quātā req̄rit hūana naťa ⁊ si nō hēat q̄ntitatē gigātis quā possibilē ē i hūana naťa. Prima g° pfectio hūane naťe ē in statu glīe: qn̄ hō hēbit totū hoc qd̄ possibilē ē esse i hūana naťa. Sꝫ scd̄a pfectio est nature cōditeꝫ: quando scꝫ hō habeat totū hoc qd̄ debebit habere scd̄m tempus illud. Et ꝑm hoc etiam duplex totalitas in dilectione dei attēdiť. Vna qua nihil deerit de his q̄ pōt hō expēdere in amorē dei qn̄ in dilectōne ponat. Et de hac pⁱma totalitate ponit̄ ista cōclusio. q hec q̄deꝫ pfectio siue totalitas nō p̄cipiť vt faciēda. ꝫ magis oñdiť vt sciať q̄ puemiendū est. vt dicit Aug9. ꝫ sic i pleť in patria. qꝛ ibi mēs ferť in deum totaliť et pfecte q̄ntū sibi est possibile et sine aliq̄ interruptione. Alia aūt est totalitas scd̄ꝫ quā nihil hō subtrahit de his q̄ debet ponere ꝑm tpꝰ illd̄ i amore dei. ⁊ hec totalitas excludit oē qd̄ est cōtrarium repugnans dilectioni diuine. nō autē id qd̄ ad tempus actū dilectōis intercipit quia semper agere ꝑm actū virtutis non ē nisi eoꝝ qui sunt i statu beatitudinis. que pfectio felicitatis ē in opatōe. pfectio v̓tutis est in habitu. et ista adimpletur in via qn̄ nihil diligiť contra deum. Ista enim perfectio est que debet inesse ex debito necessitatis vtputa: q diligať de9 toto corde. id est itellectu sine errore. qd̄ non faciūt infideles et sortilegi. Tota anima id est volūtate sine contradictōne. qd̄ non faciunt q̄ post concupiscentias suas currūt Ex omnibus viribus suis id est operibus que explentur per vires anime et corporis. quod non faciunt qui membra sua exhibēt seruire iniquitati ad iniquitatem Et tota mente id est iugi memoria. qd̄ non faciunt cupidi et auari. quia vbi est thezaurus tu9 ibi et cor tuum. Albertus. Sic ex toto corde dilige: vt motus vite ad ipsum referas. Ex tota anima: vt intelligentiam et voluntatem et memoriam cū corpalibus orgāis ad ipm cōuertas. Ex omnib9 viribus: vt nihil tibi de virib9 tuis retineas vel attribuas tibi. Ex omni mēte tua: vt oīa ordīes caritatis ordīe: vt nihil iordiatū relīq̄s. Sic eīn attingit caritas a fine vsqꝫ ad finem fortiter ⁊ disponit omnia suauiter.

In dnīca. xiiij. ē euāgeliū. Dū iret iesus i ihrlm ⁊c. Luc. xvij. Circa qd̄ pn̄t disputari seq̄ntes q̄oēs. Prima vtꝝ ad sanādū lepraꝫ pc̄ti sit necessaria ōfiteri sacdoti. scd̄a vtꝝ noue lepsi ñ reddētes gr̄as xp̄o d̓ eo:

rū curatiōe peccauerūt mortalit

D primam questionem sic proceditur. Et videt̄ q̄ ad sanandum lepram peccati non sit necessarium confiteri sacerdoti. ¶ Primo sic. Curatio lepre peccati precedit confessionem. vnde in euangelio dicitur q̄ isti decem leprosi dum irēt ad ostendendum se sacerdotibus mūdati sunt. et ita anteq̄ se ostenderent. ergo videtur q̄ ad curationē lepre peccati confessio nō sit necessaria. Secundo sic. Aliquibus est peccatum dimissum sine hoc q̄ confessi legūtur. sicut patet de Petro et Magdalena. etiam de Paulo sed non minoris efficacie est gratia remittens peccatum nunc q̄ tunc fuerit. ergo nec nunc est de necessitate salutis cōfessio. ¶ Tertio. Dato q̄ necessarium sit confiteri. non videtur q̄ sacerdoti. penitentia enim est sacramentum necessitatis sicut et baptismus. sed in baptismo propter sacramenti necessitatem est minister quilibet homo. ergo in penitentia sufficit cuilibet cōfiteri. ¶ Quarto sic. Ad confessionē non obligamur nisi ex diuina institutiōe. sed diuina institutio nobis proponitur. Jacobi. v. Confitemini alterutrū peccata vestra vbi non fit mentio de sacerdote. ergo etiam si confitendum ē. nō est necessarium confiteri sacerdoti. ¶ In oppositum est euangeliū presens. vbi dominus decem leprosis precepit se presentari sacerdotibus vbi ponitur signum mūdationis lepre peccati per sacramentum penitentie. ergo videtur q̄ solis sacerdotibus sit fiēda cōfessio. ¶ Respondeo dicentū sub duabus conclusionibus. Prima est. q̄ confessio est de necessitate salutis ei qui peccati mortalis lepram incurrit. Illa conclusio declaratur iuxta sanctum Thomā. Passio christi sine cuius virtute nec actuale nec origīale peccatū dimittitur in nobis operatur per sacramentorū susceptionem que ex ipsa efficaciam habent. et ideo ad culpe remissionem et actualis et originalis requiritur sacramētum ecclesie. vel actu susceptū vel saltem voto. quando articulus necessitatis non contemptus sacramentum excludit. et per cōsequens illa sacramenta que ordinantur contra culpam cū qua salus esse non potest. sunt de necessitate salutis Et ideo sicut baptismus quo deletur peccatum originale est de necessitate salutis. ita et penitentie sacramentū. Sicut autem aliquis per hoc q̄ baptismum petit se ministris ecclesie subijcit. ad q̄s pertinet dispensatio sacramenti. ita etiam p̄ hoc q̄ confitetur peccatum suū se ministro ecclesie subijcit. vt p̄ sacramentū penitentie ab eo dispensatum remissionem cōsequatur qui congruum remedium adhibere non potest nisi peccatum cognoscat. qđ fit per cōfessionē peccantis. et ideo confessio est đ necessitate salutis eius qui in peccatum mortale cecidit.

Secūda conclusio q necessario sacramentalis cōfessio faciēda ē sacerdoti si adest vel haberi pōt. Probat̄ cōclusio. Absolutio penitētis ꝓpter quā fit cōfessio nō pertinet nisi ad sacerdotes. qbus claues ecclesie ꝯmisse sunt. ergo cōfessio debet fieri sacerdoti. Preterea sic gratia q̄ in sacramentis datur a capite in mēbra descēdit et ideo/solus ille est minister sacramentoꝝ in quibus gratia datur/ qui habȝ ministeriū supra corp9 christi veꝝ. qd̄ solius sacerdotis est/qui cōsecrare eucharistiā pōt ⁊ ideo cum in sacramento penitētie gratia conferatur solus sacerdos est minister huius sacramēti et ideo soli facienda ē sacramentalis cōfessio/ q̄ ministro ecclesie fieri debet. diximꝰ si adest vel haberi pōt/quia alias cōfessio fieret lapso. vt infra dicetur.

¶ Ad rōnes in oppositum. Ad p̄mam respondet̄ negando ꝯsequētiam. Et rō est. quia cū irent ad ostendendū se sacerdotibꝰ iam ꝓpositum intelligebantur habere confitēdi. ⁊ hoc sufficit. sic dictuȝ est. ¶ Ad secūdam respondetur dupliciter. Primo. qꝛ licet illoꝝ non legatur cofessio. potuit tamē esse. multa em̄ sunt facta que nō sunt scripta. Secūdo respondet̄ negando cōsequentiam. Et rō ē. quia nō est idē de alijs ministris ecclesie et de christo. christus em̄ habuit potestatem excellētie in sacramentis. vn̄ sine his q̄ ad sacramentū ptinēt potuit et pōt reȝ sacramenti conferre ¶ Ad tertiā respondetur negando consequētiam. regulariter tamen i casu necessitatis conceditur. Vn̄ sicut baptismus est sacramentū necessitatis/ita et penitētia. Baptismus autem qꝛ est sacramentū necessitatis habet duplicem ministruȝ vnum cui ex officio baptizare incumbit/sicut sacerdotem. et aliū cui rōne necessitatis dispensatio baptismi cōmittitur et ita etiam minister penitentie cui confessio est facienda ex officio. est sacerdos. sed in necessitate etiam laycus viceȝ sacerdotis supplet vt ei cōfessio fieri potest. Vnde de pe. dis. vi. dicitur. Tanta est vis confessionis vt si sacerdos deest confiteatur homo ꝓximo suo. qui licet potestatem absoluēdi nō habeat/ efficitur tamen dignus venia ex desiderio sacerdotis. Ad quartam respondetur negādo cōsequentiam. Et ratio est. qꝛ iacobus loquitur ex suppositione diuine institutionis. et quia diuinitus institutio precesserat de cōfessione sacerdotibus facienda per hoc q eis potestatem remittendi peccata in apostolis dedit. vt patet Johannis. xx. Et ideo intelligendum est q iacobus confessioem esse faciendaā sacerdotibꝰ monuit in verbis predictis.

AD secundam questioneȝ sic proceditur. Et videtur q leprosi non redeuntes ad dandum gloriaȝ deo ei gratias referendo de curatione eoꝝ non peccauerūt mortaliter.

Primo sic· quia ingratitudo nō semper est peccatum mortale/ vt pote quando procedit ex quadam negligētia· aut ex aliqua īdispositione hoīs ad virtutē. isti autem potuerūt aliqua hmōi occasione non redire ad dandū gloriam deo ergo nō videtur peccasse mortaliter. In oppositum videtur euangelium· quia illos nouē videt reprobare de hoc. ¶ Respondeo dicēdū nostro iudicio quia illi peccauerūt mortaliter ¶ quoniam in illa eorum negligentia videtur incurrisse ingratitudinis vitium/ nō recognoscentes beneficium susceptū. nec laudantes et glorificātes dominū quē magnis clamoribus et precibus propulsarunt vt eorum misereretur sanando eos a lepra Vnde sunt sicut illi de quibus dicit aplus· ad Roma. i. Non sicut deum glorificauerūt aut gratias egerunt/ quo circa meruerunt de suscepto beneficio priuari/ nisi quia dominus altissimus benignus est super gratos et malos· Luce· vi· ¶ Ad rationes in oppositum respondetur quia ingratitudo illa videtur processisse non ex simplici quadam negligentia· sed ex interiori contemptu gratie suscepte· creduntur enim fuisse decepti a sacerdotibus quibus se presentauerunt qui doctrine christi et miraculis detrahebant· et secundum eorum informationem attribuebant suam sanationem obseruationi legis et non virtuti christi· licet a principio fideliter et deuote potuissent ab eo sanari·

In dominica decimaquinta est euangelium· Nemo potest duobus dominis seruire etc. Math· vi· Circa quod possunt hec disputari ¶ Primo ¶ Vtrum homo possit duobus dominis seruire· Secūdo· Vtrum possit quis deum odio habere· Tertio· Vtrum omnis sollicitudo temporalium sit prohibita·

Ad primam sic proceditur Et videtur quia homo potest seruire duobus dominis· Primo sic· Quis potest sibi constituere duos fines/ temporalem et eternum· non referendo vnum ad alterum· ergo etc· consequentia videtur bona· quia inde non potest duobus dominis seruire· quia non potest simplicitas et vnitas intentionis anime manere· antecedens probatur multipliciter. Primo sic. Nihil prohibet eundem motum esse gratie et nature· sicut diligere quia bonus quod respicit naturam· et diligere quia bonus quod respicit gratiam· ergo nihil prohibet eundem actum referri ad finem nature et finem gratie· sed finis nature semper est in creatura finis gratie in creatore· vnius ergo et eiusdem actus poterūt cōstitui duo fines non referendo vnū ad alterum ¶ Secundo sic· Cum ratio sit vna potētia habens partem superiorem et inferiorem· rōne superioris pōt moueri in deum· rōne inferioris que coniūcta est sensualitati in id qd ē necessarium/ ita tamen quia nec hūt finē ponat ordiatū ad aliū quo etc·

¶ Tertio sic. potest quis ire ad sanctum Jacobum ex voto fco ex caritate. Itez potest ire ex naturali pietate ad videndum fratrem suum. ergo eadem actio potest esse ex caritate et ex naturali pietate. sed caritas refert ad finem eternum. naturalis pietas ad finem temporalem. g° sunt duo fines vnius actionis tempal' scz et etern9 ¶ In oppositum ē euangelium presens. Vnde Augustinus in sermone domini de monte exponens illud. Si oculus tu9 fuerit simplex rc. Nisi cor simplex fuerit. mūdum non erit. simplex autem quomodo erit si duob9 dominis seruiatur. nec vna intentōne rerum eternaꝝ purificet actōnē suā. s₃ eaz mortaliū reꝝ amore obnubilet. non pōt ergo mūduz ꝛ simplex cor esse si diuidatur intentio. et constiantur duo fines in temporalib9 et eternis ¶ Respondeo dicendum iuxta Albertum magnum. ꝙ nemo. i. nullus homo cum sit vnus ꝛ omnia tam sunt in corpore ꝙ̄ in anima reducantur ad vnum. potest esse diuisus in duos dominos. Sicut eniz vnum mēbrum non est duoꝝ corporum. nec vna auis facit duos nidos. nec vnus bos in duobus trahit agris. sic nec vnus indiuisus homo duobus dominis seruire potest. duobus dicit. ecce i quo notatur dominij diuersitas. vnde vterq₃ terminus est formaliter accipiendus. Duo enim formaliter acceptu₃ principium est alterītatis. sicut dicit Pithagoras eo ꝙ est primus recessus ab vnitate. Domini autem formaliter sunt domini forma dominationis differentes. et hoꝝ vn9 non est sub altero. quia quoꝝ vnus est sub altero. materialiter sunt plures. et ſm formam dominij sunt vnus solus. duo ergo formaliter domini non conueniunt in legib9 et preceptis. et si vnus est verbane potestatis in preceptis. alter est tyrannus. et ideo dicit glosa de contraria opantibus dominis

Pro responsione ad argumenta iuxta Alexandrum ꝺ halis i. iij. est notādū. ꝙ cōstituere duos fines sc₃ tempalem ꝛ eternū cōtingit ita ꝙ sint ordinati vt vnus ꝓpter aliū. hoc contingit dupliciter. ita ꝙ ponat̄ eternū finis vltimus. tempale vero finis ꝓxim9 vel ecōuerso. vel ita ꝙ nō sint ordinati. sed vtrūq₃ pncipalit̄ itēdat̄ tpale et eternū. Si ponat̄ eternum finis vltim9. ꝛ tpale finis ordinatus ad finē. distinguunt alij sic. q2 aut ē actio spūalis aut corpalis. si spūalis vt ꝑdicatō ꝛ orō ꝛ hmōi. nō pōt referri ad tpalez finē veluti ad pecuniā. et ꝓ oñs ad finē eternū. sc₃ deū. vñ fas nō ess₃ vt aliq̄s ꝑdicaret aut celebraret diuina isto fine vt acquireret tpalia de q̄b9 sustētaret̄ ad seruitiū dei. Si vo sit actio tpalis sic ē laborare i vinea. dicūt ꝙ pōt referri ad finē corpalē. dū tñ referat̄ postmodū ad deū. vt fodere i vinea ad pecuniaz acq̄rēdā q̄ sustentet̄ ad ſuitiū dei. Si aūt ecōuerso finis ꝓximus ponatur de9

et finis vltimus temporale puersissimum est. naz vt dicit Aug9. Humana puersitas est fruendis vti. hoc est diuina ad alium finē referre. Et fm hoc exponit̄ illđ Eccl. ij. Ve ingredienti terrā duabus vijs. dicit glosa. Duab9 vijs ingreditur qui quod dei est opere exhibet, et quod mundi est cogitatione querit. Si vero constituantur duo fines compincipales. tempale et eternum. accidit peruersitas. De qua dicit Augustinus. q peruersitas est vtēdis frui. hoc est temporalia quibus vtendum nō referre ad eterna quibus fruenduz est. fm hoc accipitur illud. Eccl. pmo. Non accesseris ad illum duplici corde Et illđ Jacobi. pmo. vir duplex animo inconstans est in omnib9 vijs suis. glosa. Duplex est animo q̄ vult gaudere cū sclo ⁊ vult gaudere cum deo. Jstis habitis. dicendum est ad argumenta singula. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia motus nature ordiatur ad motum gratie. gratia eniz perfectio nature est. vnde in ordine quodam se habent natura et gratia. Vnde ad illud qđ dicitur finis nature est in creatura. itelgendum est. q aliter quidem finis est in creatura et aliter finis voluntatis peruerse. ¶ voluntas enim peruersa ponitur finez in creatura excludendo finem summum. natura autem ponit finem summum in creatura ordinabilez ad finem summum. non ergo erit simile de motu nature et gratie. et motu voluntatis in finem temporalem et eternum. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia ratio nō potest ordinate moueri si scđm deliberationem equalit̄ cōstitueret finem deum. et id quod est nature necessarium. nam motus inferioris partis rationis debet ordinari et sequi motū superioris partis rationis. quia aliter peruerteretur ordo. ¶ Ad tertiā respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia cum ratō deliberat de fine naturalis pietatis et de fine caritatis. ad hoc q sit ordinatus motus et meritori9 necesse est vt finis pincipalis sit finis caritatis. bene potest tamē finis pietatis naturalis. scilicz visio fratris apud sanctum iacobū esse causa accelerationis motus. non tamen ex hoc constituet̄ duplex finis pincipalis.

Ad secundam questionez sic proceditur ¶ Et videt̄ q homo deum odio habere non possit. ¶ Primo sic. Dicit Dionisius de diuinis nominibus. q omnibus amabile et diligibile est primum bonuz ⁊ pulchrum. hoc autē deus est. ergo a nullo odio habetur ¶ Secundo sic Nullus potest ipsam bonitatem odio habere. sicut nec maliciam velle malum enim est omnino inuoluntariū. vt dicit Dionisius quarto de diuinis nominibus. De9 aūt ē bonitas ipsa. g° nullus potest eum odio habere.

¶ Tertio sic. Odium ē auersio q̄dam sed sicut dicit dionisi9. i. ca. de diuinis nominibus. Deus omnia ad seipsum cōuertit. ergo nl'lus eum odio habere potest. In oppositum est presens euangeliū Et illud ps. Supbia eorū qui te oderunt ascendit semper. et Johan. xv. Nunc autem et viderūt et oderunt me et patrem meum.

¶ Respondeo dicendum iuxta sanctum Thomam. Odium est motus appetitiue potentie. que non mouetur nisi ab aliquo apprehēso. Deus autem dupliciter apprehendi potest ab homine. vno modo ẜm seipsum. puta cum per essentiaʒ videtur. Alio modo p effectus suos. cum scilicet inuisibilia dei per ea que facta sunt ītellecta conspiciuntur. Ista distinctione posita: sit ista pma conclusio ꝙ Deus in seipso odio haberi non potest. quoniam ipse per essentiam est ipsa bonitas: quā nl'lus odio habere potest. quia ỏ ratione boni est ꝙ ametur. vnde impossibile est ꝙ aliquis videns deū per essentiam eum odio habeat.

Secundo potest comprehendi per effectus suos. et quia eorum aliqui sunt qui nullo mō possunt esse contrarij voluntati humane. sicut sunt esse viuere ⁊ ītelligere Est conclusio secunda iuxta Albertum. ꝙ cum deus sit principium dans esse ⁊ continens in esse et gubernans ad optimuʒ sue nature vnūquodqʒ. et cum omnia appetant esse sicut et bonuʒ a nl'lo potest haberi odio. sed in ista consideratione omnia aut naturali aut animali aut intellectuali motu amant deum. Sunt autem quidam effectus dei qui repugnant inordinate voluntati. sicut inflictio pene. et etiam cohibitiō peccatorum per legem diuinam que repugnant voluntati deprauate per peccatum. Et sic est tertia conclusio. Et ẜm hanc consideratoneʒ talium effectuum ab aliquibus deus odio haberi potest. inquantum scilicet apprehēditur peccatoꝝ prohibitor et penarum inflictor. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad pimam respōdetur. ꝙ dictum Dionisij de appetitu naturali intelligitur. qui tamen in damnatis peruertitur per id quod additur ex deliberata voluntate. Vel dicendum. ꝙ ratio illa procedit quantum ad illos qui vident dei essentiam que est ipsa essentia bonitatis. ¶ Ad secundam respondetur eodeʒ modo. ¶ Ad tertiaʒ respōdetur. ꝙ deus conuertit omnia ad seipsuʒ inquantum est essendi pincipiuʒ quia omnia inquantum sunt. tendunt in dei similitudinem qui est ipsum esse.

AD tertiaʒ sic proceditur Et videtur ꝙ non omnis sollicitudo temporalium sit prohibita. Primo sic ex illo. Luce. x. Martha sollicita es erga plurima. ¶ Secūdo ex illo ad Ro. xij. qui pest i sollicitudine ⁊c̄. Tertio ex illo. i. Coꝛ. vij. Qui cū vxore est. sollicitus est q̄ sūt mūdi quomō placeat vxori

¶ In oppositum est euangelium presens. Respondeo iuxta dominum albertum dicendum q duplex est sollicitudo. Vna e suffocans et est quando vitalis spiritus qui in nobis lucet fide et calet caritate sollicitudine presentis seculi sic stringitur vel extinguitur q ad deu se extendere no potest. nec vehere virtutem ad obsequiuz christi. nec spirare aures spussancti. tuc fit omnino qd dicitur Math. xiij. q verbum inter spinas cadens a sollicitudinibus et curis seculi suffocatur. et non fert fructum. Et hec sollicitudo est quando tanta cura mundanorum habetur q lucra mundana ppontur diuinis. et hec sollicitudo hic interdicit. Alia e sollicitudo spiritum vitalem no stringens nec operiens vt extinguat. sed potius dilatans. vt ille q totus ascendit per deuotionem ad deum dilatatur i prouidentia comissorum. et hoc modo dicit ad roma. xij. Qui pest in sollicitudine rc. et hec non interdicitur. sz conceditur. et illis quibus incumbit precipitur i. Thimo. v. Qui suorum et maxime domesticorum curam non habet rc. Est etiam sollicitudo circa tempalia bona no tanq circa finem vltimu et principalia bona sed sicut circa organa et instrumenta perueniedi ad consequendum spualia bona. et talis sollicitudo est licita. sicut illa que fuit marthe. Ex his patz responsio ad obiecta.

Dominica decimasexta e euangeliuz. Ibat Ihesus in ciuitatem que rc. Luce. vij. Circa quod mouet tale dubium.

Utruz hoc miraculu quo resuscitauit filium vidue fuerit sufficienter ostensiuum diuinitatis christi. siue q xpus esset verus deus Et videtur q non ¶ Primo sic. Esse deum et hominem est xpum christi. sed alijs multis tam veteris q noui testameti sanctis comune fuit resuscitare mortuu. ergo illa resuscitatio mortui non fuit sufficies ad ostendendum diuinitatez xpi ¶ Secundo sic. Virtute diuinitatis nihil est maius. sed aliqui fecerunt maiora miracula q xpus Dicitur enim Ioh. xiiij. Qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet et maiora horum faciet ergo videt q hoc miraculu nec alia que christus fecerit fuerunt sufficientia ad ostendendum diuinitatem christi ¶ Tertio sic. Ex particulari no sufficienter ostenditur vniuersale. sed istud miraculum fuit quoddam pticulare opus. ergo ex illo non sufficient demonstrata est diuinitas christi ¶ In oppositum est euangeliu in quo ex magnitudine miraculi dicitur. q accepit omnes timor. s. admirationis. et glorificabat deum ¶ Item patet ex illo. Ioh. v. Opera que dedit mihi pater vt faciam ipsa testimoniuz phibet de me ¶ Respondeo dicendiz sub ista conclusione. Miraculu hoc

quod xp̄us fecit sufficienter ostē dit diuinitatem xp̄i siue christuz esse. Ista cōclusio patet. q2 susci tatio mortui ẜm ipsam spēm ope ris transcendit omnem potesta= tem create virtutis. ⁊ ideo nō po terat fieri nisi virtute diuina. Secūdo patet. ꝓpter modū obſ= uatum in faciendo hoc miraculū quia nō orando sed imperando ꝓ pria virtute fecit. Vn̄ dicit᷑ Luce vi. ꝙ virtus exibat de illo ⁊ sana bat oīs. Per hoc ostenditur si cut dicit Cyrillus. ꝙ non accipie bat alienam virtutem. sed cū essꝫ naturaliter deus propriam virtu tem super infirmos ostendebat.

¶ Alij autez sancti qui fecerūt mi racula faciebant hec implorādo diuinam potentiam et clementiā non imperando. et si aliquādo im perabant / hoc non erat ꝓp̄a v̄tu te. sed exprimendo virtutem chri sti tanq̄ ministri et non domini.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negādo cō= sequentiam. Et ratio est. q2 xp̄us operat9 est hoc miraculū et alia ꝓp̄a virtute. qđ non fecerunt alij sed virtute diuina. Vnde quisqꝫ alius homo aliquid hoꝝ fec̄ / ip so faciente fecit. hoc autēm ipse non alijs facientibus fecit. vt di cit Aug9 ¶ Ad secundam respō detur negando cōsequentiaz. Et ratio est. q2 licet xp̄us dederit a= postolis potestatem miracula fa ciendi ⁊ maiora q̄ ipse fecerat p seipsum. maximum eniꝫ inter mi racula christi fuit ꝙ ad tactum fimbrie eius sanabantur ifirmi vt habetur Math. ix. Sed ꝺ Petro legitur Actuū. v. ꝙ ad eius vm= bram sanabantur infirmi. maius autem est ꝙ sanet vmbra q̄ fim bria. non tamen apostoli fecerūt miracula v̄tute ꝓp̄a. sed virtute christi. et ideo ratio non procedit

¶ Ad tertiam respondetur negā= do consequentiam. Et ad proba tionez respondetur. ꝙ quādo ali= quod ꝑticulare opus ꝓp̄um ē ali cuius agentis / tunc per id ꝑticu= lare op9 probatur tota v̄t9 agē tis. sicut cum ratiocinari sit ꝓp̄uꝫ hominis / ostenditur aliquis esse homo ex hocipso ꝙ ratiocinatur circa quodcunqꝫ particulare ꝓ= positum. Et similiter cum ꝓp̄a virtute miracula facere sit soli9 dei. sufficienter ostensum est chri stum esse deum ex quocunqꝫ mi= raculo / qđ ꝓp̄a virtute fecit.

In dominica decimasep= tima est euangeliuz. Cū intrasset Ihesus domū ⁊c̄. Luce. xiiij. Circa qđ possunt disputari sequentes questiones.

¶ Prima. Vtrum appetere prela= tionem sit peccatū m ¶ Secundo. Vtrum ambitio sit peccatum.

Ad primam questionem sic proceditur. Et videt᷑ ꝙ appetere prelationem vt episcopatum sit licitum et nō sit peccatū. Primo sic. Dicitur p°. Thimoth. iij. Qui episcopatū desiderat bonū opus desiderat. sꝫ licitum et laudabile ē bonū op9 desiderare. ergo licituz est deside= rare prelationem siue episcopatū

¶ Secundo sic. Stat9 episcopoꝝ

est perfectior q̄ status religio-
sorum. sed laudabile ē q aliquis
desiderat ad statum religiosoꝝ
transire. ergo etiam laudabile ē
q aliquis appetat ad episcopatū
vel prelationē promoueri. ¶ Ter
tio sic. Facta sanctoꝝ que in scri
ptura narrantur / proponūtur nobis
in exemplum. sed legitur Ysaie
vi. q Ysaias se obtulit ad officiū
predicatōnis / qd precipue conue
nit p̄latis. ergo videtur q appe-
tere prelationem siue episcopa-
tū sit laudabile et ita nō sit pec-
catum. ¶ In oppositū est euange-
lium p̄ns. vbi dn̄s reprehendit eos
qui p̄mos accubitus eligebant.
Secūdo est illud qd dicit Aug9
ix. de ciuitate dei. Locus superior si
ne quo populus regi non potest et
si administretur vt decet / tn̄ inde
center appetitur ¶ Respondeo di
cendum iuxta sanctum Thomaꝫ
in secunda secunde. q in episco-
patu tria possunt considerari. quoꝝ
vnum est principale et finale. scꝫ
episcopalis opatio qua vtilitati
proximoꝝ intendit. ꝑm illud Jo-
han. vlt. Pasce oues meas. Ali
ud est altitudo gradus. quia epi
scopus siue prelatus super alios
constituitur. ꝑm illud Luce. xij.
Fidelis dispēsator et prudēs quē
constituit dominus super famili-
am suam. Tertium autem est. q
frequenter se habeant ista. scili
cet reuerētia et honor et sufficiē-
tia tempalium. ꝑm illud. p°. ad
Thimoth. v. Qui bene p̄sunt p̄-
sbiteri duplici honore digni ha-
beantur. Qua consideratōe habi
ta respondetur p cōclusiones.
Prima est. Appetere episcopa-
tum ratione hmōi circūstantium
honoꝝ. scꝫ reuerentie honoris et
sufficientie tempalium est illici-
tum. Patet. quia hoc ptinet ad
cupiditatem vel ambitionem.
¶ Vnde contra phariseos dominus
ait. Math. xxiij. Amant p̄mos
accubitus in cenis. et p̄mas ca-
thedras in synagogis / salutatio
nes in foro / et vocari ab homini
bus rabi. ¶ Secunda conclusio
quantum ad secundū scilicet ad
celsitudinem gradus. Appetere
prelationem siue episcopatū est
illicitum et peccatum. Patet. qr
hoc ē p̄sumptuosum. patet. Nul
lus debet appetere sup̄ suas vires
non sibi proportionatum / aliter eīn
esset stultus. Oratius. Qui nescit
campestribus abstinet ab armis
sed ad episcopatum nullus ē ido
neus nisi qui ꝑm gradum et con
uenientiam omnes alios excedit
in conuersatione et contempla-
tione. ita vt cōspectu sui alij sint
grex. Vnde hanc idoneitatem de
se presumere maxime supbie est.
Vnde dominus Math. xx. argu
it discipulos primatum querētes
dicens. Scitis quia principes gē
tium dominantur eorum ꝛc. Vbi
Chrisostom9 dicit. Per hoc ostē
dit q gentile est p̄matus capere
et sic gentium compatione eoꝝ
animas conuertit ¶ Tertio con-
clusio. Appetere proximis prodesse
est ꝑm se laudabile et virtuosum
veꝝ quia hoc put est episcopal'
act9 hꝫ annexā g̅dus celsitudinē

Est conclusio quarta · q videtur presumptuosum q aliquis preesse appetat ad hoc q subditis prosit: nisi manifesta necessitate imminente · sicut Greg · dicit in pastorali · q tūc laudabile erat episcopatuz querere quando p hoc quãq dubium non erat ad supplicia grauiora puenire · bene tamen absq3 presumptione pōt quilibet appetere talia opera facere si eum contigerit i tali officio esse: ita q opus bonuz cadat sub desiderio · non autem principatus dignitatis. Unde Chris · dicit super Math · Opus quidem desiderare bonum est · pmatum autē honoris concupiscere vanitas est · primatus enim fugientem se desiderat · desiderantem se horret

¶ Ad rões in oppositum · Ad primam respondetur q apostolꝰ illud dixit vt dicit Greg · in pastorali · illo tempe qn̄ ille qui perat pus ad martiriū ducebatur: ⁊ sic nihil aderat in episcopatu quod appeti posset · nisi bonum opus ·

¶ Ad secūdaz rn̄detur negãdo cōsequentiā · Et rō est q2 nō est eadez rō de statu religionis ⁊ d statu episcopali · ppter duo · Prima quidem · quia ad statū episcopalem pexigit vite pfectio · sed ad statum religionis nō pexigit. Et hmōi differentie rō est · q2 sedm Dionisiū · Perfectio ptinet actiue ad episcopū sicut ad pfectiorē ¶ Ad monachū aūt passiue sic ad pfectū. Requirit aūt q sit pfectus ad hoc q possit alios ad perfectionē adducere · qd non pexigitur in eo qui debet ad pfectionem adduci · Est autem presumptuosum q aliquis pfectū se reputet · non autē q aliquis ad pfectionem tendat · Secūdo q2 ille qui statum religionis assumit se alijs subijcit ad spūalia capiēda: et hoc cuilibet licet · Unde Augustinus · xix · de ciuitate dei ¶ A studio cognoscende veritatis nemo phibetur · qd ad laudabile ptinet ocium · s3 ille qui transit ad statum episcopalē sublimatꝰ ad hoc q alijs prouideat · et hanc sublimationem nullus debet sibi assumere · s̄m illud ad Heb · v · Nemo assumit sibi honorē · sed q vocatur a deo ¶ Et Chris · dicit sup Matheum · Primatū ecclesie cōcupiscere nō iustū ē nec vtile · qs em̄ sapiens vult se subijcere vltº seruituti ⁊ piculo tali. vt decet p omni ecclesia. nisi forte q non timet dei iudiciū · abutēs pmatu ecclesiastico seculariter. vt sc3 conuertat ipsum in secularem ¶ Ad tertiam rn̄detur negãdo cōsequētiam · Et rō ē · q2 sic dic Greg · in pastora. Ysaias qui mitti voluit ante se p altaris calculū purgatū vidit · ne non purgatus adire q̄sq̄ q sacra misteria audeat · q2 ergo valde difficile ē purgatū se quēlibet posse cognoscere pdicatōis officiū tutius declinatur.

Ad secūdam questionem sic pcedit · Et videt q ambitio nō sit peccatuz · Primo sic · Ambitio importat cupiditatem honoris · sed honor de se quoddam bonum est · maxime

inter exteriora bona. vnde et illi
qui de honore nō curāt vituperā
tur. g° ambitio nō est peccatū. ꝫ
magis aliqd laudabile ꝼm ꝙ bo
num laudabiliter appetit̄. ¶ Secū
do sic. Quilibz absqꝫ vitio potest
appetere qd sibi debet̄. sed honor
est pmiū v̄tutis. p°. ethi. et viij.
ergo ambitio honoris nō ē pec
catū. ¶ Tertio. Illud p qd hō ꝓ
uocatur ad bonū ⁊ reuocat̄ a ma
lo nō est peccatū. sed p honorez
hoīes ꝓuocantur ad bona facien
da. et mala vitāda. sicut phus di
cit in. iij. ethi. et Tullius in li. de
tusculanis questionibus. ꝙ hōr
alet artes. ergo ambitio non est
peccatū. In oppositū est euange
liū p̄sens. in quo manifeste reꝓ
bat ambitionem honoris in hoī
bus. Respondeo dicendū ꝙ am
bitio semp est peccatū Ista con
clusio primo patet ex illo. p°. co
rinth. xiij. Caritas nō est ambiti
osa. nō querit que sua sunt. nihil
autē repugnant caritati nisi pec
catū. ergo ambitio est peccatum
Pro qua cōclusione plenius ostē
denda. notādum est iuxta sanctū
Thomā in scda scde. ꝙ honor i
portat quandam reuerētiā alicui
exhibitam in testimoniū excellē
tie eius. Circa autē excellentiaz
hominis duo sunt attendenda.
¶ Primo quidez ꝙ ꝼm illud quod
hō excellit nō hꝫ hō a seipso. sed
est q̄si diuinū in eo. ⁊ ideo ex hoc
non debet̄ principaliter sibi ho
nor sed deo. Secūdo cōsiderandū
ē ꝙ id in q̄ excellit dat̄ homini
a deo. vt ex eo alijs ꝓsit. Tripli
citer ergo appetitū honoris cōtin
git esse inordinatū. Vno mō per
hoc ꝙ aliquis appetit testimoni
um de excellētia quā nō hꝫ. qd ē
appetere honorē sup̄ suā ꝓportio
nem. Alio mō p hoc ꝙ honorē
sibi cupit nō referēdo in deū. Ter
tio mō p hoc ꝙ appetitus eius i
ipo honore qescit nō referēs ho
norē ad vtilitatē alioꝝ. Ambitō
aūt importat inordiatū appetitū
honoris. vñ manifestū ē ꝙ am
bitio sp sit peccatū. ¶ Ad ratōes
in oppositum. Ad p̄mam rūdetur
negādo cōsequentiā. Et rō ē. qr
appetitus boni debet regulari se
cūdū rōem. cuius regulā si tran
scendat erit viciosus. et hoc mo
do vitōsum ē ꝙ aliqs appetat ho
norem nō ꝼm ordinē rōnis. Vitu
perant̄ aūt qui nō curāt de hōre
ꝼm ꝙ rō dictat. vt scꝫ vitent ea
que sunt cōtraria honori. Ad se
cundam rūdet̄ negando minorez
Dicimus em̄ ꝙ honor nō est pre
miū virtutis q̄ ad ipsum v̄tuosus
vt scꝫ hoc ꝓ p̄mio expetere de
beat. sed ꝓ premio expedit beati
tudinem que est finis v̄tutis. di
citur aūt esse premiū virtutis ex
pte alioꝝ qui nō habēt aliquid
maius qd v̄tuoso tribuant q̄ ho
norem. qui ex hoc ipso magnitu
dinem hñt. qd phibet testimoni
um v̄tuti. vñ patet ꝙ nō ē suffici
ens p̄miū. vt dr. iiij. ethi. ¶ Ad
tertiā rūdet̄ negādo ꝯñaz. Et rō
est. qr sicut p appetitum honoris
qñ debito mō appetit̄ aliq̄ ꝓuo
cant̄ ad bonū et reuocātur a ma
lo. ita etiaz si inordinate appetat̄

potest esse homini occasio multa mala faciendi. dum scz nō curat qualitercunqz honorem cōsequi possit. siue dotibus siue fallacijs. dicitur etiam q illi qui solū ꝓpter honorem. vel bona faciūt vel mala vitant, nō sunt virtuosi. vt ptz per phm. iij. ethicoꝝ. vbi dicitur q non sunt vere fortes qui propter honorem fortia faciunt.

In dominica decimaoctaua est euangeliū. Audientes pharisei. Math. xxij. Circa qd possunt disputari sequētes questiones. ¶ Primo. Vtrum de caritate fuerint data duo pcepta. Secundo. Vtrum hō ex caritate debeat diligere ꝓximū plus q seipsum. ¶ Tertio. Vtrū xpūs sufficienter ꝓbauit phariseis in se habere diuinā naturam dicens Quomodo ergo Dauid i spiritu vocat eum dominum.

Ad primaz questionē sic ꝓceditur. Et videt q de caritate non fuerint danda duo precepta. ¶ Primo sic. pcepta legis ordinant ad virtutez sed caritas est vna vtus. ergo de caritate non fuit dandū nisi vnū preceptū. ¶ Secundo sic. dic Augustin9 in primo de doctrina xpiana. Caritas in proximo non diligit nisi deum. sed ad diligendum deum sufficeret ordinatio p hoc preceptum. Diliges dnm deum. ergo non oportuit dari aliud preceptum de dilectōne proximi. ¶ Tertio sic. Aplus dicit ad Roma. xiij. Qui diligit ꝓximum legem impleuit. sed non impletur lex nisi p obseruantiam omnium preceptoꝝ. ergo omnia precepta includūtur in dilectione proximi sufficit ergo hoc vnum pceptuz de dilectione proximi. non ergo debuerunt dari duo pcepta caritatis. ¶ In oppositum est christus in euangelio presenti. qui duo pcepta ponit caritatis. ¶ Respōdeo dicendum sub aliquibus cōclusionibus. Prima est. q duo precepta caritatis posita a xpo in euāgelio pſenti sunt sufficiētia. Ista cōclusio probatur sic. ¶ Precepta in lege se habent sicut ꝓpositiones in scientijs speculatiuis. in qbus cōclusiones virtute cōtinentur in pmis principijs. vnde q pfecte cognosceret pricipia scdm suam totam virtutem, non opus haberet vt ei cōclusiones seorsuz ꝓponerentur. sed quia nō omnes qui cognoscunt principia sufficiunt cōsiderare quicquid in principijs virtute continetur. necesse est ꝓpter eos vt in sciētijs ex principijs cōclusiones deducūtur. In opabilibus autem in quibus pcepta legis nos dirigūt, finis hz rationem principij. dilectio autē dei finis est ad quem dilectio proximi ordinatur. et ideo non solum oportet dare preceptum de dilectione dei. sed etiam de dilectiōe proximi ꝓpter minus capaces q non de facili considerarent vnum hoꝝ preceptoꝝ sub alio contineri. ¶ Secunda cōclusio. Inter ista duo precepta. pmum dignitate et maximū est pceptum de dilectōne dei Patet ista cōclusio ex illo

ad naturam spualem siue interio rem. q̄ q̄tum ad naturaz corpa lem siue exteriorē. et ideo ea que sunt bona nature spualis siue ite rioris plus debet optare q̄ ea q̄ sunt bona sibi sm naturam exterio rem. Isto pmisso sit ista cōclusio Homo sm naturam spualē magis debet post deū diligere seipsuz q̄ quēcūqz aliū ¶ Ista cōclusio patz ex ipsa rōne diligēdi. Naz de⁹ di ligit vt pncipiū boni. sup q̄ fun datur dilectio caritatis. hō autē se diligit ex caritate sm rōez q̄ ē pticeps pdicti boni. Proxim⁹ au tem diligit sm rōem societatis i isto bono. cōsociatio aūt ē rō di lectionis sm quādaz vnionē in or dine ad deū. Vn sic vnitas potior ē q̄ vnio. ita q̄ hō participet bo num diuinū ē potior rō diligendi q̄ q̄ aliū associet sibi in hac pti cipatione. et ideo ex caritate debz magis seipsum diligere q̄ pxi mū. Et huiōi signū est q̄ hō nō debet subire aliqd malū peccati qd cōtrariat pticipationi btitu dinis vt pximū liberz a peccato ¶ Secunda cōclusio ē. q̄ hō ex ca ritate magis debet diligere pxi mū q̄ seipm sm naturam corpalez Patet cōclusio. qz illud ē magis diligendū qd habet pleniorē rōz diligibilis ex caritate vt dictuz ē cōsociatio aūt in plena pticipati one beatitudinis q̄ est rō diligen di proximū. est maior rō diligēdi q̄ pticipatio beatitudinis p redū dantiam. que est ratio diligendi pprium corpus siue naturam cor poralem. et ideo pximū quantuz ad salutē anime plus debem⁹ di ligere q̄ pprium corpus. ¶ Ad rationes in oppositū. Ad primaz respondetur negādo cōsequentiā Et rō est. qz dilectio caritatis nō solū habet quātitatem ex pte ob iecti qd est deus. sed etiaz ex pte diligentis qui est ipse hō carita tem habens. sicut et quātitas cu iuslibet actionis depēdet quodam modo ex ipso subiecto. et ideo li cet pximi melior sit deo ppinquior quia tamen non est ita ppinqu⁹ caritatem habenti sicut ipse sibi. non sequitur q̄ magis debeat ali quis proximum q̄ seipsuz dilige re. ¶ Ad secundam respondet ne gando cōsequentiam Et ratio ē. quia homo debet detrimenta cor poralia pati et sustinere pter a micum. et hoc ipso magis seipsuz diligit scdm spualem mentez. qz hoc ptinet ad perfectionem vir tutis que est bonū mentis. sed in spualibus non debet homo pati detrimentū peccādo vt proximū liberet a peccato. sicut dictū est. ¶ Ad tertiam respondetur negā do cōsequentiam. Et rō est. quia tradere se morti pter amicū est pfectissimus actus virtutis. vnd hunc actum magis appetit vtuo sus q̄ vitam propriam corporalē Vnde q̄ aliquis vitam propriam corporalem pter amicum ponat nō contingit ex hoc q̄ aliqs pl⁹ amicū q̄ seipm diligat. sz qz in se pl⁹ diligit bonū virtutis q̄ bonū corporale.

Ad tertiam questionem sic proceditur ¶ Et videt

q christus non sufficienter probauit phariseis in se habere diuinam naturam. ex illo Quomodo ergo dauid in spiritu vocauit eum dominũ ¶ Primo sic. quia vt dicitur Ysa. liij. Generationem eius quis enarrabit. sic ergo generatio eterna est ineffabilis. de illa non põt intelligi textus ille. ergo ex illo nõ potuit capi sufficiens argumentũ. Secũdo sic. textus ille non videtur posse intelligi de christo. quo dr. Se de a dextris meis. quia dextera et sinistra sunt differentie positionũ corporalium. sed nihil corpale cõuenit deo. quia deus spũs est. Joh. iiij. g° sedere a dextris nõ conuenit filio dei ¶ Tertio idem arguitur ex illo qd sequitur. Donec ponam inimicos rc. ex quo videtur q post q̃ posuerit inimicos q vltra non sedebit a dextris dei ¶ In oppositum est euangeliũ. vbi dicit. q nemo poterat ei respondere verbum. ¶ Respondeo dicendum. q christus sufficienter pbauit ĩ se naturam diuinaz esse. ex illo loco Pro cuius euidentia considerandum. q licet pharisei legisperiti cognouerũt ihesuz esse verũ christum. et p consequẽs deum r hominem. quia tamen conceperunt cõtra eum odium et rancorem. hec vera estimatio corrupta est ĩ eis aliquo modo. et ideo inceperunt euz negare et psequi tanq̃ blasphemum. quia dicebat se esse filium dei. et p consequens incipiebant corrũpere scripturas. et dãnare que loquebãtur de eius diuinitate. propter quod dominꝰ fecit eis illam questionem de christo cuius filius est. dicunt ei. Dauid solum. sez diuinitatem negãdo. sed xpus ait illis arguendo ĩ contrarium. Quomodo dauid in spiritu. spũsancto inspiratus vocat eum dominũ dicẽs. Dixit dominꝰ domino meo sede a dextris meis rc. Qd enim ista scriptura intelligatur de christo. patet. quia ipsi pharisei non negauerũt hec sed concesserunt sedere a dextris meis. Sedere a dextris vno modo accipitur pro equalitate. sicut sup̃ circa ascensionem dictuz est. et sic christꝰ sm q deus sedet ad dexteram ¶ Alio modo est esse in potioribus bonis. r hoc modo cõuenit christo scdm humanitatez quia vt sic in gloria preest angelis. donec ponam inimicos tuos. rc. Istud complebitur in iudicio qñ oĩa pfecte subijcientur homini christo. Si ergo Dauid vocat eum dominum. quomodo est filius eius? quasi diceret. cuz scdm naturam humanam sit filius dauid. per consequens eo inferior. oportet ponere in eo aliam naturam per quã sit dominus eius et eo superior. hoc aũt esse non põt nisi sit diuina. et sic in christo fuit due nature. sez diuina r humana r quia sufficienter probauit hoc sequitur. Nemo poterat respondere. quia nõ poterant scripturaz negare. nec ausus fuit quisq̃ ex illa die eum amplius interrogare. Considerandum tamen q vt dicit magister Nicolaus de lyra.

ꝙ iudei moderni diuinitatē3 chri
sti negantes dicunt predictā au=
ctoritatem esse ad litteram de
Abraam et ꝙ Eleazar dispensa
tor domus Abrae fecit hūc psal
mum. agens deo gratias de vi=
ctoria quam habuit Abraam ꝯ
quinq3 regibus. vt patet Geñ.
xiiij. Post quā victoriam appaɾu
it dominus Abrae dicens. Noli
timere Abraam ego ꝓtector tu=
us sum et merces tua magna ni=
mis. Dicunt ergo ꝙ Eleazar lo
quitur sic. Dixit dominus id est
deus celi qui est dominus omnū
dixit domino meo Abraam. Sede
a dextris ⁊c. quia cōfortauit eum
vt visum est promittēdo ei auxi=
lium et p̄mium. Sed ista expositi=
tio ptz esse falsa ex multis. Pūo
p titulum psalmi. vbi ponit̄ p̄s.
Dauid. etiam in hebreo. quia nō
ponitur ī psalmis factis ab alijs
Secundo per illud ꝙ scribitur i
psalmo. Ex vtero ante luciferum
genui te. qd̄ non potest dici de
abraa3 ꝙ sit genit⁹ ex vtero di
vel substantia. et ante luciferum
id est ante mundi creationem. s3
solum potēst verificari de filio dī
Et iterum in fine psalmi dicitur
Tu es sacerdos ⁊c. qd̄ nō potest
verificari de Abraam qui nō fuit
sacerdos. et dato ꝙ fuisset. tamē
sacerdotiū eius nō potuisset fuisse
eternū. sed solū sacerdotiū chri=
sti est eternū. ❡ Ad rōes in oppo=
sitū. ❡ Ad p̄mam r̄ndetur negādo
cōsequentiam. q2 licet generatiō
eterna sit ineffabilis hoib⁹ non
tamen deo. qui de ea loquitur in
sacra scriptura. ❡ Ad secundam
respondetur negando consequē=
tiam. Et rō est. quia per dexterā
non intelligitur aliqua sedes lo=
calis. sed equalitas glorie et ho
noris. sicut dictum est in qua est
equalitas christus patri s̄m qd̄
deus. ❡ Ad tertiam respondetur
negando consequentia3. Et ratio
est. quia sp donec aliquando im=
portat tempus determinatum. ali
quando infinitum. hic vero ipoꝛ=
tat infinitum.

Dominica decimanona ē
euangeliu3 ❡ Ascendens
Jhesus in nauiculā. ma
thei. ix. Circa quod possunt dispu
tari sequentes questiones. ❡ Pri=
ma. Vtrum christus scd̄m quod
homo habuit potestatem dimit
tendi peccata. ❡ Secunda. Vtrū
a christo fuerit aliqua potestas
collata ministris ecclesie. ad ex=
pulsionem vel remissionem pec=
cati. ❡ Tertia Vtrum eque facile
sit paraliticu3 curare et peccata
dimittere.

Ad primam questione3
sic proceditur. Et vide
tur ꝙ christus scd̄3 ꝙ
homo habuit potestatē dimittē
di peccata. ❡ Primo sic. ex p̄nti
euāgelio vbi dr̄. Vt autē sciatis
q2 filius hoīs h3 p̄tāte3 dimittē=
di pc̄tā. dixit paralitico. Surge et
ambula. sed non oportebat ōnde=
re signū ad ꝓbādū ꝙ de⁹ habe=
ret p̄tātem dimittēdi pc̄tā. quia
hoc iudei confitebantur. ergo eti
am scd̄m ꝙ homo habuit pote=
statem dimittendi peccata.

¶ Secundo sic. Xp̄us ſm qđ hō ē redemptor noster. sed nō pōt aliquis liberari a seruitute peccati. nisi peccatū dimissum sit. g° xp̄s ſm qđ hō habuit ptātem dimittendi peccata. Tertio sic. sup illud Joh. v. Sicut pater suscitat mortuos ꝛc̄. Dicit Aug9 ¶ Judicat et suscitat corpa nō pat̄ ꝫ filius ſm hūanitatis dispositionez. qua minor ē patre. sed suscitatio corpoꝝ attestat̄ suscitatōz aīaꝝ que fit p remissionē peccati ergo xp̄us ſm qđ homo potuit dimittere peccata. ¶ In oppositū sic. Illud qđ est solius dei nō conuenit xp̄o ſm ꝙ hō. sed dimittere peccata ē hmōi ſm illud Ysaie. xliij. Ego sum qui deleo iniquitates tuas ꝓpter me. ergo nō cōuenit xp̄o ſm qđ homo ¶ Secūdo sic. Nulli remittit̄ peccatum nisi p spm̄sanctū. sed xp̄us scđm qđ hō non poterat dare spm̄sanctū. ergo non poterat remittere peccata ſm qđ hō. R̄ndeo dicēdū iuxta sanctū Thomā. ꝙ triplex ē ptās absoluēdi a peccato Vna ē ptās auctoritatis. et hec solius ē dei qui ꝓpa v̄tute pc̄tā dimittit quasi ꝑncipalis cā remissionis peccati. Vn̄ de tali ptāte sit ista cōclusio. Christus remittere pc̄tā nō potuit ſm qđ hō. Patet cōclusio sic. Ille solus potest pc̄tā dimittere ꝓpria ptāte q̄ pōt aīas viuificare. sed soli9 dei ē aīas viuificare vt dic̄ August. sup Joh. g° ꝛc̄. Alia ē ptās ministerij Et de tali ē scđa ɔclusio. ꝙ talis ptās cōuenit his q̄ sacramenta ministrant vel dispēsant i quibus diuina virtus secreti9 operatur salutē. Tertia ptās ē media que dr̄ potestas excellentie. ꝛ de ista ē tertia ɔclusio. ꝙ hanc xp̄us pre alijs habuit. Attendit̄ autem hec ptās quātum ad tria Primo quantū ad hoc. ꝙ ex merito passionis eius baptismus efficaciam habet. non autem ex merito alicuius alterius baptizātis Secundo quantuz ad hoc ꝙ xp̄s sine sacramento sacramentoꝝ effectum conferre potuerat q̄si dominus et institutor sacramētoꝝ. quod de alijs non dicitur ꝛc̄. Tertio quantum ad hoc. ꝙ ad inuocationem nominis eius dabatur remissio peccatoꝝ in baptismo i prima ecclesia. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respōdetur negando consequentiam. Et ratio est. quia filius habebat potestatem auctoritatis dimittendi peccata. non ſm quod hō. sed ſm qđ deus. et ideo p miraculum ostensum hoc ꝓbatur ꝙ ille homo esset deus cui natura obediebat quasi ꝓpo creatori. Ad secūdam r̄ndetur negando cōsequentiam. Et ratio est. quia redēptor vno mō dicit̄ ꝓpter vsum ptātis auctoritatiue in absoluēdo a peccato et sic xp̄us scđm ꝙ deus redemptor ē. Alio mō dr̄ ꝓpt̄ officiū hūilitatis. ꝛ sic cōpetat xp̄m esse redēptorē ſm qđ hō inq̄tū p hūilitatē passiōis nobis remissionē meruit peccatoꝝ. et hoc ptinet ad ptātez excellētie vt dc̄m est. Ad tertiam r̄ndet̄ negando

consequentiam de potestate auctoritatiua. Dicim9 em̄ q potestas quam xp̄us habuit suscitandi corpora non fuit potestas tantum ministerij. sicut etiam petr9 mortuos suscitauit. nec ē iterꝫ potestas auctoritatis. quia hoc solius dei est. sed ē potestas cuiusdam excellentie que ei competit ex vniōe ad deū. vt scꝫ imperio ñ prece mortuos suscitaret. et simil' habuit potestatē excellentie in remittendo peccata.

AD secundam questionē sic pceditur. Et videt q a xp̄o fuerit aliqua potestas collata ministris ad expulsionem siue remissionē peccati. Primo. Data est ministris aliq potestas sp̄ualis. sed ad emūdationem corpalem non requirit aliqua ptās sp̄ualis sed sufficit corporalis. ergo ministris collata ē aliqua potestas sp̄ualis ad emūdationem interiorem. Secūdo sic scd'm Dionisiū. vi. celestis ierarchie. ad ministros ecclesie ptinet purgare/illuminare et pficere. sed purgatio in ecclesia fit a sordibus mētis. ergo ministris ē data ptās coopandi ad interiorem emūdationem ¶ Tertio sic. Plus est expellere demonē q seminatum p ip̄m scꝫ peccatū. sed de9 dedit hoībus ptātem demones expellendi vt patet Luce. x. Ergo multo forti9 potuit dare potestatem expellendi peccatū ¶ In oppositū arguitur sic. Maius ē iustificare impiū q creare celū et terram. sed in creatione celi ꝛ terre nihil d' eo coopatur. ergo nec in iustificatione impij. Respondeo dicendum sub certis cōclusionibus iuxta triplicē ptātem determinatā in supiore questōne.

¶ Prima ptās auctoritatis expellendi peccati siue emūdandi animas a peccatis nō pōt creature alicui cōicari. Ista cōclusio patꝫ sic. Quicquid enīꝫ cōicatū alicui traheret ip̄m extra terminos spēi non pōt cōicari ei. sicut equo non pōt cōmunicari q hēat rōem. q uis hoc cōmūicatum sit homini. q autē cōicatum alicui traheret ipsuꝫ extra terminos creature nō potest alicui creature cōicari. potestas autē auctoritatis ē huiusmodi. qr non pōt esse q creatura sit principale agens respectu nobilissimi effectus quo vltimo fini cōiungitur anima rōnalis cui9 est gratia p quaꝫ fit remissio peccatoꝝ. Secunda cōclusio. Potestas ministerij cooperationis ad emundationem interiorem collata est ministris. non sicut causans sed sicut disponens ad eam. Ipsi em̄ sacramenta cōferunt que ad gratiam disponūt p quam fit remissio peccatoꝝ Vnde Ioh. xx. dicit discipulis. Quoꝝ remiseritis peccata remittuntur eis. nec hoc dicit quantū ad manifestationem tm̄ sic aliq volūt dicere. qr sic sacdos noui testamēti nō haberet maiorē ptātē q sacerdos veteris testamti g° optꝫ itelligere q aliq mō cooperet ad emūdationē culpe instrumentaliter et dispositiue sicut dictum est...

¶ Tertia cõclusio. Potestatem excellentie deus homini puro conferre potuit. et ita ministris ecclesie. potuit eni tante gratie plenitudinẽ cõferre vt eorum meritũ cooperetur ad sacramẽtorum effectus. vt ad inuocationẽ noim ipsorum sanctificarentur sacramẽta. sed tñ non fuit decens vt cõferret. ne spes in hoie poneretur. et vt ecclesie verũ caput esse ostenderetur a quo oia mẽbra spũalem sensum et motũ reciperent. qd est xpũs. ¶ Ad rões in oppositũ. Ad primã respõdetur. quod ptãs spũalis que ministris ecclesie cõceditur ad aliquid interius se extendit. sicut vtus sacramentalis. sed nõ ad collationẽ gratie p quaz est remissio peccatorum directe et pncipalit ptingendo seu disponẽdo. sicut dictũ ẽ. Ad secũdam respondetur. quod purgatio de qua Dionisius loquitur ẽ a tenebris ignorãtie sic ipsemet dic. vnde magis ptinet ad intellectuz quam ad affectũ. Ad tertiam rñdetur negãdo assumptũ. Et rõ ẽ. quia potestas data hoibus expellẽdi demones est quãtũ ad effectũ nocumenti corpalis quẽ in vexatis faciunt. non quantũ ad effectũ nocumenti spũalis qd est peccatũ. quia solius dei est peccatũ expellere et a seruitute demonis liberare. ¶ Joh. viij. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis.

AD tertiaz questiõem sic pceditur. Et videtur quod non eque facile sit curare paraliticũ et peccata dimittere.

¶ Primo sic. Virtute nature p artẽ medicine potest paliticus quandoqz curari. sed dimittere peccata superexcedit in tantuz omnẽ virtutem creatam et humanã et angelicam vt sit solius dei hoc facere. sicut patet Ysa. xliij. Ego sũ qui doleo iniquitates et peccata ergo &c. Secundo sic. Quanto anima est nobilior corpore tanto peccatum dimittere maius ẽ quam corpus sanare. ¶ Tertio sic. Maius est iustificare impium quam creare celum et terram. ergo magis est dimittere peccata quam sanare paraliticum. cum iustificatio impij sit peccatorum remissio. In oppositum videtur esse presens euãgelium. Respondeo dicendum quod ista cõparatio potest fieri respectu operantis. et sic ambo sunt eque facilia. vel respectu operis. et sic dimittere peccata est difficilius. quia vt dicit ¶ Augustinus Magis est de impio facere piuz quam celum et terram creare ¶ quia deus habet ibi resistentiam scilicet voluntatem prauam. In creatione autem nihil resistens habuit. Vel potest fieri comparatio respectu nostre cognitionis. et sic facilius est dicere. Remittuntur tibi peccata quam dicere paralitico Surge &c. quia illud non videmus. istud autem videntes admiramur. Chrisostomus. Quanto anima potior est corpore tanto curatio anime plus est quam corporis. quia illud occultum est. ad id quod manifestũ ẽ. vel pt itelligi respcũ locutõis ac si dicat.

Eque facile est dicere Dimittũ
tur tibi peccata tua. ⁊ dicere Sur
ge ⁊ ambula. si ergo videritis ꝙ
ad meũ dicere. surge et ambula
sequit᷑ curatio corporis. credatis
ꝙ ad meũ dicere. remittũtur ti-
bi peccata tua. seq̃t᷑ curatio mẽ-
tis. ¶ Ad rões in oppositũ. Ad p̄
mam rñdet᷑ ꝙ licet palisis v̓tute
nature aliqñ possit curari. nõ tam̃
subito nec ita pfecte ꝙ stati hõ
possit lectũ in quo iacet portare si
cut dicit᷑ hic. vnde p imperiũ tan
q̃ ꝓpa v̓tute sanare paliticũ ei-
usdẽ potestatis est. sic dimittere
peccata. ꝓpter qd̓ dicit Quid est
facilius dicere ⁊c̃. q̃si diceret. E
qualis sunt potestatis vtraqz. ex
quo cõcludit virtutem sue diuini
tatis pfectam. dicens. Vt autez
sciatis quia filius hois habet potẽ-
tiam in terra dimittẽdi peccata
vt deus non vt homo purus. tũc
ait palitico. surge ⁊c̃. vñ v̓bo im
patiuo curauit. qd̓ est ꝓpium dei
p̄s. Dixit et facta sunt. Tria ha-
bebat infirmus. iacebat in lecto/
portabat᷑ ab alijs/ et ire nõ pote
rat. quia ergo iacebat. dixit. Sur-
ge. quia in lecto portabat᷑. dixit. tol
le lectũ tuũ. quia ire nõ poterat.
dixit. et ambula. Dei em̃ pfecta
sunt opa. Deut°. xxxij. Si cut aũt
p litteram hñtẽ sigillũ declarat᷑
volũtas ipius scribẽtis. sic per si-
gnũ qd̓ est v̓tutis diuine maife-
stissimũ oñditur veritas diuine v̓
tutis. Alij aũt sancti qui fecerũt
miracula fecerũt hoc implorãdo
diuinam potẽtiaz et clemẽtiam ⁊
imperando. et si aliqñ in talibus
imperabant. hoc nõ erat virtu-
te ꝓpa sed exprimendo v̓tutẽ chri
sti tanq̃ ministri non dñi. sic ali-
qñ imperabãt demonibus vt re-
cederẽt ab obsessis corpib9 i no-
mine xpi ⁊ auctoritatis ei9. ¶ Ad
scdam dr ꝙ licet sanare aiam sit
maius q̃ sanare corpus. tñ vni9
et eiusdem ptãtis sunt. ¶ Ad ter
tiam patet responsio ex dictis.

D Ominica vicesima ẽ euã
gelium. Dicebat Jesus
turbis iudeorum ⁊c̃. Ma-
thei. xxij. Circa quod possunt di-
sputari sequentes questiones.
Prima. Vtrum pater celestis fe
cit nuptias filio quando nat᷑e hu
mane coniunxit. ¶ Secũda. Vtrum
Caritas sit vestis nuptial'. ¶ Ter
tia. Vtrum non habens vestem nu-
ptialem. scilicet caritatem. finali
ter proijciatur in tenebras exteri
ores. vbi erit fletus ⁊ stridor den
tium.

A D primam sic ꝓceditur
Et videt᷑ ꝙ pater nõ fe
cit nuptias filio suo quã
do hũane nat᷑e ɔiunxit ¶ Prio sic.
Matrimoniũ ẽ viri ⁊ mlieris cõ-
iũctio indiuiduã vite ɔsuetudinẽ
retinẽs. xxvij. q. ij. §. i. ex d̓ p̄sup.
c. illd̓. ⁊ insti. d̓ nuptijs. § ij. sz cõ
iũctio filij cuz hũana nat᷑a nõ est
cõiũctio viri ⁊ mulieris. g° ⁊c̃.
Secũdo sic. Cõsensus fac̃ mrimo
niũ. vt. xxvij. q. ij. ca. ¶ Mrimoniũ.
sed in cõiũctiõe ista filij dei cũ na
t᷑a nll'9 vid3 pcessisse ɔsẽsus. g° ⁊c̃
¶ Tertio sic. In matrimonio sunt
due persone distincte. scilicz ma-
ritus et vxor. sed in ista coniunc-

ctione non sunt distincte persone sed vnio humane nature facta ē in persona filii dei · ergo non pōt dici matrimonium siue nuptie·
In oppositum est euangeliū presens ¶ Respondeo dicendum · ꝙ tres nuptie dicuntur spirituales filii dei·scilicet in natura/in spiritu/in gloria ¶ In natura·quando sibi naturam nostram vniuit. In spiritu·quando spiritum hominis sibi coniūgit· In gloria qn̄ hominem tota luce sue diuinitatis impleuit· Prime facte sunt in vtero virginis·Secunde in cōsciētie thalamo·Tertie in facie dei secreto·De primis dicitur in psal. In sole posuit tabernaculum suū De secundis Osee·ii·Sponsabo te mihi in fide in sempiternū. De terciis· Apo č·xix·Venerunt nuptie agni ⁊c·De primis hic dicitur·Simile est regnum celoꝝ homini regi qui fecit nuptias. filio suo.' Per istas nuptias intelligit verbi incarnatio. Tunc em̄ deus vt ait Greḡ·Pater fecit nuptias filio suo quando naturam hūanā copulauit diuine in vno supposito·Que quidem nuptie celebrate sunt in vtero virginali·de q̄ xp̄s exiuit.'tanꝙ spōsus procedens d thalamo suo·Ad quas nuptias inuitauit omnes fideles ad q̄s inuitandos misit seruos suos·Primo sez ꝓphetas qui populū exhortarentur expectare christi aduentū et tendere in ipsum per fidem et opera bona.'et nolebant venire· quia nolebant verbis ꝓphetarū obedire·Vnd' Iere·xxv·Misi ad vos seruos meos ꝓphetas·et sequitur infra·Et non audistis me neq3 inclinastis aures vestras vt audiretis.'cum dicerent·Reuertimini reuertimini vnusquisq3 a via sua mala ¶ Item misit alios seruos q̄ de ꝓpinq̄ annunciauerūt aduentum christi·vt iohannem baptistam·et discipulos christi· qui missi ab eo in omnem ciuitatem et locum q̄ ipse erat venturus·vt habetur Luce·x·In quibus nuptiis prandiū patrī erat. Istud prandium erat sp̄ualis refectio anime·vnde ait·Prandiū meum paraui·videlicet sacramēta ecclesie·et doctrinam quibus reficitur aīa·et potissime sacramētum eucharistie.'in quo dat̄ nob caro christi in cibum et sāguis eius in potū·Admirabile certe cōuiuiū in q̄ xp̄us sumit̄·mens·impletur grā·et future gl'e nob̄ pignus dat̄·Tauri et altilia occisa sunt· Tauri sunt p̄cepta moralia·⁊ altilia sunt cōsilia supaddita·merito ergo d̄r fecisse pr̄ nuptias filio suo ¶ Ad rōes in oppositum
¶ Ad primā r̄ndet̄·ꝙ illa ē diffinitio mr̄imonii carnalis·Hoc autē mr̄imoniū ē sp̄uale·et sufficit ꝙ hic sit vnio inseparabilis int̄ filiū dei ⁊ natu̅ā assumptā i vnitate p̄sone·⁊ ita ē q̄dā indiuiduitas vite in p̄sona ¶ Ad scd̄am r̄ndetur negādo ꝙ nō int̄uenit ↄsensus· immo int̄ueīt·qm̄ ānūtiante āgelo beate v̄gini ꝓpositū pr̄is celestis de nuptiis huiusmodi faciendis filio suo·beatissima consensit loco totius humane nature.

¶Ad tertiam respondetur negā do consequentiam. Ratio em̄ haberet locū in matrimonio carnali. In spūali autem non sequitur quia in hoc matrimonio ꝛ si due nature distincte cōiungant̄. tam̄ in vna persona vniuntur. et ita n̄ potest esse dualitas personarum quia natura humana assumpta ē ad personalitatem diuinam.

Ad secūdam questionez sic ꝓceditur. Et videtur ꝙ non. ¶Primo sic. Caritas non est excellentissima virtutum. ergo non est nominanda tā ꝙ omnium dignissima vestis nuptialis. cōsequentia patet. assumptum ꝓbatur sic. Altioris potētie altior est virtus. sicut ꝛ altior operatio. sed intellectus est altior voluntate et dirigit ipsam. ergo fides que est in intellectu excellentior est caritate que est in voluntate. ¶Secundo sic. Id p quod aliquid operatur videt̄ eo esse inferius. sicut minister p quē dominus operatur ē inferior domino. sed fides per dilectiōē operatur. vt dicitur Gal. v. ergo fides excellētior est caritate. Tertio sic. Id qđ se habet ex additione ad aliud videtur esse pfecti9 sed spes videtur se habere ex additione ad caritatem. nam caritatis obiectum est bonū. spei autē obiectum est bonū arduū. ergo spes est excellentior caritate.

Ad pmam questionez sic pceditr. Et videtr q illa confessio qua petrus confessus est christum filium dei viui fuerit pmitus audita ab alijs q̄ ab ore petri. ¶ Primo patz Johannis p°. vbi Nathanael inqt christo. Rabi tu es filius dei. tu rex israel. ergo petrus nō fuit pmus qui pfiteretur xp̄m filiū dei. ¶ Secundo. Math. viij. legitr. q demones exeuntes de hominibus dixerunt xp̄o. Quid nobis et tibi ihesu fili dei. ¶ Tertio arguitr sic. Si discipuli ante non habebant fidem q xp̄us esset filius dei naturalis. cū hoc fuisset necessariuz credere quomodo mittebat eos ad p̄dicandum. sed hoc non videtur dicendum. ergo ante pfessionem petri iam credebant discipuli xp̄m filium dei naturalem. In oppositum arguitur ex p̄nti euangelio. in quo beatus dicitr petrus ex tali confessione facta. de q̄ nō diceretur beatus si pmitus ab alijs fuisset audita. talis eni confessio erat beatitudine digna. Respondeo dicendum iuxta Chrisostomum et Origenez. qui vniformiter videntur loqui in hac questione q ista confessio de xp̄o q esset filius dei naturalis. fuit a petro pmitus audita. et ideo dicit ei beatus es. qz scz confessio vere fidei ducit ad beatitudinem. Ad rationes in oppositum Ad pmaz dicendum q Nathanael nō habuit cognitionem de diuinitate christi. nec confessus est in illis verbis christum esse filium dei naturalem sed adoptiuum. Un chrisostomus respondens ad questionem ait. Nathanael enim nō fuit beatificatus a xp̄o sicut petrus cum eadem verba habuerit que petrus. dicit enim sic. vt deducit sanctus Thomas super Johannem. quia licet eadez verba r nathael et petrus ptulerunt. nō tamen fuit vna intentio vtriusqz. ¶ Petrus quidem confessus ē xp̄m esse filium dei verum et naturalē vt scilicet sic essz homo q tamē esset verus deus. Hic tamen scilicet Nathanael confessus est eū esse filium dei per adoptionē. bm illud. ps. Ego dixi dij estis et filij rc. Et hoc patet per vba sequentia. quia si intellexisset eum esse filium per naturam. nō dixisset. Tu es rex israel soluz sed totius mundi. Hoc etiam patet. q ad fidem petri christus nihil addit quasi pfectam existentem. sz ecclesiam dixit se in confessiōe illius fabricaturz esse. sz Nathanaelem quasi in maiori parte sui cō

fessionis deficientē eleuat ad maiora. Vnde dicit maiora videbis. ¶ Ad secundaz respondetur vt dicit Nicolaus de lyra q illi demones magis ex cōiectura q̄ ex cētitudine dixerunt. quia demon ille qui temptauit xp̄m in deserto erat acutioris ingenij. et tamē nō potuit scire p certitudinem vtruz ihesus esset ille qui erat ꝓmissus ad salutēm mundi et deiectionem diaboli. ¶ Ad tertiam respondet. q a pncipio non p̄dicabant eum esse christum sed penitentiam p̄dicabant. Item potest esse q p̄dicabant xp̄m sed non esse filiuz dei. quia tunc pfectam de hoc noticiam non habebant. cum nōdū essent capaces etiam recipere doctrinam reuelandam a patre celesti vsqz ad tempus illud q̄ Petro reuelata est. nec enim postea ante resurrectionem discipuli p̄dicauerunt populo q xp̄us esset filius dei. vnde hic Math. xvi. ¶ Mandauit xp̄s eis q nemini dicerent q ipse esset xp̄us ne vulgares homines qui viderent euz pati tam ignominiose scandalizarentur de eoꝝ p̄dicatione. vt dic̄ Nicolaus de lyra. sed post q̄ resurrexit a mortuis habita perfecta victoria mortis voluit publice predicari.

AD secundam questionez sic pceditur. Et videt̄ q christus non conuenienter confessionem petri remunerauerit dicens. Tu es Petrus et sup̄ ꝛc̄. Et tibi dabo claues ꝛc̄. ¶ Primo sic. Nemo remuneratur conuenienter in reb9 que sibi nō conueniunt. sed esse fundamentū ecclesie non conuenit homini puro sed soli christo. Vnd̄ Apostolus. p°. Coꝛ. tertio. Fundamentum aliud nemo potest ponere p̄ter id quod positum est quod est christus. ergo ꝛc̄. ¶ Secundo sic. Clauis est ad aperiendum vel claudendum. sed hoc est solius christi. qui aperit et nemo claudit. et claudit et nemo aperit. ¶ Apoc̄. iii. g° petrus non suscepit a xp̄o claues claudēdi ꝛ aperiēdi Tertio sic. Peccatum nō remittitur nisi per spiritumsanctū. sed non est commissum petro. qꝛ hoc non est alicuius hominis. g° nec ei fuit potestas commissa remittendi peccata. ¶ In oppositū est euangelium p̄sens. in quo dominus ait petro. Beatus es Simon bariona. quia caro et sanguis id est non homo mortalis reuelauit tibi. sed ꝛc̄. ꝛ ego dico ꝛc̄. quia tu es ꝛc̄. Ad verbum describēs chrisostomus dicit. Vide qualit̄ xp̄s reducit petrum ad excelsam d̄ ipso intelligentiam. Illa enim se ei datuꝝ ꝓmittit que sūt ꝓpria solius dei. scz peccata soluere. et ecclesiam immutabilē facere inter tot psecutiones et temptationuz ꝓcellas. Vnde ei plenaria potestas data est super totam ecclesiam. cuius fundamentum constituitur a christo post ipsum. ¶ Ad colligitur ex quatuor. scz ex singulari commissione. quia commisit ei domin9 tria singulariter. Pmo auctoritatez clauiū regni celoꝝ.

vt in euãgelio p̄senti. Secūdo pa
sturam ouium. Johan. vlti. Pa-
sce oues meas. Tertio consolatō
nem alioꝝ. Luce. xxij. Tu aliquā
do conuersus confirma fratres
tuos. Secundo patet ex singulari
appellatione. et hoc tripliciter
¶ Primo appellat ipsum caput. tu
vocaberis cephas id ē caput. Ce
phalin enim grece. idem est qđ
caput latine. Secundo quia appel
lauit ipsum ecclesie fundamentū.
vt in presenti euangelio. Super
hanc petram edificabo ecclesiam
meam. Quod verbum tractans
¶ Augustinus in quodam sermōe
qui legitur hodie. Petrum itaq̄
fundamentum ecclesie nomi-
nauit. et ideo digne hoc fundamē
tū ecclesia colit. sup qđ ecclesia-
stici edificij altitudo consurgit.
Tertio quia appellauit eum bea-
tum vt in euangelio p̄senti. Bea
tus Simon bariona id est filius
¶ Johannis. quia caro et sangus
non reuelauit tibi. Tertio patet
ex singulari responsione. Petrus
conuenienter semp respondebat
p̄mitus inter apostolos. Et hoc
tripliciter. Primo in fidei cōclu-
sione. vnde Math. xvi. i p̄nti euā
gelio. cum xp̄us quereret a disci-
pulis. Quem dicūt homines esse
filium hominis. respondit petrꝰ
p se et omnibus. Tu es christus
filius dei viui. Secundo in dimis-
sione peccatoꝝ. Math. xviij. Si
peccauerit in te frater tuus ⁊c.
et respondit petrus. Quoties pec
cauerit in me frater meꝰ ⁊ dimit

tam ei ⁊c. Tertio in discipuloꝝ
sepatione Johan. vi. Nunquid ⁊
vos vultis abire. respondit ei pe
trus Ad quem ibimus verba vi
te habes. Quarto patet etiā ple
nitudo potestatis que cōcessa fue
rit petº ex singulari signoꝝ ostē
sione. quia multa signa ostendit
ei dominus q̄ ipse esset caput a-
postoloꝝ. Primo in pedum ablu
tione. quia vt dicit Augustinus
Ante quem non p̄cessit alius. se
cundo in maris piscatione. quia
alijs apostolis dixit Laxate retia
sed petro dixit. Duc in altū. tā
q̄ capiti. Tertio singulari oratō
ne quia specialiter rogauit p fi-
de petri Luc. xxij. Ego pro te ro
gaui vt non deficiat fides tua.
Ad rationes in oppositum ¶ Ad
p̄mam respondetur. q̄ aliq̄ mo-
do bene conuenit petro esse fun-
damentum ecclesie. Nam non so
lum ipse. s; etiā alij apostoli dici
tur fundamenta. s̄m illud Apo-
calips. xxi. Murus ciuitatis ha-
bens fundamenta duodecim. ⁊ in
ipsis duodecim nomina apostolo
rum. Pro quo notandū iuxta sā
ctum Thomam super eodem lo
co. q̄ duplex est fundamentum.
Vnū quidem qđ per se habet so-
liditatem sicut rupes aliqua sup
quam edificium constituitur. et
huic fundamento christus com-
paratur et loquitur apostolꝰ hic
Ipse enim est petra. De qua di-
citur Math. vij. Fundata enim
erat supra firmam petram. Ali
ud autem est fundamentum qđ

habet soliditatem non ex se ꝫ ex alio solido subiecto. sicut lapides qui pmo superponuntur petre. et hoc modo apostoli dicuntur esse fundamentum ecclesie. quia ipsi pmo superedificati sunt christo per fidem et caritatem. Unde dicitur ad Eph. ij. Superedificati super fundamentum apostolorum et pphetarum etc. ¶ Inter apostolos vero singularius petrus. Tum quia ipse pmus fuit confessor huiusmodi fidei sup quam ecclesia fundata est. ¶ Tum secundo quia quantum ad potestatem iurisdictionis ecclesie. put structura ecclesie surgit scdm diuersos gradus ipsius potestatis. sic Petrus est iste super quē ipse christus post se fundauit ecclesiam dando sibi claues ecclesie. Faciens eum solum generalem vicarium sup totam ecclesiam et super omnes ecclesiasticos gradus in ecclesia contentos. et sic ecclesia non est fundata super alios apostolos. quia tota potestas ecclesie fuit Petro collata. Nec habet ecclesia aliquam potestatem iurisdictionis nisi quam christus Petro concessit. ¶ Ad secundam respōdetur. q licet solius dei sit propria auctoritate absoluere. fuit tamen Petri et eorum quibus cū eo claues dedit sicut ministrorum et dispensatorum ministeriorum dei. Et ad auctoritatem inductam respōdetur. q non est ad propositum quia ibi loquitur de clausione qua christus clausit limbum ne aliquis vltra in illum descendat. et de apertione qua paradisum aperuit remoto impedimento nature per suam passionem. Hoc enim solius erat christi qui humani generis solus redemptor fuit. ¶ Ad tertiam respondetur. q illa ratio bene probat q directe ad remissionem culpe potestas clauium non operatur ꝫ bene dispositiue.

Ad tertiam questionē sic proceditur. ¶ Et videtur q cathedra siue sedes Petri translata de antiochia romam. ita possit transferri ad aliam regionem et vrbem. ¶ Primo sic. Petrus nō fuit minoris potestatis post trāslationem in romam q ante. ergo eque potuit successor eius qui est equalis potestatis transferre de roma ad aliam regionem sicut ante. Secundo sic. Papa est episcopus vniuersalis ecclesie q per orbem diffunditur. ergo in qlibet regione potest suam cathedram instituere. consequentia videtur bona. ¶ Tertio sic. Papa ppter plenitudinem potestatis nō magis coartatur tempore q loco. ita q possit plus vno tempore q alio. et plus vno loco q alio. ergo non magis tenetur residere in vno loco q in alio. ¶ In oppositum videtur. Id quod institutum est auctoritate diuina et inspiratione diuina non est tutum nec conueniens per summum pōtificem mutari aut alit ordinari.

sed sedes aplica auctoritate domini fuit translata in Romam ergo videtur quod sine expressa auctoritate dei nõ possit p summum pontificẽ transferri in aliam regionẽ. ¶ Respondeo dicendum quod hic non q̃rimus de potestate absoluta quid posset fieri quia certũ est quod rationabilibus causis occurrentibus posset transferri in aliam regionẽ Sed de cõueniẽtia siue de cõgruitate. et tũc videtur nobis quod ñ posset. Et hoc multiplici ratione.
Primo ratione iam dicta in arguendo. quia talis translatio in romam fuit mandato et auctoritate dñi facta. et non legitur hoc nec reuocatũ nec mutatum. vñ videtur quod translatio hmõi conueniẽter fieri ñ possz. Secũdo sic. ¶ Quod est datum apostolis Petro et Paulo p gloria et magnitudine sanctitatis eoꝝ non debet per aliquos summos pontifices successores eis auferri. sed magis cũ oĩ reuerentia et deuotione cõseruari. ſm q̃d dicitur. ij. q. vij. quod ñ sine causa factum putemus quod petrus et paulus vna die et eodem loco scz vrbe Roma sub vna persecutione passi sunt. quia dies electus est eis p merito/ locus pro gloria/ et psecutio p virtute. Si ergo locus talis datus est eis p gloria. scz quod rome ꝛ ñ alibi martyrio coronarentur. non esset cõueniens quod sedes petri alibi trãsferretur. Tertio sic. Qd optima ratione institutum est nulla causa videtur mutandum aut variãdum. sed translatio ista de antiochia in romam fuit optima ratione facta ꝓpter honorẽ fidei xpiane et gloriam aplice sedis et ecclesiastici pncipatus. vnde. ij. q. vij. Beati in vrbe roma petrus et paulus martyrium ptulerunt; q̃ principatum et caput optinebat nationum. vt vbi erat caput superstitionis. illic caput quiesceret sãctitatis. et vbi gentilium pnceps habitabat. illic ecclesiaꝝ pnceps moraretur. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad omnes sufficit vna responsio. scz quod verũ concludit de potestate absoluta. sed de conuenientia et cõgruitate non. Vel respondetur quod potestas pape circa hoc est impedita. quia translatio illa facta fuit auctoritate ꝛ pcepto dei ita quod ibi alius sine inspiratione diuina et eius auctoritate nihil possz agere i ꝯtrariũ.

In festo Mathie apostoli est euangelium Confiteor tibi pater celi ꝛc. Math. xi. Circa qd pñt disputari sequentes q̃stiones. ¶ Prima. Vtrum beatus Mathias p virtutem humilitatis meruit vt a patre celesti reuelaretur siue ostenderetur ad apl'atum assumẽdus. ¶ Secũdo. Vtrũ Mathias nouit filiũ dei. ¶ Tertio. Vtrũ melior sit semp eligendus ad dignitatem ecclesiasticaz.

Ad pmam questiõem sic pceditur. Et vr̃ quod beatus Mathias p v̄tutẽ hũilitatis non meruerit vt a patre celesti reuelaretur siue ostenderetur ad apostolatuz assumendus.

¶ Primo sic. Mathias ad aposto latum electus est per sortem. vt habetur Actuū pmo. ergo nō p humilitatē ¶ Secūdo sic. Meritum cōsistit in caritate. ergo sanctus mathias nō per virtutē humilitatis meruit vocari ad apostolatum ¶ In oppositum videtur euangelium. vbi dicitur. Confiteor tibi pater quia abscondisti hec a sapientibus et prudentib9 scilicet supbis. et reuelasti ea puulis id est humilibus. Prouer. xi. Vbi humilitas ibi sapientia. Mathias interptatur humilis et puulus ¶ Respondeo dicendū q beatus mathias meruit pueehi ad apostolatum per virtutem humilitatis caritate informante Job. xxij. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Et puer. xv. Gloriam pcedit humilitas. Et Luce xiiij. Qui se humiliat exaltabit. Et per multas alias virtutes qbus plenus fuit. Erat enim vt dicitur in historia sua. de illustri p sapia oriundus. qui litteris traditus omnem in breui legis et prophetaꝝ scientiam apphendit. lasciuiam quoqz abhorrens pueriles annos moꝝ maturitate vincebat. Informabatur quoqz animus eius ad virtutem vt essꝫ ad intelligentiam habilis/ad misericordiam facilis/ in psperis nō elatus/in aduersis constans /et intrepidus satagebat /vt qd sensu perceperat opere compleret. fuit in lege doctissimus/corpe mūdus/animo prudens/in soluendis questionibus sacre scripture expertus/in consilio puidus/in seminatōne verbi dei expeditus. Ad rationes in oppositū Ad pmam respondetur negando cōsequentiaꝫ Et ratio est. qꝛ q sors sup euz caderet merito virtutū suaꝝ fuit. Nec exemplo. vt ait Jheronim9 est sortibus vtendū. quia puilegia paucoꝝ cōmunem legem nō faciunt. Preterea tūc tempis donec veritas essꝫ ꝓpalata licuit obseruare sortes vt dicit Beda. Vera enim hostia in passione fuit imolata. sed in penthecosten cōsummata. et ideo in electione mathie sortib9 vsi sunt. ne a lege di screparent in qua summus sacerdos sorte querebatur. Post penthecosten vero iam veritate propalata. septem diaconos nō sorte sed discipuloꝝ electione. aplorum vero oratione et man9 impositione ordinati sunt. Cuiusmodi autem fuerūt hmōi sortes. duo sunt modi dicendi. Jeronimus et Beda volunt q hee sortes tales fuerint. quales ille quaꝝ in lege veteri. creberrimus vsus erat. Dionisius autem qui fuit pauli discipulus. irreligiosum existimauit hoc arbitrari. asserens sibi videri q. sors illa nihil aliud fuerit nisi quidā splendor et radi9 diuinit9 sup mathiam emissus. p quē ipe ostendebatꝰ i aplm assumēd9 ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia licet caritas sit principalis radix meriti. per alias tamen virtutes inquantum sunt informate caritate quis meretur.

¶ Unde Augustinus libro de trinitate. Humilitatis passibus ad celi culmina ascenditur. quia deus excelsus non superbia sed humilitate attingitur.

Ad secundam questionem sic proceditur. Et videtur quod sanctus Mathias non novit filium dei ex presenti euangelio. ubi dicitur. quod nemo novit filium nisi pater. ¶ In oppositum arguitur. Quia sanctus Mathias fuit primo unus de septuagintaduobus discipulis. et ita novit magistrum suum filium dei incarnatum. Preterea factus apostolus ductus in concilium facta longa in disputatione contra summum pontificem ipsum alloquentem. et ipse per legem ac prophetas ostendebat manifeste que de christo erant protestans se servum eius et in ipsum credere. et ita novit eum. Preterea cum sit beatus iam in patria positus et beatitudo sanctorum consistit in eius visione. secundum illud ¶ Joh. xvij. Hec est vita eterna ut cognoscant te solum verum deum et quem misisti ihesum christum ergo multipliciter filium dei novit. Respondeo dicendum quod potest distingui visio sive cognitio dei. Una est naturalis quam homo per lumen naturalis rationis ex creaturis que sunt vestigia quedam dei colligit cognitionem aliquam de deo. De qua dicit Apostolus. ad Roma. primo. Quod notum id est quod cognoscibile est de deo ab homine per rationem manifestum est in illis. Dominus enim ostendit in illis. uno modo infundendo eis lumen interius per quod homo cognoscit. psalmus. Emitte lucem tuam et veritatem tuam. Secundo proponendo sue sapientie signa exteriora scilicet sensibiles creaturas. Eccl. primo. Effudit illam scilicet sapientiam super omnia opera eius. in quibus sicut in quodam libro dei cognitio legeretur. unde sequitur. Invisibilia dei scilicet unitatem dei / bonitatem / sapientiam / potentiam / et huiusmodi. per ea que facta sunt. Sicut enim ars manifestatur per opera artificis ita et dei sapientia per creaturas Sapientie. tredecimo. A magnitudine enim speciei creature poterit eorum creator videri. Secunda cognitio sive visio est que habetur mediante lumine fidei. non per intellectum et est eorum que excedunt omnem intellectum. sed tantum habetur per revelationem divinam factam per scripturam sanctam aut per predicationem christi et apostolorum suorum sicut sunt quod deus est trinus et unus. quod sit generatio eterna in divinis et processio spiritussancti. quod filius dei fuit incarnatus. quod sit futurus iudex vivorum et mortuorum. et reliqua fidei misteria que ut dicit apostolus. i. Cor. ij. Nobis revelabit deus per spiritum suum. spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda dei. et ista visio est communis omnibus fidelibus. Tertia cognitio sive visio que dicitur beatifica scilicet visio dei per essentiam. quia in ea consistit beatitudo omnium sanctorum. secundum illud Joh. xvij. hec est vita eterna ut cognoscant te.

De qua dicit Apl's p°. Cor. xiij Videmus aūt nunc p speculū. id est p creaturas. in enigmate id ē in obscuro. tunc videbimus i patria facie ad faciem. Et p° Joh. tertio. Videbimus eum sicuti est. Et ista est cōmunis omnibus sanctis. ¶ Quarta visio dei dicitur visio p comphensionem et ista sola est diuinaꝝ personaꝝ. De ista dicitur Joh. p°. Deum nemo vidit vnq̄. Super quo verbo dicit chrisostomus. Nec ipe celestes essentie. ipse dico cherubin et seraphin ipsum vt est vnq̄ videre potuerūt. Et de tali visione loquitur in presenti euangelio. tūc respondetur ad questionem q̄ beatus mathias et alij beati vident filium dei visione beatifica. et pmo i hac pegrinatione existentes viderunt p fidem. Non vident nec videbūt visione cōprehēsiua filiū dei. qr deus infinitus est et ita incomphēsibilis ab intellectu finito. Omne em̄ qd comphendit aliquid vel ē maius vel equale illi. nullus aūt intellectus creatus pōt esse maior deo nec equalis. vnde a nullo hoc modo creato intellectu ē visibilis. Huiusmodi em̄ visio sancte trinitati ppa est. Nec est cōtra hoc qd dicitur in pn̄ti euāgelio. q̄ nemo nouit filium nisi pater. qr per ly nisi nō excludit spiritussanctus. Pro quo notandum q̄ dictiones exclusiue aliquādo adduntur noībus diuinis essentialibus. aliquando psonalib⁹. Et cum adiūguntur psonalibus respectu termini essentialis non excludunt id qd idem est in natura. sed potius includunt. quia licet alia sit persona patris. alia filij. alia spūssancti. tamen iste tres psone sunt vnus deus. ita q̄ nec in deitate nec in essentia habent aliquam alietatem. dictio autem exclusiua solum excludit qd alietatem importat. noticia autem absolute sumpta essentialiter accipitur. et ideo communis est trib⁹ Et ideo cum dicitur q̄ nemo nouit filium nisi pater. per hanc dictionem exclusiuam nisi ab hac noticia nō excluditur spūssanct⁹. sed magis includitur. Per hec responsio fit ad totum.

AD tertiam questionem. Vtrum necesse sit semp eligere meliores ad dignitatem ecclesiasticam. sic pceditur. Et videtur q̄ sic. ¶ Pmo ex electione Mathie. quia licet Joseph esset bonus. vnde nominatur iustus. tamen Mathias qr erat melior et electus. ¶ Secundo sic. Ex electione petri. Dominus em̄ petrum cui commissurus erat pastorale officiū examinauit. si se diligeret plus ceteris. sed ex hoc aliquis melior est q̄ deum pl⁹ diligit. ergo videtur q̄ ad dignitatem ecclesiasticam semp melior est eligendus. ¶ Tertio arguitur ex illo Symachi pape. Vilissim⁹ cōputandus est nisi scientia et sāctitate pcellat qui est dignitate pstantior. ¶ In oppositum est decretalis. d. q̄ sufficit eligere bonum. nec oportet eligere meliorē

¶ Respondeo dicendum iuxta sanctum thomam q aliquis homo bonus vel melior altero. dicit dupliciter. Uno modo simpliciter. et sic melior est qui e in caritate pfectior. Alio modo fm quid. et sic dicitur aliquis esse melior altero vel ad militiam vel ad magisterium / vel ad plationez / vel aliquid hmoi. qui non est melior simpliciter. eo quia in singulis offitijs tam spiritualibus q temporalibus requiruntur aliq preter bonitatem moralez ad hoc q aliquis sit idoneus ad illud officiuz exercendum. Dicendum ergo. et sit ista conclusio pma q oportet eligere ad plationem vel ad qdcunqz officium ecclesiasticum aliquem q sit bonus simpliciter. eo q per quodlibet peccatum mortale aliquis redditur indignus ad quodlibet officium spirituale exequendum. Unde dicit Dionisius in epistola ad Dinophbolum monachum loquens de sacerdote. q non est gratia illuminatus non est sacerdos sed est inimicus dolosus delusor sui ipsius et lupus cotra dominicu populum pelle ouina armatus. Secuda conclusio. Non oportet q semper eligedus sit melior simpliciter. Patet conclusio. quia possibile est q ille q est pfectior in caritate deficiat in multis que requirunt ad hoc q aliqs sit idoneus platus. que in alio qui e minoris caritatis inueniuntur. vt sciētia / idustria / et potētia / et huiusmodi. vnde nō optet semper eligere meliorem simpliciter. sed eu qui sit melior ad officium. Tertia conclusio. Si qs eligit eum quem reputat minus idoneum ad tale officium peccat Patet conclusio. quia non potest esse q de duobus vnus pligatur nisi pter aliquid in ipso consideratum. illud autem quod consideratur in eo qui minus est idoneus ad hoc q magis idoneo preferatur est aliqua conditio indebite mouens. vt pote familiaritas vel consanguinitas vel aliquid huiusmodi. non enim potest esse cōditio ad idoneitatem pertinēs ex quo alter simpliciter melior reputatur. et sic indebite mouet. et in tali electione est acceptio personē que sine peccato esse non potest. ¶ Ad rationes in oppositum Ad pmam respondetur negando consequentiam. nisi intelligendo de meliori. vt dictum est ¶ Ad secundaz respondetur negando cōsequentiam Et ratio est. quia petrus non solum pre ceteris eminebat dilectione diuina. sed etiā erat idoneus ad gubernandū ecclesiam pre ceteris. ¶ Ad tertiaz respondetur. q auctoritas illa ē intelligenda qtum ad studium illius qui est in dignitate constitutus. debet enim ad hoc intendere vt talem se exhibeat vt ceteros scientia et sanctitate pcellat. vt Greg. dicit in pastoralibus. non autem sibi imputandum est si ante plationez excellentior nō fuerit. vt ex hoc debeat vilissimus reputari.

In festo beati Thome aliqui legūt euangelium. Vos estis sal terre ꝛc. Mathei .v. Circa qd̄ possunt disputari seq̄ntes questiones. ¶ Prima. Vtrum doctoribus aureola debeatur i regno celoꝝ. Secūda. Vtrum p̄dicator vel doctor teneatur facere qd̄ dicit. ex p̄nti euangelio.

Ad p̄mam questionē sic proceditur et vid̄r q̄ aureola nō debeatur doctoribus in regno celoꝝ. quia oīne p̄mium qd̄ in futuro habebit̄ alicui actui virtutis respondet. sed p̄dicare et docere nō est act⁹ alicuius virtutis. ergo doctrine vel p̄dicationi non debeatur aureola. ¶ Secūdo sic. Predicare et docere ex studio ꝓueniunt. ſ ea que p̄miantur in futuro non sunt acquisita ꝑ humanum studiū q2 naturalibus et acq̄sitis non meremur ergo ꝑ doctrina ꝛ p̄dicatiōe nullus in futuro merer̄ aureolam. ¶ Tertio. Exaltatio in futuro respondet humilitati p̄nti q2 qui se humiliat exaltabitur. sed in docendo et p̄dicando non est humiliatio. immo magis sup̄bie occasio Vnde glo. dicit Math. iiij. q̄ diabolus multos decepit honore magisterij inflatos. ¶ In oppositum est euangelium p̄sens. Qui fecerit et docuerit hic magnus vocabitur in regno celoꝝ. Secundo est qd̄ sup illud Ephe. p°. vt sciatis que sit supueniens ꝛc. dicit glo q̊ddam crementum habebūt sancti doctores vltra id quod alij cōmuniter habebunt. ¶ Respondeo dicendum q̄ sicut per martyrium ꝛ virginitatē aliquis perfectissimam victoriā obtinet de carne et mundo. ita etiā perfectissima contra diabolū obtinet. quando aliquis nō solū diabolo impugnanti non cedit ſ etiam eum repellit non solum a se sed etiam ab alijs. Hoc autem fit per p̄dicationem et doctrinam. ꝛ ideo p̄dicationi et doctrine aureola debetur. sicut virginitati et martyrio. ¶ Nec est dicendum vt quidam dicunt q̄ debeatur tantū p̄latis quibus competit ex officio p̄dicare et docere. sed quibuscunq2 qui hunc actum exercent. p̄latis autem non debetur q̄uis habeant officiū p̄dicandi nisi actu doceant et predicent. q2 corona nō debetur habituali sed actuali pugne. ſm illud .ij. Thimothei. ij. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Notatur aūt q̄ tria requiruntur ad hoc q̄ doctorib⁹ aureola debeatur. Primū est ex parte doctrine que docer̄ scilicet q̄ sit de pertinentibus ad salutem. per quam diabol⁹ a cordibus hominū expellatur sicut quibusdam spiritualibus armis. de quibus dicitur. ij. Corinth. decimo ¶ Arma militie nostre non sunt carnalia sed spiritualia ꝛc. Secundo requiritur ex parte docentis q̄ actu doceat ꝛ predicet vt dictum est. ¶ Tertio requirit̄ ex parte finis. scilicet q̄ doceat ꝛ p̄dicet p̄ncipalit̄ ad gloriā dei.

¶ Ad rationes in oppositum Ad pmam respondetur negādo mio:rem. Dicimus eniz q̄ pdicare et docere sunt actus alicuius virtu:tis. scz misericordie. et inter spūa les elemosynas cōputantur. Ad secūdam respondetur negādo cō sequētiam Et ratio est. quia q̄uis facultas pdicandi et docendi qn̄qz ex studio pueniant. tamen vsus doctrine ex voluntate pce:dit que p caritatem informatur a deo infusam. et sic actus ei⁹ meritorius esse pōt. ¶ Ad tertiaz respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia exaltatio ī hac vita nō diminuet alterius vite pmiū. nisi ei qui in tali exalta:tione ppam gloriam querit. qui autem talem exaltationem in vtilitatem alioꝝ conuertit. ex ea sibi mercedem acquirit.

Ad secūdam questionem Vtrum pdicator vel doctor teneatur facere qd̄ dicit ¶ Primo pceditur et videt̄ q̄ sic. ex pnti euangelio. Qui fecerit ⁊ docuerit hic magn⁹ ⁊c̄. ergo videtur q̄ qui facit cōtrariuz hmōi qd̄ pdicat errat et peccat. ¶ Secūdo sic. Dicit apl'us p° Corinth. ix. Castigo corpus meum et in seruitutem redigo. ne forte cum alijs pdicauerim ipse reprobus efficiar. Item ad Rom. ij. dic̄ Qui ergo alium doces teipm nō doces. ¶ Tertio sic. Predicator euangelij tenetur imitari formaz eius qui condidit euangeliū. sed saluator noster ihesus faciebat que pdicabat. vnde de ipo dicitur

¶ Actuū p°. Cepit Ihesus facere ⁊ docere. ergo videtur q̄ ille qui pdicat euangelium vel docet teneatur facere qd̄ pdicat. In oppositum est q̄ aliqn̄ quis pdicat aut docet pfectionez quā tn̄ nō facit et etiam non videtur teneri. vt cum secularis pdicat pfectionem religiosis et pfectis. ergo pdicator vel doctor non tenet̄ semper facere qd̄ docet ¶ Respōdeo dicendū iuxta Alexandrū de hal' in tertio sub ista conclusione. q̄ quilibet tenetur facere qd̄ dicit. ꝑm q̄d asserit alios teneri ad faciendum qd̄ dicit. hoc tn̄ qd̄ asseritur esse faciendum vel asseritur generaliter vel solū ꝑm statū. generaliter sic̄ asseritur de illis q̄ ptinent ad statum salutis. ꝑm statum sicut asseritur de his que ptinent ad statum pfectionis vtpote religionis ad quā omnes non tenentur. et sic pdicator non tenetur facere q̄d dicit. Dicit ergo p pdicator ratione sui officij nō tenetur omnia facere que docz aut pdicat ad que alias non tenebat̄ si enim omnia facit q̄ pdicat hoc pfectionis est non necessitatis si aliqua pdicat ad q̄ alias non tenebatur. Sed si ea que pdicat ad que alias tenebatur. sicut sunt pcepta dei et ecclesie et forte aliq̄ alia ad que forte voto tenebat̄. sic planum est q̄ ad ista tenetur tentione necessitatis. Sed cum pdicat ea ad que alias non tenebatur. non video rationem q̄re pdicatōnis ratione ad illa teneatur tentione necessitatis. nisi in casu

forte vbi non seruaret illa. esset probabilis occasio scandali in auditoribus per quod posset preiudicium fieri veritati. ¶ Ad rationes in oppositum et ad auctoritates apostoli dico quod intelliguntur de illis ad que prius tenebatur. ¶ Ad rationem de christo quod predicator debet imitari formam illius qui condidit euangelium &c. Respondetur quod si hoc intelligatur necessarium tunc verum est quod quantum ad ea que sunt necessaria ad salutem tenetur ad alia autem non tenetur nisi ratione scandali loquendo de tentione necessitatis. Et tantum ad presens de ista questione.

In festo sancti Gregorij est euangelium. Vigilate ergo quia nescitis &c. Math. xxiiij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Vtrum melius facit qui consentit electioni canonice de se facte quam qui eam recusat. ¶ Secunda. Vtrum precibus beati gregorij fuit liberatus traianus de penis inferni. Tertia. Vtrum stat cum perfectione papatus possidere quasi proprias diuitias aut facultates terrenas.

Ad primam questionem. Vtrum melius facit qui consentit electioni canonice de se facte quam qui eam recusat. et videtur quod melius faciat qui consentit. Dicit enim gregorius. xxij. moralium. Potestas cum percipitur non ex libidine amanda est sed quando aliquis per canonicam electionem episcopalem dignitatem adipiscitur non percipit eam ex libidine ergo debet eam amare. non ergo debet eam recusare. ¶ In oppositum arguitur exemplo beati Gregorij cuius festum hodie colitur. qui multipliciter electionem de se factam recusauit. Respondeo dicendum quod ille qui electioni canonice de se facte consentit considerare precipue debet quid intendit. Si enim intendit aliquod temporale. puta honorem / diuitias / excutere se a iugo religionis / aut aliquid huiusmodi. manifestum est quod est praua intentio. Vnde ponitur pro conclusione quod melius faceret si non assentiret. Si autem intendit profectum ecclesie sic planum est quod est recta intentio. vnde ¶ Augustinus dicit. xix. de ciuitate dei. In actione non amandus est honor in hac vita siue potentia sed opus ipsum si recte atque vtiliter fit vt valeat ad salutem subditorum. Sed quia ad hoc opus maxima requiritur idoneitas ad quod humana fragilitas secundum proprias vires sufficiens non est. potest ergo aliquis laudabiliter considerans proprium defectum ex humilitate officium prelationis recusare. sicut Jeremias dixit. Nescio loqui quia puer &c. potest etiam laudabiliter consentire ex caritate fraterna vt salutem proximorum procuret. sicut Ysaias qui dixit. Ecce mitte me. sed sicut dicit Gregorius in pastorali in vtroque est subtiliter intuendum. quia et is qui recusauit plene non resistit. et is qui mitti voluit

D

ante se per altaris calculum purgatum videt. ne autem non purgatus adire quisq̄ sacra ministeria audeat. aut q̄ a gratia eligitur sub humilitatis spetie superne dispositioni cōtradicat. q̄r ergo valde diffile est purgatū sic quemlibet agnoscere p̄latiōis officium tutius declinatur. non tamen ptinaciter cum ad suscipiendum superna voluntas agnoscit̄
¶ Ad rationes in oppositum rn̄detur. q̄ illud verbum gregorii debet sic intelligi. potestas cum ex libidine non pcipitur amanda ē. sed ita potestas cū pcipitur nō ē amanda ex libidine. subdit enim sed ex longanimitate tollerāda.

Ad secundam questionē sic pceditur. Et videtur q̄ Traianus pcibus gregorii non fuerit ab inferno liberatus ¶ Primo sic. Dicit Dionisi⁹ vii. celestis iherarchie. Summus sacerdos si mūdus non orat. et in hoc auerteretur a diuino ordine Et cōmentator ibidē dicit. q̄ peccatoribus non orat remissionem. quia non audiretur p illis. ergo non valent p̄ces sanctoꝝ existentibus in inferno ¶ Secūdo sic. dicit beatus gregorius. xiii. moralium. Eadem cā est vt non oret̄ p⁹ diem iudicii p hoībus eterno igne damnatis que nūc cā est vt nō orent sancti p hoībus infidelib⁹ impiisq̄ defunctis ¶ Tertio sic. Dicit Aug⁹. q̄ sine fide operante p dilectionē eiusq̄ sacramentis q̄ d' corpe exeūt frustra ill' hmōi officia impendūtur. ergo non p̄sunt p̄ces aut suffragia que fiūt p damnatis. sꝫ traianus erat dānatus. ergo p̄ces gregorii nō poterant eū liberare. In oppositū est historia. Item Damascenus in vno sermone narrat q̄ gregorius p traiano orationem fūdens audiuit vocem diuinitus sibi illatam. Vocem tuā audiui. et veniā traiano do. Cuius rei vt Damascenus dicit in eodem sermone testis est occidens et oriens ¶ Rn̄deo dicendū iuxta sanctū thomā in. iiii. q̄ deputati ad infernū fūt in duplici differentia. Quidā fūt deputati simpliciter et ƀm p̄ntē iusticiam et ƀm supiores causas. et p talibus nunq̄ fienda fūt suffragia. non eīn eis p̄dessent p̄ces quorūcunq̄ sanctoꝝ ¶ Alii sunt deputati in inferno non simpliciter sed ƀm p̄ntem iusticiam p̄porum meritoꝝ. ƀm aūt supiores cās quibus p̄uidebant̄ ad vitā reuocandi. erat de eis aliter disponendū. Et tales vident̄ fuisse multi q̄ fuerūt a mortuis resuscitati q̄rum plures cōstat idolatras et dānatos fuisse. et talib⁹ potuerūt p̄ces sanctoꝝ suffragari. et de nūero talium credit̄ fuisse traian⁹ vt p̄babiliter pōt estimari. vt dic̄ sanctus thomas q̄ p̄cib⁹ beati gregorii traianus ad vitā fuerat reuocatus. etiam ibi gratiam cōsecutus sit p quā remissionē pctōrum habuerit. et p cōsequens imunitatem a pena ¶ Ad rōnes patet rn̄sio. Procedūt eīn de deputatis simplicit̄ in inferno. vel dicendū est q̄ aliud ē resuscitari

ad vitam p̄ñtem p̄cibus sanctoꝝ et in hac vita cōsequi gratiā per quā remittūtur ei peccata sua et aliud est ꝙ damnatis in inferno ibi pmanentib⁹ ꝓsunt suffragia.

Ad tertiam questionē sic ꝓceditur. ¶ Et vr̄ ꝙ non stet cū statu pfectionis papatus possidere q̄si ꝓpas diuitias aut facultates terrenas. Primo sic. Episcopi in ecclesia tenēt locū apl'oꝝ. vt dicit glo. Luc. x. Et habetur in ca. decre. xxi. dis. ſ3 apl'is dn̄s p̄cepit vt nihil ꝓpriuz possiderent. ſm illud Mathei. x. Nolite possidere auꝝ nec argentum nec pecuniaz in zonis vestris Vnde et petrus cui papa successit ꝓ se et aliis apl'is dicit. Ecce nos relinquimus omnia et secuti sumus te. Math. xix. ergo videt̄ ꝙ papa et alii epi teneantur ad hmōi mandati obseruantiam vt nihil ꝓpꝛium possideant. ¶ Secūdo sic. Voluntaria pauptas ad pfectionem videtur requiri. ſm illud Math. xix. Si vis pfect⁹ esse vade et vēde oīa q̄ habes et da pauperib⁹. sed papa et epi assumunt̄ ad statū pfectionis. g° videt̄ ꝙ non stet cū statu pfectionis pape aliqd̄ q̄si ꝓpꝛiuz possidere. Tertio sic. Jeronimus dicit ad Nepotianum. Cleros grece latine sors appellat̄. Et habet̄ in ca. cleros xxi. dis. ꝓpterea clerici dicūtur qꝛ de sorte dn̄i sunt. vel qꝛ ipse dn̄s sors id est ps clericoꝝ est. qui autem dn̄m possidet nihil extra deum possidere pōt. si aūt auꝝ si argentū si possessionem variaꝝ suppellectilium habet cū istis partibus, non dignatur dn̄s fieri ps eius. ergo videt̄ ꝙ papa et epi et non solū epi sed etiam clerici debeant ꝓpꝛiis carere. Quarto. xp̄s cuius vicarius est et vices gerit in terris papa gessit vitam hūilē et pauperem. ita sicut dicit̄ Mathei. viii. Filius hominis nō habet vbi caput inclinet. g° papa debet imitari eum. et ita fecit petrus p̄mus papa ab eo institut⁹. qui ait auꝝ et argentum non est mihi. ergo videt̄ repugnare statui pfectionis papatus q̄ dicit vicariatū xp̄i habere in ꝓpꝛio diuitias et facultates terrenas. ¶ In oppositū arguitur ex euangelio p̄senti sic. Spectat ad fidelem seruum et prudentem cōstitutū sup ecclesiā habere ea quibus posset cibū ministrare familie. nō tantū verbi dei aut exempli honestatis sed etiam subsidii temporalis. vn̄ christus ter dixit petro quez cōstituebat super totam ecclesiam cui succedit papa. pasce oues meas. ad significandū triplicem pastum. sez pastum corpalem siue subsidii tempalis. quem non pōt facere nisi habeat de quibus. g° ex ipsa institutione xp̄i nō repugnat statui pfectionis pape aut epoꝝ habere terrena bona q̄bus indigentibus subuenire possint de aliq° pastu. Secūdo arguitur ex illo cap. epi. xii. q. p̄ma. vbi dicit̄. Ep̄us de rebus ꝓpꝛiis vel acq̄sitis vel si aliqd̄ de ꝓpꝛio hēat heredibus suis relinquat. Respōdeo dicēdū. ꝙ nō derogat statui

perfectionis papatus aut epa-
tus possidere aliquid ꝓprium. vt di
uitias et terrenas facultates.
Ista conclusio patet sic iuxta sā
ctum thomam. Ad ea que sunt
superogationis nullus tenet̄ ni-
si se specialiter ad id voto astrin
gat. Vnde Augustinus dicit in
epistola ad Paulinum armenta-
rium. Quia iam venisti iam te a-
strinxisti. aliud tibi facere non li
cet. ꝓusq̄ꝫ esses voti reus liberuꝫ
fuit ꝙ esses inferior. Manifestū
est autem ꝙ viuere absqꝫ ꝓprio
supererogationis est. non eī̄ ca
dit sub p̄cepto sed sub consilio.
Vnde cū Math. xix. dixissꝫ domi-
nus adolescenti. Si vis ad vitaꝫ
igredi serua mādata. postea sub
dit supaddendo. Si vis pfectus
esse vade et vende omnia ⁊c̄. non
autem papa nec alii epi i sua or-
dinatione se obligāt vt absqꝫ ꝓ
prio viuant. nec etiam absqꝫ pro
prio viuere ex necessitate requiri
tur ad pastorale officium ad q̄d
se obligant. ⁊ ideo papa nec epi
scopi tenentur absqꝫ ꝓprio viue-
re. et p consequens non repugn̄t
statui perfectionis eoꝝ possidē-
re diuitias et bona temporalia.
¶ Ad rationes in oppositū. Ad p̄
mam respondetur negādo ꝙ pa
pa et epi alii teneantur illud ob
seruare. aut sint obligati ad illd
q̄d dictum fuit apostolis. Pro q̄
notandum ꝙ verba illa dni pos-
sunt tripliciter intelligi s̄m do-
ctores. Vno modo mistice vt nō
possideamus aurum nec argentū.
id est vt p̄dicatores non innitan
tur p̄ncipaliter sapientie et elo-
quentie temporali. vt Jeronim⁹
exponit. Alio modo sicut Augu
stinus exponit in li. de consensu
euangelistaꝝ. vt intelligat̄ hoc
dominum non p̄cepisse sed magis
pmittendo dixisse Permisit enim
eis vt absqꝫ argento et auro et
aliis sumptibus ad p̄dicandū irēt
accepturi sumptus vite ab his q̄
bus p̄dicabant Vnde subdit. Di-
gnus est enim operari⁹ cibo suo
ita tamen ꝙ si aliquis ꝓpriis su-
ptibus vteretur in predicatione
euangelii ad supererogantiaꝫ p-
tineret. sicut paulus de seipo di-
cit. p°. ad Coꝝ. ix. Tertio modo
scd̄m Chrisostomum exponit̄ vt
intelligatur illa dominum disci-
pulis p̄cepisse quantuꝫ ad illam
missionem qua mittebātur ad p̄-
dicandum iudeis. vt per hoc ex-
ercerentur ad confitendum de v̄
tute ipsius qui eis absqꝫ sumpti-
bus ꝓuideret. ex quo tamen non
obligantur ipsi vel successores eo
rū vt absqꝫ ꝓpriis sumptib⁹ euā-
gelium p̄dicarent. Nam de pau-
lo legitur. ii. Coꝝ. xi. ꝙ ab aliis
ecclesiis stipendium accipiebat
ad p̄dicandum corinthis. et pa-
tet ꝙ aliquid possidebat ab aliis
missum. Stultum autem videtur
dicere vt inquit sanctus thomas
ꝙ tot sancti pontifices sic Atha
nasius Ambrosius Augustinus
illa p̄cepta transgressi fuissent si
ad ea obseruanda se crederēt ob-
ligari. ¶ Ad secūdam respondet̄
negando consequentiaꝫ Et ratio
est. quia pfectio christiane vite

non consistit in voluntaria pau-ptate. sed volũtaria paupertas instrumentaliter opatur ad pfe-ctionem vite. Unde non oportet q̄ vbi est maior paupertas ibi sit maior pfectio. Quinimo pōt esse summa perfectio cũ magna opu lentia. Nam Abraam cui dictuz est. Geñ. xvij. Ambula coraz me et esto perfectus. legitur diues fuisse. Preterea ꝓ maiori clarita te notandum ꝑut inquit idē san-ctus thomas. q̄ abrenũciatio ꝓ-priaꝝ facultatum dupliciter con siderari pōt. Uno modo ſm qd̄ ē actu. et sic in eo nō consistit essen tialiter pfectio sed est q̄ddam p fectionis instr̄m vt dictuz est. et ideo nihil ꝓhibet statum pfecti onis esse sine abrenũciatione ꝓ-prioꝝ. sicut etiam dicendũ est de alijs exterioribus obseruantijs. Alio modo potest cōsiderari ſm ꝑparationem animi. vt scȝ homo sit pat⁹ si op⁹ fuerit oīa dimittē vl' distribuē ⁊ hoc ptinȝ dirēc ad pfectionez. vnde Augustin⁹ i li-bro de questionibus euangelij. Oportet filios sapientie itellige-re non abstinendo nec in mandu cando esse iusticiam sed in equa-nimitate tolleranda inopiaȝ. vñ et Aplus dicit. Scio habunda-re et penuriam pati. Ad hoc au tem maxime tenentur papa et ce teri episcopi vt omnia sua ꝓ ho nore dei et salute gregis sui con-temnant cũ opus fuerit. vel pau peribus sui gregis largiendo. ra pinam bonoꝝ suoꝝ cũ gaudio su stinendo. Que omnia adimpleta fuerunt in dicto beato Gregorio qui tante largitatis et elemosy-naꝝ extitit. vt non solum p̄senti-bus sed etiam longe positis i mō te synai monachis necessaria mi-nistraret. Nam omnium indigē-tium nomina scripta habebat et eis liberalit̄ subueniebat. vt ple nius narratur in legenda. Uñ fu-it ille seru⁹ fidel' et prudens quē posuit dominus super familiā su am id est ecclesiam.

In festo beati Bene-dicti est euangelium. Nemo accendit lucer nam ⁊c̄. Luce. xi. Cir-ca qd̄ possunt disputa ri sequētes questiones. Prima. Utrum beatus Benedictus lucē nam accēdens regule monacha-lis et ponens eam super candela-brum ecclesie conuenientius isti-tuit monachos in societate viuē-tes q̄ȝ solitariam vitam agentes. Secunda. Utrum beatus Bene dictus in visione qua vidit totuȝ mundum .diuinam essentiam vi-derit.

Ad p̄maȝ questionē qua queritur. Utrum beatus Benedictus lucernaȝ ac cendens regule monachalis ⁊c̄. Et videtur q̄ non. ¶ Primo sic. Perfectior est religio agentium vitam solitariam q̄ȝ in societate viuentium. ergo conuenienti⁹ in stituisset monachos agentes vi-tam solitariam q̄ȝ in societate vi-uentium. consequentia est bona. antecedens ꝓbat̄ per illud Au-

gustim in libro de operibus monachorum dicentis Illos sanctiores esse qui a conspectu hominum separati nulli ad se prebent accessum viuentes in magna intentione orationum ¶ Secundo sic. Solitudo deseruit vite contemplatiue. secundum illud Osee. ij. Ducam eam in solitudinem et ibi loquar ad cor eius. sed vita contemplatiua est perfectior/sanctior/suauior quam actiua. ergo etc. ¶ Tertio sic. Religio desiderat quietem mentis. vt impleat illud. Venite et videte quoniam ego sum deus sed vita solitaria est que maiorem prestat quietem anime. ergo etc.

¶ In oppositum arguitur ex presenti euangelio. vbi dicitur. Nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio sed super candelabrum vt qui ingrediuntur lumen videant sed qui instituuntur in solitudine videntur poni sub modio cum sint absconsi a conuersatione hominum et nullus illuminatur ab eis ergo videtur quod beatus Benedictus conuenientius instituit monachos in societate viuentes. ¶ Secundo sic. Dicitur Eccl. iiij. Melius est esse duos quam vnum. habent enim emolimentum societatis sue. ergo videtur conuenientius fecisse instituendo etc. ¶ Respondeo dicendum quod conuenientius fecit beatus Benedictus instituendo monachos in societate viuentes quam solitariam vitam agentes. Et ratio est. quia religio est quedam scola in qua docetur disciplina et exercitium habetur tendendi. et peruemendi ad perfectionem. et quia hoc seruatur in societate viuentium. vita autem solitaria non queritur ad hoc. sed datur iam perfectis ac magistris qui iam non indigent doceri. Cum ergo beatus Benedictus hoc intenderit constituere quasi scolam discipline vbi monachi doceantur peruenire ad perfectionem. sicut patet ex modo suo loquendi in principio regule. conuenientius fecit sic quam aliter. Pro quo notandum iuxta sanctum thomam in secunda secunde. quod solitudo sicut nec paupertas non est ipsa perfectionis essentia sed perfectionis instrumentum. solitudo non est instrumentum congruum actioni sed contemplationi. secundum illud Osee. ij. Ducam eam in solitudine et ibi loquar ad cor eius Vnde non congruit religionibus que sunt ordinate ad opera vite actiue siue corporalia siue spiritualia nisi forte ad tempus. exemplo christi qui vt dicitur Luce. vi. exiit in montem orare et erat pernoctans in oratione. competit autem religionibus que sunt ad contemplationem ordinate. Considerandum tamen est quod id quod est solitarium debet sibi per se sufficiens esse. hoc autem est cui nihil deest quod pertinet ad rationem perfecti. et ideo solitudo pertinet contemplanti qui iam ad perfectum peruenit. Quod quidem contingit dupliciter. Vno modo ex solo diuino munere. sicut patet de Johanne baptista qui fuit repletus spiritusancto adhuc ex vtero matris sue. Vnde et cum puer adhuc esset/erat in desertis. vt di-

Luce. p°. Alio modo per exercitium virtuosi actus. ƒm illud ad Hebre. v. Perfectoꝝ est solidus cibus eoꝝ qui ꝑ consuetudīe exercitatos habēt sensus ad discretionem boni et mali. Ad exercitium autem hmōi iuuatur hō ex alioꝝ societate dupliciter. ¶ Vno modo q̃tum ad intellectum vt istruatur in his que sunt contemplanda. ¶ Vnde Jeronimus dicit ad Rusticum monachum. Mihi placet vt habeas sanctum contubernium nec ipse doceas. Secūdo q̃tum ad effectum. vt scʒ noxie affectionis hominis exemplo et correctione alioꝝ exerceatur. q2 vt dicit Gregorius. quid valet solitudo corporis si desit solitudo cordis. et ideo vita socialis necessaria est ad exercitium perfectiōis solitudo autem competit iam pꝫfectis. sicut ergo id qd̓ iaʒ perfectum est p̄eminet ei qd̓ ad perfectionem exercetur. ita vita solitarioꝝ si debite assumatur p̄eminet vite sociali. Si autem absq3 p̄cedenti exercitio talis vita assumatur est periculosissima. nisi per diuinam gratiam suppleatur qd̓ in aliis per exercitium acquiritur. sicut patet de sancto Anthonio ꝛ Benedicto. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad p̄maʒ respondetur negando consequentiam. quia licet sicut dictum est vita solitaria si debite assumatur p̄eminet vite sociali. tamen imperfectis tendētibus ad pfectioneʒ sicut discipulis conuenientior est vita socialis.

¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. quia licet ipsa cōtemplatiua vita solitaria sit perfectior. tamen imperfectis esset minus conueniens. ergo periculosa. vt dictum est. ¶ Ad tertiam respondetur. Dicimus enim ad minorem q̄ vita solitaria perfectis sufficientibus per se esset magis quieta et magis apta ad vacandum diuine contemplationi: imperfectis tamen esset inq̄eta et periculosa sicut dictū est.

AD secūdaʒ questioneʒ qua queritur. Vtrum beatus Benedict⁹ in visione qua vidit totū mundum. diuinam essentiam vidit. Et videtur q̄ sic. ¶ Primo sic Dicit enī Gregorius de hac visione loquens Anime videnti deum angusta est omnis creatura. ſʒ videre deum est videre diuinam essentiam. ergo beatus Benedict⁹ vidit diuinam essentiam. Secūdo sic. Ibidem subdit Gregorius q̄ totum mundum vidit in diuino lumine. sed non ē aliud lumen dei vel claritas dei q̄ ipse de⁹. vt ideʒ dicit Gregorius. et habet̄ i glosa Exo. xxxiij. super illud. Non videbit me homo et viuet. ergo beatus Benedictus vidit deum p essentiam. ¶ In oppositum est qd̓ dicitur Johannis p°. Deum nemo vidit vnq̄. vbi dicit glosa. q̄ nullus in mortali carne viuēs dei essentiam videre potest. ¶ Respondeo dicendum. q̄ beatus Benedictus in illa visione nō vidit deum per essentiam. Que conclusio sic pbat̄. Corp⁹ corruptibile

aggrauat animam. vt dicitur Sapientie. ix. Summa autem eleuatio mentis humane ē vt ad diuinam essentiam videndam ptingat. Vnde impossibile est ꝙ mēs humana diuinam essentiam videat. vt Augustinus dicit. xii. sup Genes. ad litteram nisi huic vite funditus homo intereat. vl' sic alienat a sensib⁹ vt nesciat. vtruz sit in corpore an extra corpus. sicut de Paulo legitur. ii. Corinthe. xii. Beatus autem Benedictus quando illam visionem vidit nec huic vite funditus mortuus erat. nec a corporeis sensibus alienatus. vt patet. quia dū adhuc in ea visione persisteret aliū ad idem videndū vocauit. vt gregorius refert. vnde manifestum est. ꝙ diuinam essentiam non vidit. Ad rationes in oppositum. Ad pmam respondetur. ꝙ ex illis verbis non datur intelligi ꝙ beatus Benedictus in visione viderit deum per essentiam. ȝ vult ostendere ꝙ quia videnti creatorem angusta est omnis creatura consequens est ꝙ per illustrationem diuini luminis de facili possent quecūqz videri. vnde subdit. Quamuis parꝫ de luce creatoris aspexerit breue fuit qđ creatū ē. et ideo non est mirꝫ si sanctus Benedictus per lumen diuinū amplius aliud videre potuit ꝙ homines cōmuniter videant. ¶ Ad secundam respondetur. ꝙ lumen dei qn̄qz dicitur ipse deus. quandoqz vero aliquod lumen deriuatum a deo. fm illud ps. In lumine tuo videbimus lumen. hic autem accipitur pro lumine deriuato a deo.

In festo annunciationis dominice ē euāgelium. Missus est angelus rē. Luce. i. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Pma. Vtrum fuit necessariuz annunciari virgini conceptionez filii dei. Secunda. Vtrum beate virgini debuit fieri annunciatio p angelum. Tertia. Vtrum annūciatio fuit conuenienti ordine pfecta.

Ad pmam questionez sic proceditur. Et videtur ꝙ nō fuit necessarium. ¶ Pmo sic. Ad hoc solum necessarium videbatur annunciatio fieri. vt cōsensus virginis haberetur. sed consensus eius non videtur necessarius fuisse. quia conceptus virginis pmonstratus fuit prophetia pdestinationis. vt Ysa. vii. Ecce virgo concipiet. que sine nostro compleatur arbitrio vt dicit quedam glosa. Mathei. p°. ergo nō requirebatur alius consensus ex parte virginis ratione cui⁹ oporteret annūciationem fieri. ¶ Secundo sic. Beata virgo incarnationis fidem habebat. sed de eo ꝙ quis per certitudinem credit non indigent vlterius instrui. ergo non fuit necessarium annūciationem beate virgini fieri de icar

natione filij dei. ¶ Tertio sic. Sic dicit Gregorius. Fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimentum. sed in collocutione angeli ad virginem quedam persuasiua renunciatio facta est. ergo meritum fidei in ipsa vel euacuauit vel diminuit. quorum vtrunque est inconueniens. ergo etc.

Quarto sic. Inter que nulla distantia est. nulla est missio. sed inter deum et beatam virginem nulla est distantia. ergo nulla debuit interuenire missio media. patet quia deus fuit cum beatissima virgine per essentiam presentem et potentiam sicut est in creaturis generaliter. et per inhabitatam gratiam. sicut est in sanctis specialiter. ergo nulla missio necessaria fuit. ¶ In oppositum arguitur ex presenti euangelio. vbi dicitur. quod angelus dicit ei. Ecce concipies et paries ¶ Secundo sic. Maioris sapientie ostensiuum est miraculum de conceptione christi ex virgine quam de conceptione Johannis baptiste ex sterili. sed conceptio Johannis per angelum prenunciata est ne fortuitu et non ex dei prouidentia accidere putaretur ergo multo amplius conceptionem christi debuit annunciatio precedere. Tertio sic. Conceptione christi factum est quoddam matrimonium per indiuisibilem coniunctionem diuine humane nature. sed in matrimonio requiritur consensus qui per verba nunciorum requiritur et consiliatur. ergo decuit vt deus per angelum suum consensum exquireret virginis de qua humanam naturam assumeret in vnitatem persone. Respondeo dicendum. quod congruum et conuenientissimum fuit annunciare beate virgini quod esset christum conceptura. Istius conclusionis congruitas ostendit ex multis. Primo vt conseruaretur congruus ordo coniunctionis filij dei ad virginem. vt scilicet prius mens eius de ipso instrueretur quam carne eum conciperet ¶ Non enim decebat vt dei sapientia eius vterum inhabitaret sine hoc quod mens eius cognitione tanti misterij resplenderet. et ideo non decuit eam ignorare. quod in ea fiebat. sed oportuit hoc sibi annunciare ¶ Secundo vt ipsa futura esset certissima testis huiusmodi inusitate conceptionis. vnde oportuit quod de tanto misterio per annunciationem erudiretur. Tertio quia deus non diligit coacta seruitia. sed voluntaria. vt que obsequuntur in ipso misterio mereretur. Vnde cum beata virgo singulariter eligeretur in dei ministerium quem vtero portauit. lacte aluit. decuit vt consensus eius angelo nunciante requireretur. que humiliter prebens se ad obsequium. sedulaque se ac promptam obtulit dicens. Ecce ancilla domini. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. et ad glosam. Mathei primo. respondetur. quod ea de quibus est prophetia predestinationis complentur sine nostro arbitrio causante. sed tamen

non sine nr̃o arbitrio consentiēte. ❡ Ad secundam respondetur negando consequentiam Et ratio ē quia non erat determinate cadēs sub fide tempus incarnationis et per quam virginem hoc esset implendum. et ideo de hoc instruēda erat per annunciationem. Incarnationem esse futuram que antiquorum fidei subiacebant firmissima fide tenebat sed cum esset humil' non tam alta de se sapiebat et iō super hoc erat instruenda. Ad tertiam respondet̄ negando consequentiam Et ratio est. quia allocutio angeli non ex ratiōe hūane persuasit. sed ex omnipotentia diuina cui fides maxime innititur. dixit enim. Non erit impossibile apud deum omne verbum. ❡ Ad quartam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia vt dicit Albertus. licet in ea habitasset per gratiam nō tamen per corporalem p̄sentiam ad quam necessaria erat annūciatio rationibus assignatis.

AD secundam questionem sic p̄ceditur. Et videtur q̄ ista annunciatio non debuit fieri per angelum ❡ Primo sic. Supmis angelis fit reuelatio a deo immediate. vt dicit Dionisius. vij. celestis hierarchie. sed matē dei est superior omnibus angelis. ergo non debuit sibi per angelum annunciari incarnationis misterium sed immediate a deo ❡ Secūdo sic. Nullus potest annunciare quod ignorat. sed supremi angeli nō plene cognouerunt incarnationis misterium. vt dicit beatus Dionisius. ergo videtur q̄ p nullum angelum conuenienter potuit incarnationis misterium annūciari ❡ Tertio. Maiora sunt per maiores nuncios annuncianda. sed misterium incarnationis est maximum inter omnia alia q̄ per angelos sunt hominibus annunciata. ergo videtur q̄ si p aliquem angeluz annunciari debuit p aliquē de supmo ordīe debuit. non ergo per Gabrielem qui est de ordine penultimo ❡ In oppositum est euangelium presens. vbi dicitur. q̄ missus est angelus gabriel. Respondeo dicendum sub certis conclusionibus. Prima est q̄ conueniens fuit matri dei annunciari per angelum incarnationis misterium Et hec conueniētia colligitur ex tribus. Primo quia hoc cōgruebat virgini. Dicit enim Jeronimus. q̄ angelis est cognata virginitas. vnde decuit vt ad virginem nunciandam angelus mitteretur. Secundo q̄ perditio humana ex hoc sumpsit initium. quia diabolus mulierez allocutus est. Vn̄ vt dicit Beda. aptum apparet humane nature reparationis exordium vt angelus mitteretur ad virginem partui consecrandum diuino. quia p̄ma perditionis humane causa fuit cum serpens a diabolo mittebatur ad mulierem spiritu superbie decipiendam. Tertio quia ille annunciabatur. q̄ ē rex hominum et angelorum et eius natiui

tas sicut in salutē hoim fuit ita et i repatōe ruie āglice. et iō decuit vt tam homines q̄ angeli huic misterio ministerium exhiberēt. Secūda conclusio. Angel⁹ nunciāns non fuit de supma Iherarchia nec de media sed de infima. nec de pmo ordine eiusdem Iherarchie. sed de medio qui est ordo archangelorum. Dicit autē Albertus in laudibus virginis marie. q non mittitur angel⁹ d maioribus sed fuit archangelus. et hoc in honorationem beatissime virginis. quia si aliquis de superioribus mitteretur ab illo illuminari crederetur de minoribus. ergo mittit vt ostendatur q angelus est tantum negotij misterialis et exterior delator. deus autem per seipsum est negotij iuentor et inspirator. et mentis ad cōsensum inclinator. hec Albert⁹. Tertia conclusio. Conueniēs fuit vt angelus annuncians visiōe corporali virgini appareret ¶ Patet conclusio. quia angelus annūciare venerat incarnationem filij dei. vñ conueniens fuit vt ad huiusmodi rei delationem inuisibilis creatura formā assumeret. i q̄ visibilter appareret. Tum secundo. quia sic congruit certitudini eius q annūciabatur per ea que oculis subiecta rectius comprehendimus q̄ ea que imaginant ¶ Ad rationes in oppositum. Ad pmam respondetur negando cōsequentiam Et ratio est. quia licet beata virgo superior esset angelis quātum ad dignitatem ad quam diuinitus eligebatur. tamen quantum ad statum presentis vite inferior erat angelis. q2 etiam ipse christus ratione passibilis vite modicum ab angel' minoratus est. vt habetur ad Heb. ij. sed quia tñ christus fuit viator et comprehensor quantum ad cognitionem. non indigebat ab angelis instrui. sed mater dei non erat in statu comprehēsorum. ideo de diuino misterio per angelos instruenda erat ¶ Ad secundam respondetur. et dicitur q angeli inferiores non penitus misterium incarnationis ignorauerunt. sed quia non totam pfunditatem diuini consilij super salutem generis humani capere poterant inquirebant plenius edoceri dicentes illud Ysaie. lxiij ¶ Quis est ille q̄ venit etc. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia non oportet q nūcius equalis sit superioritatis sicut est res enuncianda. sed sufficit q sit summus non simpliciter super omnes ordines sed summ⁹ respectu angelorum. Ipse enim fuit de ordine archangelorum. vnde ecclesia archangelum eum nominat. Et hunc intellectum videtur habere Grego. cum dixit. q summum angelum venire dignum fuerat qui summum omnium nunciabat. Vnde ipse Gregorius in Omelia de centum ouib⁹ dicit q archangeli dicuntur qui summa annunciant. Preterea sicut dicit Albertus si de superioribus fuisset crederetur q ab eo

illuminaretur rc. vt sup̄ positū ē

Ad tertiam questionem sic proceditur. Et videt̄ q annunciatio non fuerit conuenienti ordīe perfecta Dignitas enim matris dependet ex prole concepta sed causa debet pus manifestari q̄ effectus. ergo p̄mo debuit angelus virgini annunciare conceptū prolis q̄ eius dignitatē̄ exp̄mere eam salutando. ¶ Secundo sic. Probatio aut p̄mitti debet ī his que dubia non sunt. aut premitti in his que dubia esse possunt. sed angelus p̄mo videtur annunciasse id de quo virgo dubitaret et dubitando quereret. d. Quomodo fiet istud. et postea probationem adiunxit ¶ Tum exemplo Elizabeth. Tum ex dei omnipotentia. ergo in cōuenienti ordine annunciatio per angelū ē facta. ¶ Tertio sic. Maius non potest sufficiēter p̄bari per minus. sed magis fuit virginē parere q̄ vetulam. ergo non fuit suffitiēs p̄batio angeli p̄bantis conceptuz virginis ex conceptu senis. ¶ In oppositum est qd̄ dicitur ad Roma. xiij. Que a deo sunt. ordinata sunt. Angelus autem missus est ad hoc q v̄gini annunciaret vt dicitur Luce. p°. ergo ordinatissime fuit annunciatio per angelum completa ¶ Respondeo dicendum. q annunciatio congruo ordine per angelum est perfecta Tria enim intendebat angel9 circa virginem. Primo quidem reddere mentem eius attentaz ad tā te rei considerationem. quod fecit eam salutando quadam noua et insolita salutatione. in qua salutatione p̄misit idoneitatem ei9 ad conceptum. in eo q dixit. Dominus tecū. Et p̄nūciauit honorem sequentē. cū dixit. Benedicta tu in mulieribus. Secūdo autem intendebat eam instruere de misterio incarnationis. qd̄ in ea erat complendum. qd̄ quidez fecit p̄nunciando conceptū et partum dicens. Ecce concipies ī vtero rc. Et ostendendo dignitatez prolis concepte. cum dixit. Hic erit magnus. Et in demonstrando modum conceptionis. cum dixit. Spiritussanctus superueniet in te. Tertio intendebat animuz eius ducere ad consensum. quod quidez fecit exemplo Elizabeth. et ratione ex diuina potentia sumpta. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad p̄mam respondetur negādo consequentiam Et ratio est. quia animo humili nihil est mirabilius q̄ auditus sue excellentie. admiratio autem maxime attentionem animi facit. et ideo angelus volens mentem virginis attentā reddere ad auditum tanti misterij ab eius laude incepit. ¶ Ad secundam respondetur. q ratio nō procedit. quia vt dicit Ambrosius. Beata virgo nō dubitauit esse faciendum. sed quomodo fieri posset inquirit. sed nec si beata v̄go dubitauerit. quod asserit Augustinus. Vnde in libro de questionibus veteris et noui testamenti ¶ Ambigenti Marie.

de conceptu possibilitatem ange
lus pdicat. sed quia talis dubita-
tio magis est admirationis q̄ in
credulitatis. et ideo angelus p-
bationem inducit. non ad auferē
dum incredulitatem sed etiā re
mouendum eius admirationem.
¶ Ad tertiam respondet. q̄ con
ceptus sterilis n̄ ducitur non q̄si
sufficiens argumentū. sed q̄si quo-
dam figurale exemplū. et ido ad
confirmatōnem huius exēpli sub
ditur argumentum efficax ex om
nipotentia diuina.

IN festo beati Ambro
sii est euangelium. Vi-
gilate ergo. Math. xx
iiij. Circa qd p̄nt dispu
tari sequentes questiones. Pri
ma. Utrum liceat iniunctum epi
scopatū omnino refutare. vel om
nino remitti canonice electioni vel
puisioni de se facte. ¶ Secunda.
Utrum fidelis seruus et prudens
quem constituit dominus sup fa-
miliam suam peccet mortalit̄ si
bona ecclesiastica que procurat
non largiatur pauperib⁹ ¶ Ter
tia. Utrum Ambrosius bene fec̄
excōmunicando impatorem.

AD pmam questionē sic
pceditur. Et videtur q̄
non liceat iniunctū epa-
tum vel aliam p̄laturā omnīo re
futare. vl' remitti electioni vel iun
ctioni ¶ Primo sic. Nullus enim
peccat si meliora nolit deserere
vt minus bonis inhereat. cū er-
go amor dei p̄emineat dilectioni
pximi. et vita contemplatiua p̄-
feratur vite actiue. ergo nō pec
cat ille qui recusat omnino epa-
tum. Secundo sic. Dicit Grego
rius. Valde difficile est vt aliqs
se purgatum possit cognoscere.
nec debet aliquis non purgatus
sacra misteria adire. si ergo non
sentiat se purgatū quocunqz epi-
scopale iniungatur officium siue
papatus non debet illud suscipe-
re. In oppositū videtur esse euā
gelium p̄sens vbi dicitur. Bea-
tus ille seru⁹ quē cū venerit do-
minus inuenerit sic facientem.
In oppositū etiam est illd̄ d̄ bea
to Ambrosio cuius festum ho-
die colitur qui mutato habitu a
quibusdam mercatoribus obtinu
it vt in quodam dolio super qua
drigam de vrbe duceretur cuius
portas die noctuqz vigiles pter
eum obseruabant. qui extra vrbē
positus siluas petnt latibula cau̅
narum requirens. ibiqz trib⁹ die
bus latuit. Verūtamen dum sol-
licite quereretur columna lucis
p̄fulgida a celo dependens super
locum in quo latitabat. apparuit
Respondeo dicendum iuxta san
ctum Thomam in secunda secun
de. q̄ in assumptione episcopat⁹
duo sunt consideranda ¶ Primo
quidem quid deceat hominē ap-
petere secūdū ppriam volunta-
tem. ¶ Secundo quid deceat ho-
minem facere ad voluntatem al
terius. Quantum ergo ad ppriam
volūtatem conuenit homini pn-
cipal'r insistere ppe saluti s; q̄ ali
ene saluti itēdat hoc cōuenit hoi
ex dispositōe alteri⁹ ptatē hn̄tis

Vnde sicut ad ordinationem vo-
luntatis pertinet. quod aliquis pro-
prio motu feratur in hoc quod alio
rum gubernationi preferatur. ita
etiam ad inordinationem volun-
tatis quod aliquis omnino contra su-
perioris iniunctionem predictum gu
bernationis officium finaliter re
cuset propter duo. Primo quidem
quia hoc repugnat caritati pri
morum quorum vtilitati se debet ali-
quis exponere pro loco et tempo-
re. Vnde Augustinus dicit. xix.
de ciuitate dei. quod negocium iustum
suscipiat necessitas caritatis. Se
cundo quia hoc repugnat humi
litati per quam aliquis superio-
rum mandatis se subijcit. Vnde
Greg. dicit in pastorali. Tunc an
te dei oculos vera est humilitas
cum ad respuendum quod vtiliter
subire precipitur pertinax non est
Et idem videtur dicendum de pa-
patu. quia electio eius est confir-
matio. ¶ Ad rationes in oppositum
Ad primam respondetur negando
consequentiam Et ratio est, quia
quamuis simpliciter et absolute vi
ta contemplatiua potior sit quam acti
ua. et amor dei quam dilectio proximi
tamen ex alia parte bonum mul-
titudinis preferendum est bono
vnius. Vnde Augustinus dicit in
verbis premissis Nec ocium vestrum
necessitati ecclesie preponatis. pre-
sertim cum hoc ad dilectionem dei per-
tineat quod aliquis ouibus xpi cu-
ram pastoralem impendat. vnde su
per illud. Joh. vlti. Pasce oues
meas. dicit Aug. Sit amoris of
ficium et pascere gregem dominicum.
sicut fuit timoris iudicium nega-
re pastorem. Similiter ratio non
procedit. quia prelati non sic trans-
feruntur ad vitam actiuam vt con
templatiuam deserant. vnde au-
gustinus. xix. de ciuitate dei quod si
imponatur sarcina pastoralis of-
ficij. nec sic deserenda est dilectio
veritatis que in contemplatione
habetur. Ad secundam respondetur
negando consequentiam. nisi im-
pedimentum quod habet non possit
superior remouere sibi. vtputa ex-
communicationem aut irregulari-
tatem aut ipsemet deserendo vo
luntatem peccandi. si autem non
potest. tunc non tenetur obedire
alicui.

AD secundam questio-
nem qua queritur. Vtrum
fidelis seruus et pru-
dens quem constituit
dominus super familiam suam id est
episcopus vel prelatus peccet mortali-
ter si bona ecclesiastica. que pro-
curat non largiatur pauperibus
Et videtur quod sic. Dicit enim Am-
brosius exponens illud Luce. xij.
Hominis cuiusdam diuitis vbe-
res fructus ager attulit. Nemo
proprium dicat quod est commune. plus
quam sufficiat sumptui violenter ob
tentum est. et postea subdit. Nec
minus est criminis habenti tolle
re quam cum possis et habundas dene-
gare indigentibus. sed violenter tolle
re alienum est peccatum mortale. ergo
episcopus mortaliter peccat si ea que ei su
perfluunt pauperibus non largiatur. Se
cundo sic. Super illud Ysa. iij. Rapina
pauperis in domo vestra. dicit gl. iero.

q̄ bona ecclesiastica sunt paupe
rū· s̄ quicunq̄ id qd̄ ē alterius si
bi reseruat aut aliis dat peccat
mortaliter et tenet̄ ad restitutio
nem· ergo si episcopi bona eccle
siastica q̄ eis superfluunt sibi reti
neant vel cōsanguineis vel ami
cis largiant̄· videt̄ q̄ tenet̄ ad re
stitutōne̅· Tertio sic. Multoma
gis aliqs pōt de reb⁹ ecclesie ea
que sunt sibi necessaria accipere
q̄ superflua cōgregare· sed Jero
nimus dicit in epl'a ad Damasū
papā Clericos illos cōuenit ec
clesie stipendiis sustentari· quib⁹
parentum vel ꝓpinquoꝝ nl'li suf
fragant̄· qui aūt bonis parentū
et opib⁹ sustētari pñt si qd pau
peꝝ accipiūt sacrilegiū incurrūt
g° multomagis epi mortalit̄ pec
cant si ea q̄ eis superfluūt de bonis
ecclesiasticis paupib⁹ nō largiā
tur· ¶ In oppositū vr̄ euangeliū·
vbi dr̄· Vt det illis tpe tritici mē
suram· g° nō debet p̄latus q̄d sup
fluit semp dare paupibus sed ꝓ
tpe scȝ necessitatis ⁊ cū mensura
quia in illis rebus sunt exponen
da superflua· sed in oppositū est q̄
plures ea q̄ supsunt nō largiunt̄
paupibus s̄ expēdere vident̄ lau
dabiliter ad reddit⁹ eccie ampli
andos· Rn̄deo dicēdū iuxta san
ctum thomā in scd'a scd'e· q̄ ali
ter est dicendū de ꝓpriis bonis q̄
epi pñt possidere et de boīs eccle
siasticis· naȝ ꝓprioꝝ bonoꝝ veꝛ
dn̄ium hn̄t· vn̄ ex ip̄a reꝝ condi
tione nō obligātur vt eas ꝯferāt
s̄ pñt vel sibi retinere vl' aliis eti
am ꝓ libito elargiri· pñt tamē i
earū dispensatione peccare· vel
ꝓpter inordinatōem affectus p
quam conuenit q̄ plura cōferāt
q̄ oportreat· etiam q̄ aliis subue
niant· qd̄ requirit debitū carita
tis non tamen tenent̄ ad restitu
tionē· quia hmōi res sunt suo do
minio deputate· sed ecclesiastico
rum bonoꝝ sunt dispēsatores vl'
ꝓcuratores· Dicit eīn Augusti
nus ad Bonifacium· Si p̄uatiȝ
possidemus qd̄ nobis sufficiat· nō
vlla nostra sunt· sed illoꝝ quoꝝ
ꝓcurationem gerimus nō ꝓpeta
tem nobis vsurpatione damna
bili vendicamus· Ad dispensato
rem autem requiritur bona fides
vt notatur in p̄senti euangelio·
cum dicitur· Fidelis et prudens
⁊c̄. Et p̄mo Coꝛ· iiii· Hic iam q̄
ritur inter dispensatores vt fidel'
quis inueniatur· Sunt autem bo
na ecclesiastica non solū ad vsus
pauperum sed etiam ad cultū di
uinum et necessitates ministroꝝ
Vnde dicitur· xii· q· ii· de redditi
bus ecclesie vel oblatōibus fide
liuȝ solo episcopo ex his vna por
tio remittatur· due ecclesiaꝝ fa
bricis erogationi pauperꝝ ꝓ fu
ture a p̄sbytero sub periculo sui
ordinis p̄beantur· vltima clericis
pro singuloꝝ meritis diuidatur· si
ergo distincta sunt bona que de
bent in vsum episcopi cedere ab
his que sunt pauperibus et mi
nistris et cultui ecclesie erogan
da· et aliquid sibi retinuerit epi
scopus de his que sunt pauperi
bus eroganda vel in vsū mistro
rū vel in cultū diuinū expēdenda·

non est dubium quod contra fidem
administrationis agat et morta-
liter peccat et ad restitutionē te
netur. de his autem que sunt spe
cialiter suo vsui deputata videt
esse eadem ratio que est de ppriis
bonis. vt scz ppter immoderatū
affectum et vsum peccet. qd si i-
moderate sibi retineat et aliis n
subueniat sicut requirit debitum
caritatis. Si vero non sint pdicta
bona distincta eorum distributō fi-
dei ei9 attribuit. et siquidez i mo-
dico deficiat vel superhabūdat. po
test hoc fieri absqz bone fidei de
trimento. qz non pōt homo in ta
libus punctualiter. accipe id qd
fieri oportet. Si vero sit mult9 ex
cessus non potest latere vnde vi-
detur bone fidei repugnare. et idō
non ē absqz aliquo peccato mor-
tali. ¶ Ad rationes in oppositum
Ad pmam respondetur negando
consequentiam et ad dictū am-
brosii respondetur quod non solū ē re
ferendum ad dispēsationē eccle-
siasticarum rerum sz quorūcūqz bono
rum ex quibus tenetur aliqs de-
bito caritatis puidere necessitatē
patientibus. non potest tamē de-
terminari quando sit ista necessi
tas que ad peccatum mortale ob
liget sicut nec cetera pticularia
que in humanis actibus conside
rantur. horum enī determinatio re-
linquitur humane prudentie.
Ad scdaz rūdetur negādo conse
quentiam Et ratio est. quia bōa
ecclesiarum nō sunt expendenda so
lum ad vsus pauperum. sed etiā in
alios vsus vt dictum est. et ideo
si de eo qd vsui episcopi vel ali-
cuius clerici est deputatum velit
aliquis sibi subtrahere et cōsan
guineis vel aliis dare non pec-
cat. dummodo id faciat modera-
te. id est dum indigeant. non au
tem vt ditiores fiant. vnde Am-
brosius li. de officiis. Est appro-
banda liberalitas vt pximos se-
minis qui si egent cognoscas nō
tū vt illos ditiores fieri velis. ex
eo qd tu potes conferre in opib9
¶ Ad tertiam respondetur negā-
do consequentiam Et ratio ē. qz
non omnia bona ecclesiarum sic di-
ctum est sunt pauperibus largiē
da nisi forte in articulo necessita
tis. in quo etiam p redemptione
captiuorum et aliis necessitatis pau
perum vasa cultui diuina dicata
distrahuntur vt Ambrosius dic
et in tali necessitate peccaret cle
ricus si vellet de reb9 ecclesie vi-
uere dūmodo haberet bona pa-
trimonialia de quib9 viuere pos-
sit ¶ Ad quartam que fuit ex pte
opposita respondetur. quod bona ec
clesiarum vsibus pauperum deseruire
debent. et ideo si quis necessitate
non imminente puidendi paupi-
bus de his que superfluūt ex p-
uentibus ecclesiarum possessiones
emat. vel in thesauro reponat in
futurum vtilitati ecclesie et necessi-
tatibus pauperum. laudabiliter fa
cit. Si vero necessitas immineat
pauperibus erogādi. superflua cu
ra est et inordinata vt ad futurū
conseruet. qd dominus prohibet
¶ Math. vi. Nolite solliciti esse in
crastinum.

AD tertiam questionē sic pceditur. Et videtur q beatus ambrosius non bene fecit excōmunicando impatorem. ¶ Primo sic. Regalis potestas non est subdita spūali potestati. g° 7c. consequentia est bona. antecedēs pbatur. dicit glosa. sup illud ps. Tibi soli peccaui. Quia rex omnibus est superior. et ideo tantū a deo qui est maior est puniēdus si quis de pplo peccauit. deo peccauit et regi. rex vero non habet hominem qui eius facta diiudicet. ergo potestas spūalis nō potest iudicare impatorem vl' regē ergo ambrosius non bene fec in excōmunicando impatorem. cū non esset subiectus ei ¶ Secundo sic. p°. Petri. ij. dicit beatus Petrus Subditi estote omni humane creature pter deum. siue regi tanq̄ pcellenti. ergo si rex pcellit non est subiectus epo. et p consequens ambrosius non potuit eum excōmunicare. Tertō sic Sacerdos in veteri testamēto qd fuit figura nostri in terrenis omnibus subijciebatur regi. ergo videtur q esset in nouo testamēto. ¶ In oppositum est euangeliū psens. vbi dicitur. q fidelis seruus et prudens est constitutus super familiam domini id est platus super ecclesiam. sed intra ecclesiam impatores 7 reges 7 pncipes cō numerantur cū alijs fidelib9. g° potestas spūalis est super omēs terrenam. et si sup. potest corrigere et punire. et p consequens ambrosius bene fecit impatorem deum offendentem et ecclesiam excōmunicare. ¶ Respondeo dicēdū q beatus ambrosius potuit et debuit excōicare impatorem Pro pma parte q potuit esse. Notādū q potestas spūalis supemin et potestati seculari etiā regali i duabus. scz dignitate et auctoritate Dignitate quidem. quia vt ait idem ambrosius dis. xcvi. ca. duo sunt. Aurum non taz pciosius est plumbo q̄ regia potestate altior est ordo sacerdotalis. vidimus enim colla regum et pncipū submitti genib9 sacerdotū et ab eis benedici ¶ Item Hugo de sancto victore. Quanto vita spūaliū dignior ē q̄ terrenarū et spirit9 q̄ corpus. tanto spūalis potestas tērenam potestatez et secularē honorem et dignitatēm pcellit. Secundo pcellit auctoritate vn. xcvi. dis. Constantinus. vbi dicitur. Vtile iudicauimus cū omnib9 satrapis nostris. vt sicut beatus petrus in terris vicari9 filij dei videtur esse constitutus. ita pncipatus eius potestatem et auctoritatem amplius q̄ terrene impialis nostre serenitatis māsuetudo habere videtur. vnde et tenētes frenum equi ipsius p reuerentia petri subiectionis officium illi exhibuimus. Et ideo dicit Hugo de sancto victore. Spiritualis potestas habet iudicare terrenā potestatem si bona non fuerit. Quod vero debuit facere. patz. qr vt dicit Ambrosius. Impator Theodosius fecit occidi quinqz milia

hominum inter quos multi fuerunt innocentes. vnde cuz imperator mediolanū venisset et ecclesiaz intrare vellet occurrit ei ad ianuam Ambrosius eiqz aditum prohibuit dicēs Cur imperator p⁹ cāz tanti furoris ꝯ facinoris nō agnoscis molem tue p̄sumptionis. sed forte recognitionē peccati prohibet potestas imperij. decet te vt vincat ratio potestatem. princeps es o imperator. sed conseruorum quibus ergo oculis aspicies cōmunis dn̄i templū. q̄bus calcabis pedibus sanctum pauimentū. q̄modo manus extendes de quibus sanguis adhuc stillat ꝛc̄. Ad rationes in oppositū Ad p̄mam respondetur negando consequentiā et ad glosam que dicit. q̄ rex nō habet hominem qui eius f̄ca diiudicet. facienda est distinctio in hoc q̄ dicitur. q̄ non habet hominem Spiritualis em̄ ptās non iudicat s̄m hominem vel s̄m humanaz legem sed in q̄ntū possidz vicem dei. sicut dicit̄ ap̄lus. Luce x. Qui vos audit me audit. Et sic dicit ap̄lus. ij. Cor. v. Pro christo legatione fungimur. et s̄m potestatem ad vindictam sp̄ualem nō corpalem. sicut dr. ¶ q̄ regū est exercere corpalem penaz. sacerdotum sp̄ualem inferre vindictam sicut em̄ iudex terren⁹ nō sine cā gladiū portat sicut dicitur Rom. xiij. Ita non sine cā claues ecclesie sacerdotes accipiūt. Ille portat gladium ad vindictam malefactoꝝ. ad laudez vō bonorum. Isti claues h̄nt ad exclusionem excōmunicandoꝝ et reconciliationem penitentium. exponet. ergo a deo tantum rex est puniēdus supple materiali pena. et iterū cū dicitur. non habet hominez q̄ ei⁹ facta diiudicet. supple ad corporalem penam inferendaz. hec s̄m Alexandrum de halis. Nos diceremus q̄ glosa loquitur pro tempore dicendum i quo nō erat data potestas sp̄ualis q̄ data ē in nouo testamento. Illo enim tempore in tempalibus subiecta erat potestas sp̄ualis terrene potestati. vt infra dicetur ¶ Ad secūdaz de canonica Petri respondet negando consequentiam Et rō est quia cum dicitur. q̄ rex p̄cellit. intelligitur in suo ordine respectu terrene potestatis in regno n̄ in compatione sp̄ualis ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia secundum statum veteris legis sacerdotalis potestas erat regali inferior. sed non s̄cd̄m statum noui testamenti. Sacerdotium em̄ veteris testamenti carnale erat ꝛ p carnalez p̄pagationē succedebat q̄uis esset ordinatum ad diuinuz obsequium scz diuinum cultuz et figuras sp̄ualis sacerdotij noui testamenti. quod non ē p successionem carnalem. p̄pterea in illa parte in qua carnale erat et terrenuz. subiectum erat terrene potestati. scz regali. sic autem non est in nouo.

¶ De sancto Vincentio.

In festo beati Vincentij magistri i theologia. est euangelium. Nemo accendit lucernam. Luce .xi. Circa qd pñt dispu tari sequentes questiones. Prima. Vtrum doctus religiosus de ordine mendicantium cū pfectionis statu posset gdum magistralem suscipere. Secūda. Vtrū potest sciri tempus aduentus christi ad iudicium.

Ad primam questionem. Vtrum doctus religiosus de ordine mendicantium cū pfectionis statu possit gdum magistralem suscipe Et videtur q non possit. Math. vicesimotertio. dñs phibuit vt discipuli vocarentur magistri dicens Vos autem nolite vocari rabbi. vnus enī est magister vester. ergo videtur phiberi etiam esse. Secūdo sic. Status pfectionis religiosi stat in paupertate et humilitate. sed status magistralis īportat honoris statum. vt dicit glosa Math. xxiij. ergo ⁊c. ¶ In oppositum est. q sanctus Vincentius xpi confessor de ordine pdicatorū gradum suscepit magistralē sine dispendio status sue pfectionis. ita sanctus thomas et multi alij. Secūdo arguitur ex pñti euangelio scȝ vbi dicit. q nemo accēdit lucernam et ponit sub modio sed sup candelabꝝ. sed doctus religiosus est sicut lucerna incensa ad illuminandum alios. g° non sub modio sed candelabꝝ ecclie ē ponendus magistrali honore decoratus. vt qui ingrediūtur p eius magisteriū lumen videant. ¶ Respondeo dicendū. q sicut tangit sanctus thomas in libro queȝ fecit contra impugnantes religionem. Quidam dixerūt xpm de vitando magisterium dedisse consilium. et esse superogationis op⁹ quia religiosi tenentur ad illa q sunt superogationis. cōcludebāt ex hoc religiosos cuȝ pfectionis statu non posse suscipere graduȝ magistralem. Quoꝝ opinio multipliciter ostenditur falsa et erronea. Primo quia quatuor pcipui doctores ecclesie fuerūt religiosi sicut patet de Augustino Jeronimo Gregorio ⁊ Ambrosio. Secūdo. quia falsum est q vitatio magisterij cadit sub consilio vel pcepto. cui pmittitur singulare pmium. doctoribus sicut et expositoribus sacre scripture pmittitur singulare pmiū. sicut virginibus et martyribus. Sicut g° icōueniens esset dicere. q vitare virginitatem vel martyrium caderet sub consilio. sic est inconueniens dicere q vitare magisterium cadat sub consilio vel precepto ¶ Tertio sic. Non pōt dari pceptū vel consiliū de eo qd contrariatur pcepto vel cōsilio. ȝ docere cadit sub pcepto vel cōsilio vt pȝ. Math. vl. Euntes docete oms gentes ⁊c. ad Gal. vj. Si preoccupatus quis fuerit in aliq delicto vos q spūales estis instruite illum in spiritu lenitatis. ergo in non docendo non pōt esse consi

Q z

lum. Quarto. qr ꝯsilia fuit pͥmo
per apl'os obseruata. sed ipsi ma
gisterium et doctoratũ non vita
runt. Dicit eñ Paulus. p°. Ad
Thimoth. ij. Veritatem dico nõ
mentior doctor gentiuz in fide et
veritate. Quinto dato q sub cõ
silio caderet vitare magisterium
non tamen sequit q ad hoc oẽs
religiosi tenerentur. non eñ om̃s
qui pfectionis statum pfitentur
ad omnia tenentur consilia. ſ; tã
tum ad ea q̃ ex voto se obligant.
Dicendum est igitur q religiosi
magis q̃ alij secl'ares tenẽdo eo
rum pfectionis statum pñt magi
sterij gradũ suscipe. ¶ Ad rõnes
in oppositum Ad pͥmam respõde
tur negando consequentiam. Et
ratio ẽ. qr xp̃s licet prohibuerat
omnibus ambitionez magisterij.
et honoris nõ tñ actũ magisterij
Vñ aplus. p°. Thimoth. ij. vo
cat se doctorem dicens. Veritatẽ
dico non mentior doctor gentiuz
in fide et veritate. Secũdo respõ
detur q intelligit esse phibitum
ſm q̃d quis dicat pͥncipalis ma
gister. quia solus deus est princi
palis magister qui docet omnez
scientiam. et qui illuminat omnẽ
hoiem. homo põt dici magistẽ p
ticipatiue et minus pͥncipalitẽ q̃
tantũ docet exterius aliq̃ ppõnẽ
do ex quibus formantur fantas
mata debita. a q̄bus intellectus
agens facilius abstrahit speciez
intelligibilem. sicut in sanatione
hominis natura tm̃ agit pͥncipa
liter. medicus vero ea administrat
ex q̄bus natura iuuat. ¶ Ad secũ
dam respondetur negando conse
quentiam Et ratio est. quia non
interdicitur religiosis honor q̃ de
betur spũalibus bonis. sed soluz
ille q̃ consistit in rebus mũdanis
alias cũ honor debeatur sacerdo
tio et p̄lature. nec ad sacerdotiuz
nec ad p̄laturam assumi possent.
non ergo phibetur honor magi
stralis cathedre sed ambitio.

AD secundam questionez
Vtrum põt sciri tempus
aduentus xp̃i ad iudiciũ
sic pcedítur. Et videtur q sic.
Primo sic. Sicut eñ sancti p̄res
expectabant pͥmum aduentũ. ita
nos secũdum expectamus. ſ; san
cti patres sciuerunt tempus ad
uentus pͥmi sicut per numerũ eb
domodaꝝ que discribunt Dani
elis. ix. ergo videtur q et nob est
possibile scire tempus secũdi ad
uentus determinatũ. ¶ Secundo
sic. Per signa deuenim⁹ in cogͣ
tionem signatoꝝ. ſ; de iudicio mlͭ
ta signa describũtur. ergo in co
gnitionem illi⁹ tempis. possum⁹
deuenire ¶ Tertio sic. scd̃m Au
gustinũ in fine de ciuitate dei. Se
xta etas currit ab aduentu chri
sti vsq; ad finem mũdi. ſ; sciri põt
quantũ p̄cedentes etates duraue
runt. ergo sciri põt q̃ntũ ista etas
durare debeat p compationez ad
alias ¶ Quarto sic. Magnum et
puum. diuturnũ et breue relatiue
dicuntur de vno p compationem
ad aliud. sed tempus illud q̃d est
ab aduentu xp̃i vsq; ad finez mũ
di dicitur esse breue. vt patet. p°
Cor. vij. Tempus breue ẽ. Et in

eadem.x. Nos sum⁹ in q̄s fines seculoꝝ deuenerūt. et. p°. Johā. ij. Nouissima hora est. ergo hoc dicitur p compationez ad tēpus p̄cedens. ergo saltem hoc videt̄ sciri posse ꝙ multo breuius ē tē-pus ab aduentu xp̄i vsq3 ad finē mūdi ꝙ̄ a p̄ncipio mūdi vsq3 ad xp̄m. hoc argumentū quia magister Vincentius cuius festū hodie agitur videbatur asserere ꝛc. ¶ In oppositū est illud qd̄ dr̄ Mathei. xxiiij. de die et illa hora nemo scit nec angeli celoꝝ. ¶ Secūdo sic. Si deberet aliquibus reuelari p̄cipue reuelatū fuisset q̄retibus apostolis q̄ doctores totius mūdi instituebant̄. sed eis de finali aduentu dn̄i querentib⁹ respōsum est. Non est vestrū nosce tēpora vel momenta que pater posuit in sua potestate. ergo multo minus est alijs reuelatū. Respōdeo dicendum sub ista conclusione. ꝙ tempus determinatū futuri iudicij non pōt cognosci ab aliquo puro homine. a solo em̄ deo et homine xp̄o cognoscitur. Probatur. em̄ ista conclusio iuxta sanctum thomam in questionib⁹ de potentia dei. quia duplex est modus q̄ possumus cognoscere futura. scz per cognitionem naturalē et per reuelationem. Naturali quidem cognitione cognosci non potest determinate finis mūdi. qꝛ eius non ē alia causa, nisi volūtas diuina. quam quidez causaz naturali cognitione cognoscere n̄ possumus. per reuelationem autē licet sciri posset si deus vellet reuelare. non tamen cognitum essz ꝙ reuelaretur nisi homini xp̄o. ¶ Et hoc quia finis mundi non erit nisi completo numero electoꝝ cuius completio est quedam executio totius diuine p̄destinationis. Unde non competit reuelationē fieri de fine mūdi, nisi ei cui fit reuelatio de tota p̄destinatione diuina. scz homini xp̄o per quē tota diuina p̄destinatio totius hūani generis q̄dammodo impletur Unde dicitur Johan. viij. ¶ Pater diligit filium et oīa demōstrat ei que ipse fecit. ¶ Ad rationes in oppositū Ad p̄mam respondetur negando consequentiam Et ratō est. quia non ē simile de p̄mo aduentu ꝛ secūdo. quia p̄mus aduētus christi nobis pabat viam ad merendum per fidem et alias virtutes. et ideo ex parte nostra requirebatur p̄mi aduent⁹ noticia. vt credendo in euz qui venerat vt per eius gratiaz mereri possem⁹ In secūdo autem aduentu p̄mia reddentur ꝓ meritis. et sic ex pte nostra non requiritur quid agamus aut quid cognoscam⁹. ꝫ qd̄ recipiamus. vnde non oportet cognoscere determinate temp⁹ illius aduentus ¶ Ad secūdam respondetur negando consequentiā Et ratio est. quia illa signa posita sunt ad manifestanduz ꝙ qūq3 mundus finietur. non autez ad manifestandum determinatū tēpus quando finietur. Ponūt̄ autem inter illa signa aliqua q̄ q̄si a mūdi exordio fuerūt. sic ꝙ resurget gens cōtra gentem. ꝛ ꝙ ter

remotus erunt per loca. sed in instante mūdi fine hec habūdātius euenient. que autem sit illa mensura hor signor que ante finē mūdi erit. manifestum nobis esse nō potest. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratō est. quia sicut dicit Augustinus libro. lxxxiij. q. Ultima etas mūdi compatur ultime etati hominis que determinato numero annor non diffinitur sicut alie etates diffiniuntur. sed quandoqz tantum durat quantū omnes alie vel etiam amplius. Unde etiam ista ultima etas non potest determinato annorum generationum numero diffiniri. ¶ Ad quartam respondetur negādo consequentiam Et ratio ē. quia ex hoc quod dicitur nouissima hora vel ex similibus locutionibus que in scriptura dicuntur non videtur aliqua determinata quātitas temporis sciri. non enim illa sunt dicta ad significandum breuem horam ipsius tempis. sed ad significādū statum mūdi qui est quasi nouissima etas qui quanto tēpore durat non est diffinitum. non enim legi euangelice alius status succedet quam ad perfectum adducit sicut ipsa succedit legi veteri. et lex vetus legi nature ¶ Ad ultimam respondetur. quod magister sanctus Vincentius non asserebat determinate finem mundi. sed verisimiliter propter scelera multa regnātia in mundo. et propter frequentia signa asserebat breuiter esse.

De sancto Marco euangelista.

In festo Marci euangeliste est euangeliū Ego sum vitis vera. etc. Johan. xv. ¶ Circa quod possunt disputari sequētes questiones ¶ Prima. Utrū quis fidelis potuerit fructum aliquem afferre i presenti vita. nisi in christo vite vera manserit per fidē et caritatem non fictam. ¶ Secunda. Utrum beatus Marcus conuenienter inter euangelistas figura leonis sit designatus ¶ Tertia Utrum licitum fuit sancto Marco sibi amputare digitum ut sacerdotio indignus haberetur.

Ad primam questionē qua queritur. Utrum aliquis fidelis potuerit fructum aliquem afferre in presenti vita nisi in christo vite vera manserit per fidem caritate non ficta. sic proceditur Et videtur quod sic ¶ Primo. Quia multi qui non manēt i christo per caritatem faciunt aliquos bonos actus qui sunt boni fructus. dum nudum vestiunt / famelicū pascunt / ieiunant et oratiōes faciunt. ergo etc. ¶ Secundo. Multi qui non manent per caritatem in christo docendo et predicando faciunt multiplicem fructum in conuersione fidelium. ut patet. ergo etc. ¶ Tertio sic. Omnis scola docet quod opera extra caritatē ad multa valent. et videntur mereri aliquid saltem bona temporalia quia sicut se habet pena ad malum actum. ita se habet premium ad bonum. Sed nullum malū factum apud deum iustum iudicem

est impunitum· ergo nec aliquod bonum irremuneratum· ergo nō manens in christo per caritatem aliquid merebitur per bona que facit· ergo ꝛc. ¶ In oppositum est euangelium p̄sens. ¶ Respondeo dicendum· ꝙ christus ad ostendendum ꝙ necesse est manere in eo per fidem et caritatem ad hoc vt quis valeat fructificare opera meritoria vite eterne comparat se per similitudinem viti. et fideles palmitibus. dicendo.
Ego sum vitis vera et vos palmites· quasi dicendo· talis est cōparatio vestra ad me qualis palmitum ad vitem· de quibus palmitibus dicitur in p̄s· Extendit palmites suas vsq; ad mare. Dicitur autem christus vitis non solum quia est fons humoris et v'tutis ad fructificandum· sed etiam vt dicit Albertus super Johannem· quia ministrat humorē eterni et sp̄ualis gaudij· qui cor letificat/ qui hominem bone spei libenter reddit/ qui seculi tristiciā pellit/ qui inebriando secularium obliuisci facit/ qui calorem caritatis infundit· Dicendum est ergo ꝙ sicut palmes non potest facere fructum nisi manserit in vite· eo ꝙ fonte humoris destitutus est· sic nec aliquis fidelis potest sp̄ualit' fructificare nisi manserit in christo/ humorem gratie suscipiens ab ipso· qui vero manet in eo per caritatem· hic fert fructum multum· Dicit autē sanctus Thomas super Johannem ꝙ triplicem fructum fert in vita ista. ¶ Primus est abstinere a peccatis· Ysaie vicesimoseptimo Hic est omnis fructus / tollatur peccatum ꝛc· Secundo est vacare operibus sanctitatis· Rom. vi· Habebitis fructum vestrum in sāctificatione ꝛc. ¶ Tertius fruct⁹ est vacare edificationi alioꝝ· p̄s· De fructu operum suoꝝ satiabitur terra. Fert etiam fructum q̄rtum in vita eterna. Johā· quarto· Fructum congregat in vitam eternam· Hic est vltimus et perfectus fructus omnium laborum nostroꝝ. Sap· tertio· Bonorum laborum gloriosus est fructus·
¶ Ad rationes in oppositum· Ad p̄mam et secundam est vna responsio· quia aliqui in caritate non existentes possunt multa opera facere de genere bonorum· sunt tamen sine caritate· ifructuosa quo ad meritum vite eterne· que solū diligentibus deum repromittitur secūdm illud Job· tricesimosexto· Annunciat de ea a[m]ico suo ꝙ possessio eius sit· opera autem que fiunt sine caritate infructuosa sūt quo ad hoc· Sap· iij· Vacua est spes eorum· et labores sine fructu. ¶ Ad tertiam potest esse eadem responsio· ꝙ bona facta sine caritate non sunt meritoria vite eterne et ita infructuosa sūt quo ad illud· vt dictum est. Vel secūdo respondetur ꝙ duplex dicitur meritum. scilicet de condigno· et meritum de congruo· Meritum de condigno dicitur actus p quē efficitur vt ipse agens habeat debitum recipiendi· Meritum de cō-

gruo dicitur actus per quem effi citur debitum dandi in dante secũ dum decentiam ipius. Cum autẽ in omnibus illis que gratis dan tur. pma ratio dandi sit amor im possibile est q aliqs tale sibi de- bitum faciat qui amicitia caret. et ideo cum bona temporalia et eterna ex diuina liberalitate no- bis donantur. nullus acquirere potest debitum recipiendi aliqd illorum nisi per caritatem ad de- um. et ideo opera extra caritatez facta non sunt meritoria ex con- digno. nec eterni nec temporalis alicuius boni apud deum ¶ Sed quia diuinam bonitatem decez vt vbicunqz dispositionem inuenit p- fectionem adijciat. Ideo ex meri to congrui dicitur aliquis mereri aliquod bonum per opera extra caritatez facta. et scdm hoc ope ra ista ad triplex bonum valent. scilicet ad temporalium consecu- tionem. ad dispositionem ad gra tiam. et ad consuetudinem bono rum operum. quia tamẽ hoc me- ritum non proprie dicitur meritũ ¶ Ideo magis concedendum est q hmõi opera non sint alicui⁹ me- ritoria q̃ q sint.

Ad secundam questio nem qua queritur. Vtrum beatus Mar- cus conuenienter in- ter euãgelistas figura leonis sit designatus. Et videtur q nõ. Qr beatus Marcus vt dicitur in vi- ta sua fuit humilimus et mitis s3 hec non conueniunt leoni qui su perbus et ferox dicitur. ergo nõ conuenienter per leonem desig- tur. ¶ Secudo. Beatus Marcus scripsit de omnibus factis chri- sti de quibus alij euangeliste. er go non magis debuit designari per leonem. q̃ p aquilam vl' ho- mĩez vl' bouez In oppositum ẽ il lud Ezech. pmo. Facies leonis a dextris ipsoz quatuor ¶ Respõ deo dicendum. q beatus Marc⁹ conuenienter designatus et figu ratus est per leonem. Pro q̊ no- tandum. q p quatuor facies q̃s vidit Ezechiel ppheta in anima li vno, designantur quatuor euan geliste siue quatuor euãgelia ab eis descripta de domino nr̃o ihe- su christo. Et sicut in facie homi nis designatur euangelium Ma thei. sic in facie leonis designat̃ euangelium Marci. Circa quod considerandum q licet Marcus de omnib⁹ christi factis scripsit sicut et alij. tamen specialiter v- satur et immoratur circa resurre- ctionem et regnum christi quod assecutus est in sua benedicta re- surrectione. ſm quod dixit apo- stolis immediate post resurrecti onem suam Mathei. vicesimo- octauo. Data est mihi omis po- testas in celo et in terra ¶ Quod quidem regnum per leonem cõ- uenienter designatur qui est rex animalium. vt dicit Isidorus li- bro ethymologiaz. xij. et iõ ma- teria circa quã specialiat̃ morat̃ euangelium Marci designatur i in nomine leonis. Et hoc proptẽ tria que in resurrectione Christi

reperiuntur et proprietatib⁹ leo
nis assimilantur. Primum est re-
surrectionis efficiens principium
quod in alijs hominibus est ex-
trinsecum. sed in christo intrinse
cum. secundum quod ipse dicit Johan.
Decimo. Potestatem habeo po-
nendi animam meam et iterum su
mendi eam qui propria virtute sur
rexit. Et similiter huiusmodi in
proprietate leonis reperitur. Dor-
mit enim oculis apertis. vt dicit
Isidorus vbi supra. Licet autem
caro christi in sepulchro dormie-
rit per veram mortem et anime
separationem. Tamen diuinitas
vtrique coniuncta vigilabat. secū-
dum quod dicit. Cantico. v. Ego
dormio et cor meum vigilat. Pro
prietate et virtute huiusmodi di
uinitatis sic vigilantis surrexit a
somno mortis. vnde potest expo-
ni quod dicitur. Iheremie. quar-
to. Ascendit leo in cubiculo suo.
quia christus qui est leo de tri-
bu Juda de sepulchro ascendit
virtute propria. Secundo assimi-
latur leoni propter tempus et mo
dum. quia resurrectio christi fa-
cta est post triduum. quod tamē
accipitur per sinodochen. Ita si-
militer leo natus de nouo tribus
diebus dicitur dormire secundum Isi
dorum vbi supra. et postea fremi-
tu et rugitu patris excitatur. Sic
christus post triduum dormitio-
nis in sepulchro virtute dei patris
fuit excitatus a mortis somno. se-
cundum quod dicitur Actuum
tertio. Hunc de⁹ suscitauit a mor
tuis. etc. Et ideo de hoc potest ex-
poni illud Gen. xlix. Catulus leo
nis iuda. Et sequitur. Requiescens
accubuisti vt leo. scilicet in sepul-
chro. et subditur. Quis suscitabit
eum de somno mortis post triduū
ad quod potest responderi de⁹ pa
ter. vt patet ex predictis. Tertio as-
similatur resurrectio leoni pro-
pter assecutum imperium. quia licet
christus ante resurrectionem hu
milis et subiectus apparuit. tam
in resurrectione sua dominiū om
nium obtinuit. secundum quod dicit apo-
stolus ad Philip. ij. Humiliauit
semetipsum factus obediens vs-
que ad mortem. mortem autem cru
cis. propter quod et deus exaltauit
eum et donauit illi nomen quod est
super omne nomen. vt in nomine
Jhesu omne genu flectatur ce-
lestium terrestrium et infernorum
etc. In leone inuenitur huiusmo-
di similitudo in quantum est rex
animalium. vt predictum est. et
hoc est quod dicitur Apocalipsis
Quinto. Vicit leo de tribu iuda.
quia per suam benedictam passi
onem et resurrectionem subiecit
sibi omnem creaturam. ¶ Ad rōes in
oppositū Ad primā respondetur ne-
gando consequentiam. Et ratio
est. quia hic non accipitur causā
significationis seu figurationis ex par
te conditionis persone designate
per leonem sed ex parte materie
scripte. siue de qua loquitur in
euangelio principaliter siue speci-
aliter ¶ Ad secundam patet re-
sponsio ad idem. quia consequen
tia non valet. quia licet euange-
lium Marci de omnibus factis

christi loquitur. tamem specialiter versatur circa resurrectionem christi et regnum eius.

AD tertiam questionem qua querit. Utrũ licitũ fuit sancto Marco amputare digitum vt sacerdotio indignus haberet. Et videtur q sic. Primo sic. Ex historia sua in qua legitur q sic fecit. et tamen non reprobatur de hoc

Secundo sic. Occidere seipsum est magis q̃ mutilare. Sampson autem seipsum interfecit. vt habetur Judicum. xvi. et tamen numeratur inter sanctos. ad Hebr. xi. ergo licitum est mutilare seipsum ꝓpter aliquã causam ¶ Tertio sic. Min⁹ bonũ est contemnẽdum ꝓpter conseruationem maioris boni. sicut ad conseruationem vitẽ aliquis ꝓijcit merces ĩ mari. sed virtus castitatis est maius bonum q̃ membꝝ corporale ergo licite potest aliquis sibi scindere virilia ꝓpter conseruationẽ castitatis ¶ In oppositum arguit per illud qđ in decre. dicitur. Si quis amputauerit sibi virilia clericus non fiat. quia homicida sui est ¶ Respondeo dicendum. q q̃libet pars corporis ordinatur ad totum cuius pars est. et ideo ꝟ ipsa ordinandũ est ꝓut respicit bonum totius corpis. et vlteri⁹ respicit bonum hominis et cõmunitatis. quia sicut pars corpis ordinatur ad totum corpus. sic corpus ad hominez cuius pars est et vnus homo ad totam cõmunitatem. Igitur si membꝝ aliquod sit nociuum corpori. vtpote ꝓpter aliquam egritudinem vel turpitudinem est alioꝝ membroꝝ corruptiuum. Tunc est conclusio pͥma q licite potest abscindi ne inficiat alia membra. et hoc ab eo cuius est si habeat artem medicandi. vel ab alio de voluntate eius. quia cuilibet commissa ẽ cura salutis sui corporis. sicut et homicida et raptor p iudicem licite occiditur. et a cõmunitate hominũ abscinditur. inq̃tuz eius vita esset in nocumentum communitatis. quia iudicibus committit salus cõmunitatis. Si autem membrum sit sanum. tunc est secũda conclusio. q regulariter nõ est licituz alicui seipsum mulitare. et hoc ꝓbatur sic. Primo quia homo naturaliter amat seipsum et per consequens omnia que sunt de integritate ipsius. et ideo mutilare seipsum est contra caritatem quã quilibet tenetur habere ad seipsum. Secundo sic. Homo similiter est pars communitatis. ergo inferre sibi nocumentum per mutilationem est agere contra commune bonum. Tertio. Deus est institutor nature instituendo membra eius. et iõ mutilans seipsum agit contra deum Tertia conclusio. q in casu licitũ ẽ. vicz. ex parte ꝓcepti dei occulto. quod dicitur instinctu spiritussancti. Patet cõclusio. quia deus est auctor nature et domin⁹ vite et mortis humane. et p consequens omnium membrorum. et iõ si ꝓcipit hoĩ sibi auferre vitaz.

vel membrum aliqd non solū licitū. sed etiam debitū est hoc fieri Et hoc modo dicit sanctus thomas in secūda secūde. q. clxxxvij. ar. ij. q credibile est q beatus Marcus hoc q digituz sibi amputauit ex instictu spūssancti fecit. sine q non licet alicui sibi manus inijcere. hoc idem sanct9 thomas ponit in secunda secunde. q. lxiiij. ar. vij. Dicit Augustinus. p°. de ciuitate dei q nō sampson aliter excusatur q seipsuz cū hostibus ruina domus oppressit. nisi quia latenter spūsanct9 hoc iusserat qui per illum miracula faciebat. Et eandem rationē assigt de quibusdam sanctis feminis q tempore psecutionis seipsas occiderunt. de quibus ecclesia memoriam facit. ¶ Ad rationes in contrariū Ad pmaz de sancto Marco Et de Sampson patet responsio ex dictis. ¶ Ad tertiam respōdetur negando consequentiaz Et ratio est. quia illud assumptū in maiori vt dicit sanctus Thomas est intelligendum. quando alitē puideri non potest q saluti spirituali semper potest alit subueniri q per membri pscisionē. qz peccatum subiacet voluntati. et ideo in nullo casu licz membrum abscindere pter qdcumqz peccatum vitandum. Vnde Chrisostomus exponens illud Math. xix. Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt pter regnum celoz. nō dicit membrorum abscisione. sed malarum cogitationum interemptione. maledictioni est obnoxius qui membrorum abscindit. et ea que homicidaruz sunt. talis psumit.

In festo beati Petri martyris de ordine pdicatoz ē euangelium. Si qs vult post me venire ꝛc. Mathei. xvi. Circa qd possunt disputari seqntes questiones. Pma. Vtrum ad consecutionem eterne beatitudinis sit necesse abnegare semetipsum et tollere crucem suam et sequi christum. ¶ Secunda. Vtrū beatus Petrus martyr dicat triplici aureola dotatus.

Ad pmam questionem q queritur Vtrum ad consecutionem eterne beatitudinis sit necesse abnegare semetipsum et tollere crucem suaz et sequi christum. ¶ Et videtur q non. ¶ Pimo sic. Ad consecutionem vite eterne necesse homo debet diligere semetipsuz. ergo nō abnegare. consequentia videt bona. quia ista duo videnē esse contraria. antecedens est manifestū quoniam si diligere proximuz cadat sub precepto et illum diligere debeo sicut meipsum. ergo sub precepto cadit vt quis seipsuz ex caritate diligat. ¶ Secundo sic. dicitur ad Eph. v. Nemo vnq carnem suam odio habuit. nam homo naturaliter diligit vitam suam corporalem. ergo ad consecutionem eterne vite non est necessarium abnegare seipsum. ¶ Tertio sic. Mathei vndecimo. dicitur

Jugum meum suaue est et onus
meum leue. sed hoc non videtur
stare cū hoc q oporteat sumere
crucem ad consecutionez vite et
ne. ¶ In oppositum est euangeli-
um p̄sens. Respondeo dicenduz
q vera ē sententia dn̄i. Tria emz
sunt vt dicit Chrisostom⁹ ad eū
duz p⁹ xp̄m. Primū est abnega-
tio suipius s̄m ptem sensibilem.
id est voluptatū carnaliū et tpa-
lium abnegatio. Secūdū est cru-
cis susceptio. Tertium est imita-
tio. Primū notatur cum dicit. Si
q̄s vult post me venire abneget
semetipsum ¶ Et dicit Chrisosto
mus q loquitur p similitudinez
vt si haberes filiuz et videres eū
male tractari. si n̄ curares tu. ab-
negares. Sic si vis sequi passio-
nem dn̄i oportet q abneges te.
id est p nihilo reputes. p̄s. Fa-
ctus sum sicut homo non audiēs
et non hn̄s in ore suo redargutio
nes. Secūdū est ibi Et tollat cru
cem suam. id ē paratus sit in ani-
mo pati crucez siue mori morte a
cerbissima et t̄pissima ꝓpt̄ xp̄m
vt ip̄e p te fecit. s̄m illud Sap̄.
ij. Morte turpissima condēnem⁹
eum. Vn̄ hō debet esse pat⁹ pati
quācūqz mortem ꝓpt̄ deū. Terti
um tangit̄ ibi. Et seq̄tur me ¶ Et
ad hoc xp̄s ratione inducēs sub-
dit. Qui em̄ voluerit aīaz suā sal
uam facere pdat eam. Hoc autē
p̄ot dupliciter intelligi. Perdere
em̄ p̄ot habere duplicē significa-
tionē Vno mō idem ē q̄d amitte
re. et in isto sensu. pdet eā. subin
telligendū est in alia vita. qua-
si diceret. Qui voluerit animam
suam saluam facere. id ē delitijs
et voluptatibus occupare i hac
vita. quia hoc ē vitā suam salua
re s̄m opinionem carnaliū. et ta
lis pdet eam in alia vita. q2 obli-
gat eam ad penam inferni. alio
modo pdere idem est q̄d destrue-
re. et tunc cū dicitur. perdet eam
subintelligitur in hac vita. Et ē
sensus Qui voluerit animam suā
saluam facere q̄tum ad meritū
vite eterne. ipse perdet eam. id ē
destruet corpus laboribus ꝛ pas
sionibus exponēdo ex quibus se-
quitur sepatio anime a corpe. et
hoc est animam perdere secūdū
estimationem falsam carnalium.
licet sit saluare eam s̄m veritatē
Et s̄m hunc vltimum sensum. se-
quitur Qui autem pdiderit aīam
suam ꝓpter me id est ꝓpter deuz
mortem sustinendo. ip̄e inueniet
eam in beatitudine deo fruendo.
¶ Ad rationes in oppositum. Ad
p̄mam respondetur negando con
sequentiam. quia abnegare seip
sum s̄m exteriorem siue sensibilē
naturam non obtēperando i his
que repugnant rationi non ē con
trarium ei q̄d est diligere seipsuz
vt est p̄ceptum. q2 intelligit̄ s̄m
naturam rationalez. vt sez homo
velit sibi bona que pertinent ad
pfectionem rationis. amare autē
seipsum s̄m naturam sensibilem
sibi obtemperando non est vere
amare seipsum ex caritate. Pro-
pter quod diligere seipsum secū
dū naturā exteriorem in his q̄ re
pugnāt rationi est vituperabile

Unde .ij. Thimoth. iij. dicit quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. et erunt homines amantes seipsos. Sed in his in quibus natura exterior interiori concordat est laudabile. unde hoc est abnegare semetipsum id est affectum humanum non sequi. sed refrenare et subiugare rationi. Ad secundam respondetur negando consequentiam Et ratio est quia non dicimus quod ad consecutionem vite eterne debeamus nos interficere vt destruamus naturam. quia nemo carnem suam odio habuit. ad Eph. v. sed abnegamus nos. scilicet sensibilem naturam in his que repugnant et contrariantur rationi. vel que retardant nos a consecutione bonorum spiritualium refrenemus et humiliemus rationi. sicut dicit Apostolus. primo. Cor. ix. Castigo corpus meum et in seruitutem redigo etc. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia lex christi dicitur iugum suaue et onus leue diligentibus. quia vt dicit Augustinus. Amor omnia leuia facit et amanti nihil est difficile. nec hoc repugnat ei quod homo animo sit paratus suscipere mortem propter christum si fuerit expediens. vel crux dicitur ibi mortificatio carnis. de qua Apostolus ad Galath. v. Qui autem christi sunt id est qui spiritum dei habent carnem suam crucifixerunt cum vitijs et concupiscentijs suis passionibus quibus anima inclinatur ad peccandum. et quia tales ad hec opera mouentur ex deuotione ad christum crucifixum. ideo signanter dicit Apostolus. crucifixerunt id est christo crucifixo se conformauerunt affligendo carnem suam. unde ad Galath. ij. dicit Apostolus vt deo viuam christo confixus sum cruci.

Ad secundam questionem quod beatus Petrus martyr dicitur triplici aureola dotatus. quia virgo. quia predicator siue doctor. quia martyr. Queritur vtrum ille tres aureole in beato Petro martyre fuerunt equales Et videtur quod non. quia aureola virginitatis videtur esse maior inter alias. Dicit enim Cyprianus de virginibus loquens quod illustrior sit portio gregis christi. Secundo. Alijs videtur quod aureola martyrij sit maior. et hoc dicit Beda. Respondeo dicendum quod tres aureole in beato Petro non fuerunt equales et quod simpliciter loquendo aureola debita quia martyr excellentior est ceteris. Pro quo notandum iuxta sanctum Thomam in. iiij. dis. xix. quod preeminentia aureole ad aureolam dupliciter potest attendi. Primo ex parte pugne vt dicatur aureola potior que fortiori pugne debetur et per hunc modum aureola martyrum alijs aureolis supereminet. Alio modo pugna martyrum est fortior scilicet seipsum et vehementius affligens. sed pugna carnis est periculosior in quantum est diuturnior et magis nobis imminet euicino. et sic supereminet quodammodo aureola virginum. Secundo ex parte eorum de quibus

est pugna. et sic aureola doctorum inter omnes est potior. quia huiusmodi pugna versatur circa opera intelligibilia. Alie vero pugne circa sensibiles passiones Eminentia autem que attenditur ex parte pugne est aureolis familiarior. quia aureola secundum propriam rationem respicit victoriam et pugnam. difficultas etiam que attenditur ex parte ipsius pugne est potior quam illa que attenditur ex parte nostri in quantum est nobis vicinior. et ideo simpliciter loquendo aureola martirum inter omnes est potior. et ideo dicitur Mathei. v. quod in octaua beatitudine etc. que ad martires pertinet scilicet beati qui persecutionem patiuntur omnes alie perficiuntur propter hoc etiam ecclesia in connumeratione sanctorum martires doctoribus et virginibus preordinat. sed quantum ad aliquid nihil prohibet alias aureolas excellentiores esse Et per hoc patet responsio ad obiecta.

In festo apostolorum Philippi et Jacobi est euangelium. In illo tempore Dixit etc. Non turbetur cor vestrum etc. Joh. xiiii. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utrum explicite credere misterium incarnationis christi sit de necessitate salutis. Secunda. Utrum credere explicite trinitatem diuinarum personarum sit de necessitate salutis. Tertia. utrum potest cognosci vna diuinarum personarum non cognita alia.

Ad primam questionem sic proceditur Et videtur quod explicite credere misterium incarnationis christi sit de necessitate salutis. Primo sic. Non enim tenetur homo credere ea que angeli ignorant. quia explicatio fidei fit per reuelationem diuinam que peruenit ad homines mediantibus angelis. vt dicit Dionisius. iiii. celestis iherarchie. sed angeli misterium incarnationis ignorauerunt. vt videtur dicere Dionisius exponens illud Psa. lxiii. Quis est qui venit de edom. ergo angeli non tenebantur de hoc habere fidem explicitam. Secundo sic. Sicut dicit dionisius. ix. celestis iherarchie. Multi de gentilibus ante aduentum christi saluati sunt. sed illi non habebant fidem explicitam de redemptore quia reuelatio eis non erat facta ergo etc. Tertio sic. Aduentus redemptionis non est de dictamine legis naturalis. sed qui erant in lege naturali saluabantur implentes ea que sunt de dictamine legis naturalis. ergo etc. Sed in oppositum est euangelium in quo christus reprehendendo thomam dicentem Domine nescimus quo vadis et viam quomodo scire possumus ibi respondens ait. Ego sum via et nemo venit ad patrem nisi per me. scilicet in me credendo et mea opera imitando in quo tangit misterium incarnationis. ratione sic. Illud proprie et per se pertinet ad obiectum fidei per quod homo beatitudinem consequitur. via autem hominibus veniendi ad beatitudinem est misterium incarnationis et passionis christi. Dicitur enim Actuum. iiii. Non est aliud nomen datum hominibus in quo oportet at nos saluos fieri. ergo ne-

cessarium erat ad salutem habe-
re fidem misterij incarnationis.
Ad quam fidem diuersimode se
habet genus humanum sm diu-
sa tempa. In pmo enim statu an
te peccatum nō oportebat ab ali
quo homine habere fidem expli-
citam de incarnatōnis misterio se
cūdū qd ordinabat ad liberatio-
nem peccato. Ista conclusio pa-
tet. quia nondū seruitus erat idu
cta sed sufficiebat habere fidē ex
plicitam in cognitione dei. vt sci-
licet homo crederet q de9 ei p-
uideret in eis q̄ necessaria essent
ei ad salutem. In secundo autem
statu post peccatum ante aduen
tum christi quidam habebant fi
dem explicitam de redemptore q̄
bus reuelatio facta erat qui ma
iores dicebantur. Quidam vt mi
nores fidem implicitam habebāt
in fide maiorꝫ. vnde eis sacramen
tum redemptionis sub signis sa-
crifitiorꝫ pponebat. In statu em̄
post aduentum xpi quia iam mi-
sterium redemptiōis ipletū erat
corpaliter et visibiliter et pdica-
tum. omnes tam maiores q̄ mio
res tenentur ad explicite creden
dum. pcipue q̄tum ad ea que cō
muniter in ecclesia solēnizantur
et publice pponuntur. sic sunt ar
ticuli incarnationis. alias autē
subtiles considerationes circa in-
carnationis articulos tenenē ali
qui magis vel mīn9 explicite cre
dere sm qd conuenit statui et of-
ficio vniuscuiusqꝫ. ¶ Ad rationes
in oppositum. Ad pmam respon
detur q angeli pmitus de incar-
nationis misterio edocti sunt q̄
hominies. vt dicit Dionisius ca.
iiij. celestis ierarchie. q̄tuꝫ ad ip
sam substantiam eius qd creden
dum est q̄uis non q̄tum ad om-
nes circumstantias omnium arti
culorꝫ quas postea rebus euenie̅
tibus cognouerunt. ¶ Ad secun-
dam respondetur q ratio nō p-
cedit. Tum pmo quia multis gē
tilibus reuelatio facta fuit. sicut
patet p ea q̄ pdixerūt. ¶ Nā Iob
dicitur. xix. Scio q redemptor me9
viuit. Sibilla em̄ pnunciauit ali
qua de xpo vt Augusti. dic̄ Tū
secūdo qr si aliqui saluati sūt q-
bus non erat facta reuelatio. nō
fuerunt saluati absqꝫ fide media
toris. quia et si non habuerunt fi
dem explicitam. habuerunt ipli-
citam in diuina puidentia. credē-
tes deū esse liberatorem. hoim se
cūdū modos sibi placitos. et sm
q aliqb9 veritatē cognoscētib9
ipse reuelauit. sm illud Iob. xxx
v. Qui docet nos sup iumēta ter-
re. ¶ Ad tertiā rn̄det negādo ↄse
quētiā Et rō ē. qr quāq ad cog
tionem misterij incarnationis nō
sufficeret p se natura. sufficiebat
tn̄ cū lege scripta. añ legē vo ad
iuta per gratiam.

AD sedam questionē sic
pcedit Et videt q cre-
dere explicite trinitatē
diuinaꝝ pso naꝝ nō sit de neces-
sitate salutis ¶ Primo sic. dic̄ em̄
Apl's ad Heb. xi. Credere opor
tet accedentē ad deū qr est. ergo
videtur q non oportuit credere
distinctionem personarum.

¶ Secundo sic. Cognitio fidei ē necessaria inquantum nos in finem dirigit. sed deus est finis noster inquantum est summum bonuz q̄d ad essentiā ptinz. ergo videtur q̄ sufficiebat de deo credere essentialia. ¶ Tertio. Sacra scriptura ē regula fidei. sed in scriptura veteris testamēti ñ fuit fcā expssa mētio de trinitate. ergo non erat necessarium credere illam. ¶ In oppositum est euangelium presens vbi xp̄us reprehendens Philippum ait. Tāto tempore vobiscuz sum et non cognouistis me. Philippe qui videt me videt et patrez meum. non credis. quia ego i patre. et pater in me est. ¶ Respondeo dicendum. q̄ post tempus gr̄e diuulgate tenemur explicite ad credendum misterium trinitatis. Ista conclusio sic declaratur Misterium christi explicite credi non potest sine fide trinitatis. quia in misterio xp̄i hoc cōtinet̄ q̄ filius dei carnē assumpsit. Itē q̄ per gratiam sp̄ussancti mūdū renouauit. Et iteꝝ q̄ de sp̄usancto conceptus fuerit. Et ideo eo modo quo misteriuz xp̄i añ xp̄m fuit quidem explicite creditum a maioribus. implicite autem et q̄si obumbrate a minoribus. ita etiam misterium trinitatis. et ideo post temp⁹ gratie diuulgate tenentur omnes sicut dictum ē ad credendum misterium trinitatis et omnes qui nascūtur i christo hoc adipiscuntur p inuocationez trinitatis. sm illud Math. vlti. Euntes docete omnes gētes baptizantes eos in nomine p̄ris et filij et sp̄ussancti. ¶ Ad rationes i oppositum. Ad p̄mam respondet negando consequentiam Et ratio est. quia apostolus posuit illa que oportuit explicite credere de deo omni tempore. et quo ad omnes. ¶ Ad secundaz respondetur negando consequentiaz Et ratio est. quia ad dirigendum in finez non solum oportet cognoscere finem. sed ea sine quibus in finem dirigi non potest. et ideo oportet habere explicitam fidem. nō tm̄ de fine sed etiam de misterio trinitatis. quia sine diuinaꝝ personarum visione in finem beatitudinis veniri non potest. ¶ Ad tertiā respondetur vno modo negādo minorem quia in veteri testamento multipliciter est expssa trinitas personaꝝ. sicut statim in pricipio Geñ. vbi ad expssionem trinitatis dr̄. Faciam⁹ hoiez ad imaginē et similitudinem nostram. Tum secundo. non erat necessariuz vt explicite omnes cognoscerēt misterium trinitatis. iō ñ fuit positū misteriū trinitatis manifeste in veteri testamento sed velate vt sapientes credere possent.

Ad tertiam questionē sic pceditur Et videt̄ q̄ vna personaruz p̄ot cognosci alia non cognita. ¶ Primo sic. Essentia diuinitatis potest cognosci nō cognita distinctione personaꝝ sicut cognoscebant philozophi. g° etiaz vna psona alia non cognita. ¶ Secundo sic. Discipuli habebāt no-

ticiam de christo. et tamen ñ habebant de patre. vnde dicit philippus. Ostende nobis patrem et sufficit nobis ¶ Tertio sic. Diuine persone habent distinctos articulos. et per consequens distinctas cogitationes. ergo vna pōt cognosci alia non cognita. ¶ In oppositum est euāgelium p̄sens vbi christ⁹ ait. Si cognouissetis me et patrem meuz vtiqz cognouissetis. et infra. Tanto tempore vobiscum sum et nō cognouistis me. Philippe qui videt me videt et patrem meum. quō tu dicis. ostende nobis patrem. non credis quia ego in patre et pater in me est. Respondeo dicendum. q̄ q̄r verba huiusmodi euangelij sunt aliquo modo obscura. sūt aliq̄ notanda p̄ eius intelligentia. Primo notandum q̄ s̄m Augustinū inter discipulos aliqui erant qui etiam christum s̄m q̄d erat verbum dei cognoscebant. q̄r vnus erat Petr⁹ qui dixit. Tu es xp̄s filius dei viui. Mathei. xvi. Alij erant qui eum non cognoscebāt. inter quos erat philippus. q̄tuz ad p̄mos. dixit. q̄ ego vado vos scitis. q̄tum vero ad secūdos dixit. Non cognouistis me. Secundo notandum q̄ xp̄us dupliciter cognosci poterat. vel s̄m humanam naturam. et sic oīs sciebāt. et q̄tum ad hoc dixit. Quo ego vado vos scitis. quia vado ad patrem quez scitis per me vob̄ manifestatum. via autem per quaz vado ego sum quam scitis. Secūdo poterit cognosci s̄m diuinā naturam. et s̄m hanc dicit. et nō cognouistis me. Tertio notandum q̄ non est inconueniens q̄ vnuz et idem sciri et ignorari diūsimode potest. Cognitio enim humana p̄cedit de imperfecto ad perfectum. vt habetur p̄mo phisicorum. et ideo illud quod scitur i generali et confuse bene ignoratur in particulari et determinate. sic erat in p̄posito. q̄r christi doctrina in quodaz generali et confuso accepta erat. et sic dicit christus eos scire. determinate autē et p̄fecte adhuc nesciebāt. et sic thomas negauit se scire p̄pter quod christus explicat magis in particulari. Ego sum via s̄m humanitatem. quia illa que gessit in humanitate / sunt via p̄ducens nos ad gloriam. et sic vtrimqz dixit verum. vt dicit Albertus christ⁹ enim dixerat q̄ se qui via erat / nouerant. thomas autem negat quia licet christum nouerat. tam̄ de christo sub intentione vie dubitabat et querit. sicut qui noscit christum non oportet q̄ cognoscat eum sub forma venientis. sic ergo dicit. Nescimus quo vadis quia licet q̄ ad patris beatitudinem vadis. non tamen scim⁹ patrem sub ratione termini siue finis vie tue. et ideo nescimus quo vadis. dicit Jhesus. Ecce illuminatio dubitationis. Ego sum via veritas et vita. via. per me vt certū exēplū virtutis transitis. Ego sum veritas. id est doctrina in q̄ non deuiantur. Ego sū vita q̄ ad vnitatem in qua quicūqz per me

R

viuit· in sempiternum viuit· hoc intendit littera· vt dicit Albertus· q sit vera via· conuenienter pbat dicens· Nemo venit ad patrem nisi p me ducentem/ sic via ducit· quia nec ad cognitionē patris venit nisi per me. Joh· pmo Vnigenitus q est in sinu pris ipse enarrabit· Et dans certaz termini vie demōstrationem subiungit dicens. Si cognouissetis me scdm diuinitatem quā in operibus operz meorz cognoscere facile potuistis ꝛ patrez meuz q vnꝰ in deitate mecū est cognouissetis vtiqz· quia nostra opera indiuisa sunt· sicut indiuisa ē virtus ꝛ substantia q̄ opamur· Amodo cognoscetis eum accepto spūsācto post resurrectionez et ascensiōez meam· q reuelabit vobis oīa que dixi vobis· Joh· xiiij· Cū venerit paclitꝰ quē ego mittā ꝛc· ille docebit vos oia ꝛc· Et vidistis euz qz videndo me in qo est diuina natura q̄ est idem qd pater vidistis eum· Qui enim me misit mecuz ē Joh· viij. Consequenter sequitur dubitatio philippi q̄ oritur ex pcedenti· q̄si diceret· Ex q dicis patrem esse deū ad quem vadis ꝛ in quo est terminus nostre beatitudinis. ostende nobis patrez ꝛ sufficit nob· ac si dicat· et si nihil vltra queritur. hoc dixit philippus quia patrem in ratione pris non nouit· licet in ratione dei· Philippus enim rudus fuit· vt dic Albtus· qz licet cognouerit deū in ratione dei. non tamē cognouit sub distinctione psonarz et idigebat illuminatione ampliori· Et illaz Christus sicut doctor pus exhibet philippū redarguendo· Tāto tempe vobiscum sum ostendens vobis viam et patris opationem et virtutem et substantiaz· ꝛ per illa non cognouistis me. ac si diceret· mirz est valde. quia q vidz me videt et patrez meū scz scdm diuinitatem· et ideo/ mirz q hoc totiens a me auditū non cognouistis· ¶ Surgit questio q̄ ē· q̄re tāto tempe pfecte nō cognouerūt xpm ¶ Rñdetur iuxta Albertum super Johannem· q iō· quia oculi eorz tenebantur velamine carnis et infirmitatis xpi/ quo semp cogebantur dubitare. qz ꝛ petrꝰ aliqn̄ p se cōfitebatur et p alijs dicens· Tu es xpus filius dei viui· Math. xvi· tamen iterz apt infirmitatem carnis reasserebant ad fidei modicitatem· et apt illā carnis assumptam infirmitatem semp patrem meliorem filio credebant· et iō vt dicit glosa· nec filium pfecte cognouerunt· qz nō omni natura filius est eq̄lis patri· et ideo qui patrem filio meliorem credit. nec filiū cognouit esse filium p naturam· et iō philippus repbensione dignus fuit· qz non cognouit· Philippe qui vidz me p opa esse deū· videt prem· qz deus incoīcabile est nomē ꝛ natura nulli nisi vni scdm substātiā conueniēs· et iō q cognouit diuinitatem in filio cognouit eā et in patre· qz pater et filiꝰ vnuz sunt in natura. et iō recta cōsequentia· q videt filium districta cognitione

videt et patrem. quomodo tu dicis in quantum apostolus electus. tot doctrinis imbutus/tot reuelationibus illuminatus. cum sis vnus de illis quibus dixi. Math. xiij. vobis datum est nosse misterium regni celorum. dicis. ostende nobis patrem. cum totiens tibi pater in demonstrationibus operum ostensus sit. Joh. xvij. Pater manifestaui nomen tuum hominibus/ quos dedisti mihi. non credis quia ego in patre et pater in me est. quasi diceret. hoc mirum est. Consequenter prehabita dubitationis illuminatione subiungit perfectam rationem dicens. Verba que ego loquor quantum habent effectum quod quicquid dico statim fit. quod non conuenit nisi verbo dei vobis ad vtilitatem vestram. a meipso non loquor puate. quia sic effectum non haberet pater autem in me manens per substantiam. ipse vt actor facit opera in me. Sicut enim indiuisa est natura. sic indiuisa est operatio Joh. v. Opera que ego facio etc. non creditis quia tu non loqueris tantum pro te sed pro omnibus alijs quia ego in patre et pater in me est. quasi diceret. mirum est si hoc post tanta opera visa non creditis. alioquin supple si simpliciter non creditis siue alio inducente vos ad fidem propter opera ipsa credite. loquitur omnibus apostolis quia illa sufficienter vos ad fidem inducunt. Istis sic expeditis pro intelligentia sana euangelij pro responsione ad formam questionis est notandum. quod triplex dicitur visio qua videtur deus a nobis. Vna est que perficitur lumine naturalis rationis quasi per effectus dei qui sunt quedam vestigia que surgunt ad noticiam aliqualem dei. sicut dicitur Sapientie. xiij. A magnitudine speciei creature poterit eorum creator videri. Et ad Rom. primo. Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur Et de tali visione est conclusio. quod deus potest videri non intellecta distinctione personarum. sicut philozophi et iudei dicuntur habere noticiam dei. scilicet quod sit. et quod sit vnus. et quod sit bonus. et quod sit potentissimus. et huiusmodi. Cum autem omnes effectus dei respiciunt potentiam et bonitatem dei que omnia pertinet ad essentiam diuinam. non ducunt in cognitionem distinctionis alicuius personarum. Secunda visio est qua homo dicitur videre aliqua que sunt supra intellectum humanum. que lumine fidei et reuelationis domini nostri ihesu christi per spiritum perspicitur in nobis. et ista cognitio aliquando per successionem temporis creuit. sicut dicit Gregorius. quod secundum incrementum temporum creuit scientia sanctorum patrum. et aliquando hoc contingit. vt dicit sanctus thomas. ex impotentia ad ostendendum quia principio totum capere non possunt. Vnde oportet humanum intellectum assuefieri ad ea que fidei sunt. propter quod dominus discipulis dixit. Multa habeo vobis dicere que non potestis portare modo. Joh. xvi. Hoc manifeste habemus in euangelio Johis.

Nam in p̄senti euangelio repre-hendūtur apostoli. q non cognouerunt diuinitatez christi nec patrem sicut visum ē. Infra tam̄ .c. xvij. augmentata fide illoꝝ dicit christus de eis. Nūc cognouerūt quia omnia q̄ dedisti mihi abs te sunt. id est a te ꝓcedentia. qꝛ verba que dedisti mihi ab istāti cōceptionis q̄ replet⁹ fui omni cōgnitione veritatis dedi eis interius et exterius docendo. et ipsi acceperūt doctrinaz xp̄i recipiendo et cognouerunt p doctrinam xp̄i et p miracula. et q hmōi cognitio fuit fidei. iō subditur. et crediderūt vere. id est firmiter et stabiliter. quia tu me misisti. Et de tali cognitione est cōclusio secūda. q cognitione fidei pfecta nō potest quis videre vnam psonaz alia non visa. Patet cōclusio ex dictis xp̄i dicentis. Si cognouissetis me perfecta fidei cognitione cognoscēdo i me diuitatē/credendo me non solum hoiem ʒ etiam deum. vtiqz et patrez cognouissetis q̄ vnū in diuinitate est mecum. Tertia visio dei est visio intuitiua q̄ beati vident deū. de q̄ dr Joh. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te solū deū et quē misisti ihesum xp̄m. Et de tali ē cōclusio tertia. q est impossibile videre in diuinis vnam psonaz alia non visa. Patet conclusio ex p̄nti euangelio. ait enim xp̄us. q̄ videt me videt et patrem meū. Ratione ꝓbatur sic. In psona diuina non intelligimus nisi substantiam siue naturam q̄ vna est simplicissima triū psonaꝝ. nec pōt videri in vna psona quin eadem videatur in alia. Secundo intelligimus relationem. sed relatiua sūt simul naturali intelligētia. ita q vnum est in intellectu alter⁹. vt pater dicitur filij pater. et filius patris filius. ergo impossibile ē visione aperta que est visio p essentiam cognoscere vnam psonā alia non cognita. ¶ Ad rationes in oppositum Ad p̄mam respōdetur. q ratio ꝓcedit de p̄ma cogtione naturali. quia tali non cognoscitur distinctio psonarum in diuinis ¶ Ad secundam respondetur. q cognitio discipuloꝝ adminus Thome et Philippi fuerit impfecta cognitio. et ideo merito rep̄hensi fuerunt a christo. Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratio ē. qꝛ non omnes articuli sunt sic distincti vt in eis non implicetur cogtio plurium psonaꝝ. vt cum dicitur. Credo in deum petrem omnipotentem. iam intelligitur cum patre filius. Item cum dicit. Et ihesum filium eius. implicantur due persone. Qui conceptus ē de spiritu sancto. ecce implicāt̄ tres persone. et ita ratio non ꝓcedit. Tum etiā qꝛ licz in articulo vno non fiat mentio nisi de vna persona. nō sequitur q pfecta cogtiōe fidei possit cognosci vna persona alia non cognita. qꝛ si de p̄re habeo perfectam fidem. oportet q cognoscaz de eo q genuit filium ab eterno. et ab eo et filio ꝓcessit sp̄ūssanctus. et sic de alijs.

IN festo Inuentionis sancte crucis est euangelium. Erat homo ex phariseis rc. Joh. iij. Circa quod possunt disputari sequentes questiones ¶ Prima. Utrum fuerit conueniens cōparatio cum dicitur. sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto. ita oportet exaltare filium hominis ¶ Secunda. Utrum sit verū q nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo. filius hominis q est in celo. ¶ Tertia. Utrū crux christi sit adoranda adoratiōe latrie.

AD pmam questionez sic pceditur. Et videtur q non fuerit conueniēs cōparatio cū dicitur. Sicut moyses exaltauit serpentem in desto ita exaltari oportet filium hominis. ¶ Primo sic. Christus fuit absqz omni peccato innocentissim⁹. et ideo dictus est agnus sine macula. flos campi et lilium rc. Canticor. ij. Serpens est autem naturaliter venenosus. ergo non videtur ex pte ista conueniens compatio. inter compabila eniz semper requiritur aliq̄ pportio aut analogia ¶ Secūda. Idem arguit sic. Christus exaltatus est pcurrantibus iudeis ex malicia eoruz. serpens exaltat⁹ p moysen ex mādato dn̄i. Tertio. ex pte effect⁹ quia aspectus serpentis sanabat a morte corpali tantum. fili⁹ hominis exaltatiōe sua a morte anime vt restituit vite eterne. ¶ In oppositum est euangeliū. Rn̄deo dicendum q conueniens fuit cōparatio illa. xp̄us enim illam fecit. ergo fuit conueniens. Un̄ nota q sicut habetur Numeri. xxi. Populo iudeor murmurante cōtra dominum et dicente. Nauseat anima nostra sup isto cibo leuissimo. misit dominus in vltionē serpentes et postmodū concurrēte populo ad moysen. et ipso clamante ad dominuz. mandauit dominus in remediū fieri serpentez eneum. Qd quidem fuit in remedium contra illos serpentes. naz percussi a serpentib⁹ aspiciētes eum sanabantur. et in signuz passionis dn̄ice. quia sicut aspectus serpentis sanabat a morte corpali. sic immo mltomagis fides ihesu christi crucifixi sanat a morte spirituali et restituet vite eterne. Voluit autem mori exaltat⁹. Primo vt purgaret celestia. iaz enim per sanctitatem sue conuersationis purgauerat terram. restabat p mortem purgare aera. Col. p⁹. Pacificans per sanguinē suū que in celis et in terris sunt. Secūdo vt trīpharet de demonibus qui in aere bellū pparant. ad Eph. ij. scd̄m pncipem ptātis aeris. Tertio vt corda nr̄a ad se traheret Joh. xij. Ego si exaltatus fuero omnia trahā ad me. ¶ Ad rationes in oppositum Ad pmaz dicendum q serpens ille quē exaltauit moyses cū esset eneus venenum non habuit. sed figura fuit serpentis venenosi. sic xp̄us nō habuit peccatū qd est venenum sed habuit similitudinem veneni

id ē peccati ex carne passibili. Ro ma. viij. Misit deus filiū suū in similitudinem carnis peccati. et sic cōueniens fuit compatio serpentis ad xp̄m in hoc. ¶ Ad secūdaȝ respondetur negando ꝯn̄aȝ. qꝛ solum facta est compatio rōe dc̄a et rōne effectus sequentis. ¶ Ad tertiaȝ rn̄detᷓ negando ꝯn̄am. nec oportet ꝙ inter similia sit oīmoda silr̄itudo. qꝛ iam nō essent similia sed eadem. Corpalia em̄ bene sunt figura siue signa spūaliū. ita est hic. nam sicut fructus figuralis serpentis erat ꝙ qcūqȝ aspiciebant serpentē eneū. liberabantᷓ veneno. et p̄seruabāt̄ vite. ita ℞ q̄ aspicit filiū hoīs exaltatū. id est qui credit xp̄o crucifixo liberatᷓ a veneno peccati. et p̄seruatur ad vitam eternam.

AD secūdam questionem sic ꝓcedit̄. Et videtur ꝙ nō sit verū ꝙ nemo ascēdit in celū nisi q̄ descendit de celo filius hoīs qui est in celo. ¶ Primo sic. Ipse filius hīos nō descē dit de celo. ergo illud nō est verum. consequentia patet. anteceedens ꝓbatur. aut descendit scd̄m diuinaȝ naturaȝ aut scd̄m humanam. non ₰m diuinam. qꝛ diuine nō cōuenit descēdere de celo motu locali. qꝛ sic non remaneret in celo. Nihil em̄ localit̄ motū remanet vnde nō descendit. nō etiā descendit ₰m humanaȝ naturam. patet. qꝛ non descendit ₰m corpꝰ sicut hereticus Valentinus dixit ꝙ xp̄us corpus de celo detulisset et transijsset ꝑ virginē nihil ex ea accipiēs sicut aqua ꝑ fistulā. qꝺ est contra ap̄lm ad Rom̄. pᵒ. qui factus est ei ex semine dauid ₰m carnē. nec etiaȝ descendit ₰m animam qꝛ sic esset error Origen̄. q̄ dixit aīam xp̄i ab initio esse creatam cū angelis et v̄bo vnitaȝ. et postmodū de celo descendisse assumendo carnem de v̄gine. sed hoc repugnat catholice fi dei. q̄ aīas ante corpus non esse dicit. nō gᵒ xp̄us scd̄m hūanaȝ naturaȝ descē dit de celo. Secūdo sic. ad ephꝫ. iiij. Xp̄us ascendēs in celū captiuam duxit captiuitateȝ. id est sanctos patres q̄s de limbo eduxerat duxit in celum. et tn̄ isti nūq̄ descēderunt de celo. ergo aliq̄ ascendunt in celū q̄ nūq̄ descenderūt de celo. ¶ Tertio. Idem patꝫ de Paulo rapto in tertium celuȝ qui ꝑus ibi nūq̄ fuerat. et ꝺ sanctis omnibus q̄ ascendūt in celū ₰m illud. ij. Cor. v. domū hēmꝰ nō manu factaȝ in celis ⁊c. ¶ In oppositū est euangeliū p̄ns. ¶ Rn̄deo dicendū ꝙ verū est q̄d dicit̄ a xp̄o q̄ cū sit veritas et vita. Johan. xiiij. mētiri non pōt. Breuis sensus illiꝰ v̄bi xp̄i ē. ꝙ filius hominis. id est xp̄s ⁊ membra sua q̄ sunt oīs fideles iusti ascendūt i celū. q̄ idem filiꝰ ₰m diuinam naturaȝ descendit de celo. Pro q̄ notandū ꝙ cū in xp̄o sit vnū suppositū vel vna ẏpostasis vel ꝑsonaruȝ duarū naturarū diuine scꝫ et hūane, ex q̄cūqȝ earū hoc suppositum noiet̄. poterūt ei attribui et diuina et humana. possumus em̄ dicere ꝙ filius hoīs creauit stellas.

et ꝙ filius dei crucifixus est. non ſm diuinam naťam ſ ſm humanaz. filius autē hoīs creauit ſtellas ſm diuinaz naturaz. ita vt de his q̄ de xp̄o dicūtur nō ſit attendenda diſtinctio q̄tū ad eū de q̄ dicūtur. ſ indifferent̄ et diuina ⁊ hūana dicūtur de deo ⁊ hoīe. ſed vt fiat diſtictio q̄tū ad id ſm q̄d dicūtur. q: diuina dicūtur d̄ xp̄o ſm dinam naťam. hūana v̄o ſm hūanaz naťam. deſcendere de cel̄ d̄r de filio hoīs nō ſm hūanā naturam ſ ſm diuinaz ſm quā conuenit ei añ incarnatōem fuiſſe. dicitur aūt deſcendere non motu locali ſicut argutū ē. nec ſic̄ deſinēs eſſe ſurſum in celo. ſ q: aſſumpſit naturā q̄ eſt deorſum. et nō ad deſignandū ꝙ deſcendit motu locali. ſ aſſumptione nature inferioris humane dicit ꝙ deſcendit filius hoīs. id eſt inq̄tum ē factus fili⁹ hoīs Secūdo notandū ꝙ pſona xp̄i aliqñ accipitur cū pſectione ꝓ ſolo capite. queadmodū dic̄ Jo̅hes qui deſurſum eſt ſup omnes eſt. aliqñ ꝓ toto corpe ſiue ꝓ capite in q̄tū ſunt ei membra vnita. videlicz omnes fideles exiſtentes in caritate. ⁊ hoc mō accipitur hic. Joh̄. iij. cū d̄r. Nemo aſcendit ī celū ⁊c̄. Vñ Auguſti. j li. de baptiſmo puuloꝝ. Jn vnitate eius oīs imutandi leuandi qz cōcurrūt vt ille q̄ deſcendit ſit ille q̄ aſcendit. non aliud ſe deputans q̄ corpus nr̄m. vt de ipſo ⁊ eccleſia veri⁹ dicat̄. erūt duo ī carne vna. non g° ſequit̄ ſolus xp̄us aſcendit. non g° nos aſcendemus q: ſic̄ dic̄ glo. Nō aſcēdūt in celū niſi ſint membra coherētia illi q̄ ē vna pſona hō et dei fili⁹. ¶ Ad rōes in oppoſitū Ad pmā rn̄det̄ negando añcedens. et ad ꝓbatōnez rn̄detur ꝙ deſcendit ſm diuinam naťam eo mō q̄ dictū ē. ſm vero hūanaz naturam nō deſcendit ſic̄ bn̄ argutū eſt. Vel pōt dici ꝙ ſm corpus deſcēdit de celo. vt Hilarius dicit non ꝙ materia corpis xp̄i de celo deſcendit. ſ q: virtus formatiua ei⁹ de celo fuit vñ Aug⁹ ad Oroſiū dicit. Celeſtem dici xp̄m q: nō hūano cōceptus ē ſemine. ⁊ hoc mō exponit Hilarius vt dic̄ ſanctus thomas ¶ Ad ſcdaz rn̄det̄ ꝙ ſancti pr̄es aſcendentes cū xp̄o fuerūt et ſūt membra ei⁹. ideo cū ipſo q̄ fuit ī celo aſcenderūt. vt dictū ē. ¶ Ad tertiam eadez eſt rn̄ſio. ꝓpt̄ hoc eñ filius dei de celis deſcendit vt nos faciendo membra ſua ad aſcenſum celoꝝ nos p̄pararet. Nūc quidem in ſpe. tandez vero in re. ad Eph̄. ij. Qui reſuſcitauit nos et conſcendere nos fecit in celeſtibus.

Ad tertiaz queſtionez ſic̄ ꝓcedit̄. Et videt̄ ꝙ crux nō ſit adorāda adoratōe latrie. ¶ Pr̄o ſic̄. Null⁹ pius filius venerat̄ contumeliaz patris puta flagellū q̄ flagellat⁹ ē. vl̄ lignū q̄ fuit ſuſpēſus ſ magis abhorrit. xp̄us aūt in ligno crucis acerbiſſimam mortem paſſus eſt. ſm illud Sap. ij. Morte turpiſſima condemnemus eū. g° fideles non dn̄t crucez venerari ſ magis

abhorrere. Secundo sic. Humanitas xpi adoratur adoratione latrie inquantum est vnita filio dei in persona quod de cruce dici non potest. ergo crux xpi non est adoranda adoratione latrie. ¶ Tertio. Sicut crux xpi fuit instrumentum passionis. ita et multa alia. puta claui lancea et corona spinarum. sed istis non exhibemus cultum latrie. ergo videtur quod nec cruci xpi sit exhibendus. Quarto maiorem affinitatem habet beata virgo ad xpm quam crux. sed beata virgo non adoratur cultu latrie. ergo multominus crux. ¶ In oppositum arguitur sic. Reliquie aliorum sanctorum venerantur eadem veneratione qua et ipsi. sed crux xpi est de reliquijs xpi. ergo adorabitur eadem adoratione qua xpus scilicet latria. ¶ Respondeo dicendum quod honor et reuerentia non debetur nisi rationali creature aut sensibili. Insensibili autem non debetur nisi ratione nature rationalis. et hoc dupliciter. Vno modo inquantum representat naturam rationalem. Alio modo inquantum ei quocunque modo coniungitur. Primo modo consueuerunt homines adorare regis imaginem. Secundo modo eius vestimentum. Vtrunque autem venerantur homines eadem veneratione qua venerantur et regem. Si ergo loquimur de ipsa cruce in qua xpus crucifixus est. vtroque modo est a nobis veneranda. Vno scilicet modo inquantum representat nobis figuram xpi extensi in ea. alio modo ex contactu ad membra xpi et hoc quia eius sanguine est perfusa. vnde vtroque modo adoratur eadem adoratione cum xpo. scilicet adoratione latrie et propter hoc etiam crucem alloquimur et deprecamur quasi ipsum crucifixum dicentes. O crux aue spes vnica etc. Si vero loquimur de effigie crucis xpi in alia materia. puta lapidis vel ligni vel auri vel argenti sic veneramur crucem tantum vt imaginem. scilicet adoratione latrie. ¶ Ad rationes in oppositum Ad primam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia in cruce xpi licet quantum ad opinionem vel intentionem infidelium consideratur opprobrium xpi quantum tamen ad effectum nostre salutis consideratur virtus diuina qua xpus de hostibus triumphauit. Col. ij. et ideo dicit Apostolus. prima Cor. primo. Verbum crucis pereuntibus quidem stulticia est. his autem qui salui fiunt virtus dei est. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam Et ratio est quia licet crux xpi non fuerit vnita verbo dei in persona. fuit tamen ei vnita aliquo alio modo. scilicet per representationem et contactum et hac sola ratione exhibetur ei reuerentia. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia alia ratio est de cruce et alijs instrumentis quia licet quantum ad rationem contactus membrorum xpi adoramus etiam non solum crucem. sed etiam omnia que fuerunt xpi. vt lancea / claui / et vestimenta ista tamen non representant imaginem xpi sicut crux que dicitur signum filij hominis quod apparebit in celo. Mathei. xxiiij. Et inde est quod imaginem xpi veneramur non imaginem clauorum vel quorumcunque aliorum. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia crux xpi est imago xpi. non autem beata virgo. Preterea crux put in se consideratur non est capax honoris cum sit res insensibilis. sed beata virgo est secundum seipsam capax venerationis et ideo non est similis ratio.

In festo beati Johãnis ante portam latinã est euangeliũ. Dixit ihesus Petro. Sequere me &c. Joh. xxi. Circa q̃d possunt disputari sequentes q̃stiones. Prima. Utrum beat⁹ Johannes sup̃ pectus domini recũbens/ tantum inde sapientie suxit vt in figura aquile meruit inter euangelistas designari. Secunda. Utrũ beatus Johannes int̃ martyres debeat cõnumerari.

Ad p̃mam questionez sic p̃ceditur. Et videtur q̃ non debuit figure aquile designari. sed hominis. Altior est visio intellectualis q̃ sensibilis. ergo beatus Johannes q̃nto altius de diuinis erat locutus. cõuenientius veniebat figurandus figura nature rational'. puta hominis. q̃ aquile qui intellectu & ratione caret. ¶ In oppositum ẽ illud Ezech. p°. Facies aquile desuper ipsoꝝ quatuor. ¶ Respõdeo q̃ beatus Johannes meruit int̃ omnes euangelistas cõuenienti⁹ figura aquile designari. Ratio ẽ. sicut sup̃ cũ de beato Marco fieret disputatio dictũ est. euangeliste sortiti sũt figuras ẽm materias de q̃b⁹ sp̃aliter locuti sũt in euãgelijs. vt figuratio beati mathei ẽ facta in facie hois. q̃ p̃ncipaliter describit facta ipi⁹ humanitatis xp̃i Marci v̊o descriptio in facie leonis quia p̃ncipaliter describit ipsius xp̃i regnum Descriptio Luce designat̃ in facie bouis. qui est aĩal imolaticuz quia p̃ncipaliter describit ipsius christi sacerdotium. ita descriptõ beati Johannis conuenient̃ designatur in facie aquile. quia p̃ncipaliter describit in xp̃o excellentiam diuine nature. et iõ quia altissima est contemplatus in euangelio suo. conuenienter per aquilam est designatus. habuit enim bene p̃prietates que aquile esse dicuntur. Dicitur p° q̃ aquila acute videt. ita vt etiã solez i rota irreuerberata acie oculi aspicere dicatur. p̃pter quod visus acumen aquila ab acumine nomen accipiens vocatur. Et insuper vt pulli sui sint. sic p̃bare dicitur. Cum enim de ouis egressi iam per naturam coadunatos habent oculos. quemlibet pulloꝝ ad rotam solis videnduz disponit. et cuiuscũq3 oculos lachrimari cõspexerit illum abijcit. et quẽ illoꝝ pati solem irreuerberata pupilla dep̃henderit hunc tanq̃ suũ fouet & nutrit. ita beatus Johannes irreuerberato sole ad lumẽ v̇bi q̃d Sap. vij. Candor lucis eterne d̃ se cõuertit. et hereticos hoc lumen aspicere nõ valentes d̃ mido ecclesie abijcit. sicut fecit de hebeonitis qui tempore suo fuerũt. dicentes. christum esse hominẽ purum. Catholicos vero hoc lumẽ intuẽtes sincera fide i eccl'ie nido sua doctrina fouet & nutrit. & iõ bñ d̃r d̃ eo. ezech. i. facies aq̃le d̃ sup eoꝝ q̃tuor. alij enĩ euãgeliste huãitatẽ dñi nr̃i ih̃u xp̃i describũt parꝝ se ad diuitatẽ ei⁹ eleuãtes. h aũt ad et̃na diuitatis se atollit.

et pax de natiuitate hūana se intromittit. Ezech. p°. Facies aq̄le extenta desup erat. Bñ certe extenta desup erat. qr dic Aug⁹ Si Paulo altius intonasset totus mūdus non intellexisset. et iō dicitur in p̄sa de ipso. Tam implenda q̄ impleta nunq̄ vidit tot secreta purus homo purius. Secūda p̄prietas aquile q̄ conuenit beato iohanni est q̄ alte volat. q̄d vt dicit in celesti iherarchia dionisius altiuolum significat diuie contemplationis Non enim Johannes diuina describit per creata visibilia in quibus dei inuenit vestigium. nec describit diuina p creata inuisibilia in quibus diuina refultant q̄si per speculū. nec describit diuina per enigmatum occultū in quibus diuina latent allegorice per secretū. sed describit ea p ip̄m lumē diuinū. et ideo altissime volauit. vnde Apoc. viij. Audiui vocem vnius aq̄le volantis per mediū celi. Vnica em̄ hec aquila auditur p mediū celi volare vestigium in infimis non tangens et i medijs creaturis spiritualibus speculuz et enigmata transcendens ꝛ vsqz ad mediū celi trinitatis se attollēs q̄ii medie in trinitate p̄sone hoc ē vbi describit p̄petatem et diui tatē. Job. xxxix. Ad p̄ceptū euolabitur aq̄la et in arduis ponet nidū suum. Hanc enim eleuationem intellectus facere non potuit nisi solus de⁹. nec q̄ in arduissimis sic nidū poneret intellectus. Vñ i p̄sa de ipso. Volat auis sine meta q̄ nec vates nec p̄pheta volauit altius. Tertia p̄petas aquile q̄ in p̄ruptis et in locis inaccessis nidificat qd̄ soli iohanni competit Prerupta em̄ siḡficat alta diuitatis ꝛ p̄sonalis p̄petas q̄ p̄rupta ij in se sz quia accessus ad ea p viaz rōis p̄patus ē. qr rō nō pōt ad illa. et iō inaccessa dicūtur. p̄s. mirabilis facta ē scia tua ex me confortata ē ꝛ nō potero ad eā ¶ Job xxxix. In p̄ruptis silicibus morat ac inaccessis rupibus. inde cōtēplatur escam et de longe oculi eius p̄spiciūt. ab altissimis em̄ theoīs rudis intellectus ad q̄ ratio nō pōt ptingere et solida diuinitatis q̄ sunt q̄si refectiones delectabiles cōspicit et de longe sup tpus ad eternitatē oculi mentis eius p̄spiciunt et hoc siḡficat p hoc q̄ Joh. xxi. recubuit in cena sup̄ pectus dñi. vñ flueta euāgelij vberi⁹ ceteris potauit. ibi eni mdū posuit iohannes. in q̄ erant oīs thezauri sapie et scie abscōditi. et sic patet q̄ cōueniēt beatus iohannes ratione sapie quaz pectore dñi potauit. aq̄le figure descriptus est. ¶ Ad rōes in oppositū. Ex dictis patet responsio.

Ad secūdam questionem sic p̄cedit Et videtur q̄ beatus Johes euangelista sit inter martyres numerandus licet in pace vitam finierit. Pri̇o ex illo Math. xx. Calicē q̄ dē meū bibetis hoc ē dcm iacobo ꝛ iohāni. g° sic iacob⁹ ꝯnūerat inter martyres ita etiā btūs iohes cōnūerabit. Scd̄o sic dicit beatus

Jeronim⁹ i sermõe d̃ assumptõe Recte dixerim q̃ dei genitrix virgo ⁊ martir fuit q̃uis in pace vitam finierit. g° idem põt dici d̃ beato Johanne ¶ Tertio sic. Martyrium est fortitudinis actus. ad fortitudinem aũt ptinet nõ soluz mortem nõ formidare sed nec alias aduersitates. vt Aug⁹ dic̃ in vi. musice. multe alie adũsitates ṗter mortem q̃s aliq̃ pñt sustiere ꝓ fide xpi. sicut carcerez/exilium/flagella/et hmõi. Vñ ⁊ beati Marcelli martyriuz celebratur qui tamen fuit in carcere mortuus. sed beatus Johannes multas hmõi aduersitates sustinuit ꝓ xpo. Fuit flagellatus cũ aliis apostolis /fuit veneno potatus/ fuit in feruentis olei dolio missus fuit in exilium deportatus. g° deberet inter martyres connumerari ¶ In oppositum videt̃ esse euangeliũ ṗsens. vbi xpus dicit petro Tu sequere me scz per viaz martyrij. De Johanne vero dixit. sic eum volo manere. scz sine calice martyrij volo eum manere. Respondeo dicendum q̃ beatus Johannes apud homines non nũeratur inter martyres. Ratio est. quia ad rationem perfectaz martyrij requiritur q̃ aliquis mortẽ sustineat. qd̃ patet sic. Martyr dicitur testis fidei christiane per quam nobis visibilia ꝓ inuisibilibus contemnenda ꝓponunt̃. ad martyrium ergo pertinet vt homo testificetur fidem se opere oñdens cuncta ṗsentia contemnere vt ad futura et iuisibilia bõa perueniat q̃diu autem homini remanet vita corporalis nõ dũ opere se ostendit temporalia cũcta d̃spicere. Consueuerunt enim homines et consanguineos et omnia bona possessa contemnere. et etiaz dolores corporis pati vt vitam conseruarẽt. et ita ad perfectam rationem martyrij requiritur q̃ aliquis mortem sustineat Vnde Maximus in quodam libro in sermone de martyre dicit. q̃ vicit pro fide moriendo qui vinceretur sine fide viuendo. Distinguit autem beatus Bernard⁹ in sermone de innocentibus triplicẽ speciem martyrij dicens. Habemus in beato Stephano martyrij simul et operis voluntatem. Habemus solam voluntatẽm in beato Johanne Solum in beatis innocentibus opus. Biberũt omnes hi salutaris calicem. aut corpore simul et spiritu. aut solo spiritu. aut corpe solo. Sic ergo Stephan⁹ martyr apud homines cuius voluntaria passio euident̃ apparuit in eo. sic iohãnes apd̃ angelos martyr. quibus tanq̃ spiritualib⁹ creaturis spiritualia eius deuotionis signa innotuerunt ⁊c̃. Et ꝓpter hoc diximus q̃ Johannes apud homines non ẽ numerandus inter martyres ¶ Ad rationes in opposiotum Ad ṗmaz respondetur. q̃ beatus Johannes cum multas passiones sustinuerit. calicem passionis bibit. licet non sicut beatus Jacobus q̃ gladio fuit occisus. q̃re ille ẽ int̃ martyres ꝯnũerat⁹ ñ aũt iohẽs

q̄ sine gladio vitā in pace finiuit ¶ Ad secūdam dicit sanctus thomas q̄ tales auctoritates loquūtur de martyrio per quandaʒ similitudinem et nō de martirio ꝓprie dicto ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiaʒ Et ratio est · quia fortitudo ṗncipaliter cōsistit circa pericula mortis · circa alia autem consequenter · ꝛ ideo nec martirium ꝓpe dicit̄ pro sola tollerantia carceris aut exilij vel rapina diuitiaꝝ · nisi forte ſm qd̄ ex his sequitur mors · sic beato Marcello conuenit ·

In festo beati Barnabe apostoli est euāgelium · Hoc est ṗceptū ꝛc̄ · Joh · xv · Circa qd̄ possunt disputari sequentes questiones · ¶ Prima · Vtrum maiorem dilectionem potest q̄s habere q̄ꝫ mori ꝓ amicis · ¶ Secunda · Vtrum beatus Barnabas moriendo ꝓ xp̄o fecerit actum maxime pfectionis ·

Ad ṗmam questionem sic ꝓceditur · Et videt̄ q̄ maiorem dilectionē potest q̄s habere q̄ꝫ mori ꝓ amicis ¶ Primo sic ¶ Maioris dilectionis signum est q̄ quis animaʒ suam ponat ꝓ inimicis suis q̄ꝫ ꝓ amicis · patet · cū ibi sit maior difficultas q̄ ꝑtinet ad virtutem q̄ ē circa difficile · q̄ꝫ circa dilectionē ꝓximi · ergo ¶ Secūdo sic · ad Roma · v · dicitur · Cōmendat de⁹ suam caritatem in nobis · id ē ostēdit se maxime diligere q̄ cuʒ adhuc essemus peccatores et ꝑ consequens impij et inimici / passus ē ꝓ nobis · ergo ꝛc̄ · ¶ In oppositū est euangeliū in quo xp̄us loquitur ¶ Respondeo dicendū q̄ verū est q̄ christus dicit · q2 in ordine diligibiliū q̄tuor ordinata sunt · s · deus · anima nr̄a · et aīa ꝓximi · et corpus ꝓprium nostrū · et ideo cuʒ caritas sit ordinata ꝑ ipso deo q̄ est ṗmū et ꝓximum diligibile ex caritate debent alia tria exponi · sicut minus ꝓ maiori · ita q̄ nosipsos scʒ animam et corpus et ꝓximos dare debemus · ꝓ anima vero ꝓpria debet ꝓximus et ꝓpriuʒ corpus contemni · pro salute anime ꝓximi debet vita corporal' exponi · et ideo cum vita corporalis sit potissimum qd̄ post animam habemus · ideo potissimum est ipsam exponere ꝓpter ꝓximum et maximum dilectionis signum · et sic patet conclusio ¶ Ad ratiōes in oppositum Ad ṗmam respondetur negando assumptum · Naʒ dilectio amici ſm se considerata est feruentior et melior q̄ꝫ dilectio inimici · Et ad ꝓbationem dicimus q̄ plus facit ad rationem meriti et virtutis bonum q̄ꝫ difficile · vnde non oportet q̄ omne q̄d est difficilius sit magis meritorium · sed quod est difficilius etiam sit melius · ¶ Ad secundaʒ respondetur vno modo q̄ per illud magis ostenditur contrarium · Tum ṗmo · quia christus non posuit animam suam pro nobis inimicis · vt inimici remaneremus · sed vt nos amicos efficeret ·

Tum secundo· quia ipse mortu⁹ est ꝓ amicis qui licet non essent amici quasi amantes· erant tamē amici vt amati· Vel dicendum vt dicit Albertus ſm Augustinuz ꝙ amicus hic dicitur qui habili tate et habitu amicus est· et qui est amicus actu· et sic xp̄us nō ē mortuus/nisi ꝓ amicis·quia etiaz qui inimicus est actu habilitate est amicus· sicut paulus anteꝙ̄ conuerteretur·

Ad secundam questionē sic ꝓceditur ·et videt̄ ꝙ Barnabas moriendo ꝓ christo non fecit actum maxime perfectionis·¶ Primo sic· Martyrium non est actus maxime pfectionis·ergo ⁊c̄· anñcedēs ꝓbatur sic. Illud enim ad pfectionē vite videtur ptinere quod cadet sub consilio qd̄ sez non est de necessitate salutis·sed martyriū est de necessitate salutis. Dicit enim Apostolus ad Rom̄·x· Corde cre ditur ad iusticiam·ore autez con fessio fit ad salutem·¶ Secundo sic. Ad maiorem pfectionē pertinere videtur ꝙ aliquis det animam suaz qd̄ fit per obedientiaz ꝙ̄ ꝙ deo det ꝓpriū corpus qd̄ fit ꝑ martyrium·vnde Gregorius di cit vlti· moralium·ꝙ obedientia cunctis victimis ꝓponitur·g° mo ri ꝓ christo non est actus maxime perfectionis·¶ Tertio sic·melius esse videt̄ aliis ꝓdesse ꝙ̄ seipsum in bono conseruare· qr bo num gentis meli⁹ est ꝙ̄ bonum vnius· ſm pħm·p°· ethi· sed ille qui martyriuz sustinet sibi soli ꝓdest. ille autem qui docet ꝓficit multis.ergo actus docendi ⁊ gubernādi subditos /est pfectior ꝙ actus martyrii·¶ In oppositū est euangeliū p̄sens. quia vbi ē maior actus dilectionis/ibi est act⁹ maioris perfectionis·quia perfectio in caritate fundatur. ſꝫ maiorem dilectionem nemo habꝫ ꝙ̄ qui ponit animam suam pro amicis·ergo multomagis qui poīt ꝓ christo ·¶ Secundo· Augustin⁹ in libro de sancta trinitate p̄fert martyrium virginitati que ad pfectionem pertinet·ergo videtur martyrium maxime ad perfectionem pertinere· Et ita patet ꝙ beatus Barnabas moriendo pro christo actum maxime perfectionis fecit·¶ Respondeo dicendum ꝙ beatus Barnabas moriēdo ꝓ christo ex caritate fecit actū maxime pfectionis·¶ Pro quo sciendum est · quando martyrium sit actus maxime perfectionis ⁊ qñ non·¶ Pro quo notandum·ꝙ de actu virtutis dupliciť loqui possumus· Vno modo ſcd̄m speciez ipsius actus· prout comparatur ad virtutem proximam elicientē ipsū·et sic non potest esse ꝙ martyrium quod consistit in debita tollerantia mortis sit perfectissimum inter omnes virtutis act⁹ quia tollerare mortem non ē laudabile secundum se· sed solum secundum quod ordinatur ad aliquod bonum/quod consistit i actu virtutis·puta ad fidem et dilectionem dei. Vnde ille actus virtutis cum sit finis melior est.

Alio modo potest considerari actus virtutis scdm qd comparatur ad primum motiuum qd est amor caritatis. et ex hac parte precipue aliquis actus habet qd ad pfectionem vite ptineat. qr vt Apostolus dicit. Col. iij. Caritas est vinculum pfectionis. martyriū autē inter omnes virtuosos act9 maxime demonstrat pfectionem caritatis. quia tanto ostenditur aliquis amare aliquam rem. quanto pro ea rem magis amatam contemnit et rem magis odiosam diligit pati. Manifestum est autē qp inter alia bona presentis vite maxime amat homo ipsam vitā. et econtrario maxime odit ipsam mortem et precipue cū dolorib9 corporaliū tormentorum. quorum motu etiam bruta animalia a maximis voluptatibus abstrahentur. vt dicit Augustinus li. lxxxiij. q. et ex hoc patet qp martyriū inter ceteros actus humanos est pfectior scdm suum gen9 quasi maxime caritatis signum. scdm illud presentis euangelij. Maiorem caritatez nemo habet rc. Beatus autē Barnabas pro fide xpi mortu9 ē. Erat enim vt dr Actuū. xi. vir bonus et plenus spūsancto et fide. Vnde non dubiū quin opus maxime pfectionis fecit mortem suscipiēdo pro xpo ¶ Ad rationes in oppositū Ad primam rndetur negando consequentiā Et ratio ē. qr null9 est actus sub consilio cadens qui in aliq euentu non cadat sub precepto quasi de necessitate salutis existens. vt Augustinus dicit in libro de adulterinis cōiugijs. et iō non est contra pfectionez martyrij. si in aliquo casu sit de necessitate salutis. Est enim aliquis casus in quo martyrium pferre non ē de necessitate salutis. puta cuz ex zelo fidei et caritate fraterna multotiens leguntur sancti martyres sponte se obtulisse martyrio. Qd autem dicitur. p°. Johan. iij. Nos debemus pro fratribus nostris animas ponere. et similia precepta. scdm pparationez animi sūt intelligenda ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia martyrium complectitur id qd summuz esse potest in obedientia. vt scz aliqs sit obediens vsqz ad mortem. vnde patet qp martyrium scdm se est pfectius qz obedientia absolute dicta. Ad tertiam respondetur qp illa ratio procedit de martyrio scdm propriam speciem actus ex qua non habet excellentiaz inter omnes actus virtutum. sicut nec fortitudo est excellentior inter oīs virtutes.

¶ De sancto Johanne baptista.

In festo beati Johannis baptiste est euangelium. Elizabeth impletum est temp9. Luce. p°. Circa qd possunt disputari sequentes qstiones. ¶ Prima. Vtrū cōuenienter impositū est ei nomē Johes. Scda. Vtrum sit verum qp int natos mlierum non sit maior Johāne baptista. Tertia vtrum sit in vtero mris sanctificatus.

AD p̄mam questionē3
sic ꝓceditur. Et vide-
tur ꝙ non conuenien-
ter impositū sit Johā
ni hoc nomen Johannes ¶ Prio
sic. In veteri testamento inueni
untur alia nomina imposita p spi
ritumsanctū loquentem p ꝓphe-
tas. et nomen angeli. Malach.
iij. Ecce ego mitto angelum me
um qui ꝑparabit viam ⁊c. Item
nomen vocis clamātis ⁊c. vt ysa
ie. xl. Ego vox clamantis in deſ-
to. Item nomen luciferi eo ꝙ fu
it terminus noctis et initiū lucis
gratie. ergo cū parētes nō se cō
formāt scripture sancte aliud no
men ꝓnunciantes ꝙ̄ spūssanct⁹
p ꝓphetas imposuit. videntur er
rasse et inconuenienter nomē io-
hannes ipōsuisse. ¶ Secundo sic.
Istud nomen Johannes gratiā
significat. vn̄ interp̄tatur. domi-
ni gratia. sed gratia nō est facta
per eū qꝛ non erat ille lux. Joh.
p°. ſ3 p xp̄m qui erat lux vera illu
minans omnem hoīem est facta
vn̄ Johannes euangelista ait. ğ
tia et vita p ihesum xp̄m Johā.
p̄mo ¶ Tertio. Johannes nō fu-
it gratia. ergo nomē hoc nō con
uenienter videt̄ sibi impositū. qꝛ
interp̄tatio vocabuli non ꝯsonat
rei. añcedens patet. qm̄ talia no-
mina in abstracto vt gratia boī-
tas et sapientia et hmōi non pos
sunt dici nisi de eo qui p essentia3
est talis. qui solus est de⁹. alij ve
ro qui non per essentiam sed pti-
cipatiue hn̄t tales ꝓpetates non
dicūtur abstractiue gratia. boni-
tas ⁊c. sed concretiue gratus bo
nus sapiens. ergo videtur ꝙ non
conuenienter nomen Johnanes
sit impositum Johanni baptiste
¶ In oppositum est euangeliū p̄-
sens ¶ Respondeo dicendū. ꝙ cō-
uenienter nomen Johannes im-
positū est Johanni baptiste. pro
batur. quia hoc impositū est mā
dato angeli gabrielis apparentis
Zacharie in templo et dicentis
Ne timeas Zacharia. quoniam
exaudita ē oratio tua. et vxor tua
Elizabeth pariet tibi filiu3 ⁊ vo-
cabis nomen eius Johānes. vbi
notandum ꝙ nomina debent pro
prietatibus respōdere ⁊ hoc pa-
tet in nominibus gene℞ et speci-
erum ꝑut dicitur. iiij. methaphi.
Ratio enim quam signat nomen
est diffinitio que designat ꝓpria3
rei naturam. nomina aute3 singu
laria hominum semp imponūtur
ab aliqua ꝓprietate eius cui no-
men imponitur vel a tempore. si-
cut imponuntur nomina aliquo℞
sancto℞ his qui in eo℞ festis na
scuntur. vel a cognatione sicut fi
lio imponitur nomē patris vl' ali
cuius de cognatione eius. sic pro
pinqui Johānis de q̄ s̄mo. vole-
bant eū noīe noīare p̄ris sui Za-
chariam non autem Johannem
qꝛ nullus erat in cognatōe sua q̄
vocaret̄ hoc noīe. vt dr in p̄senti
euāgelio. Noīa aūt q̄ imponūtur
diuinit⁹ aliquib⁹ semp significāt
aliqd gratuitum donū ei⁹ diuini-
tus datu3. sic Gen̄. xvij. dr Abre
Vocaberis Abraam. quia patrē
multarum gentium constitui te.

quia igitur beato Johanni domi nus collaturus erat munus gratie multiplex. ideo conuenienter impositum est ei nomem Johannes. angelo pnunciante pri suo. Habuit autem beatus Johanes multiplex munus gratie. Primo in conceptione. quia in vtero fuit sanctificatus. vnde fuit repletus spusancto ex vtero matris sue. luce. p°. Secdo. qr scus nascit. Tu qr steril parit Tu qr pri loqla restituit. vnde Ambrosius. respicite Johanne quata vis insit eius vocabulo. cuius nuncupatio reddit muto vocem/ patri pietatem/ populo sacerdotem. Primo enim erat tacens lingua/ sterilis filio/ puatus officio. vbi iohanes nascitur fit repente pater pphetaloquele vsum recipit/ ple affecto recipit/ sacerdotem functo recognoscit. Natiuitas enim Johannis multa miraculorum sublimitate refulsit. quia nimirum vt dicit Beda. decebat vt ille qui int natos mulierum maior nemo surrexit. in ipso mox ortu virtutis iubare claresceret. Habuit tertio munus gratie i conuersatioe cuius tanta sanctitas fuit. q vt inquit Chrisosto. omnium vita culpabilem faceret apparere. vn testimonio domini inter natos mulierum non surrexit maior iohanne baptista. Math. xi. Quarto habuit munus gratie in cognitione qm non ppheta sed plus q propheta dni testimonio fuit. math. xi. Quinto habuit munus gratie in pdicatione. vnde ait. Ego vox clamantis in deserto parate viam domini. Marci. p°. De cuius pdicationis fructu dicitur. Luc. p° Multos filiorum israel conuertet ad dominum deum ipsorum. et ipse pcedet ante illum in spiritu et virtute Helie. vt couertat corda patru in filios. et icredulos ad prudentiam iustorum. et pare dno plebem pfectam. Sexto habuit munus gratie in officiorum excellentia. Fuit enim baptista saluatoris/ pco iudicis/ pcursor regis. Septimo habuit munus gratie i egressu huius vite. quia egreditur cu gloriosa palma martyrij. Merito ergo rone tantorum munerum gratie conuenientissime nominatus est Johannes. Ad rationes in oppositu Ad pmam respondetur. q ratio no pcedit. qr parentes iohannis pcipiente angelo domini imposuerut sibi hoc nomen iohannes. nec est miru q vnus et idem pter diuersas virtutes in eo existentes recipiat nomina varia. Ad secudam respodetur negando consequentiam. qa non dicitur iohannes quasi p ipsum gratia facta sit. sed quia ipse multiplici gratia a deo donatus est. Ad tertiam eodem mo respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia iohannes iterptatur dni gratia. vel in quo est gratia. et sm hoc vere conuenit ei nomen iohannes. qr multiplex dei gratia in eo fuit. Potest etiam secudo dici q iohannes dictus sit gratia. eo q tota eius natura absorta est in gratiam. sicut

sol dicitur lux. Gen. p°. Dixit deus. Fiat lux. Et sic homo carnalis dicitur caro. et spūalis spūs. Johan. iij. sic iste nō solū gratiosus sed etiam gratia noīatur. q2 quasi superhabundans naturaz totam absorbuisse videtur. vt ex vita admirabili sua patet.

AD secūdam questionem sic pceditur. et videt q2 non sit verū q2 int natos mulierū non sit maior iohanne baptista ¶ Primo sic. Xpus est natus de muliere. iuxta illd apli ad Galath. iiij. Natū ex muliere factum sub lege. et tamen est maior iohanne baptista. Vnde Johannes dicit de eo. Non sum dignus corrigiam soluere calciamenti eius. ¶ Secūdo sic de pphetis et patriarchis q̄ nati sunt de mulieribus. quibus iohannes nō videtur fuisse maior. Nam de abraham dicit Augusti. q2 celibatus iohannes non pfert ꝯiugio abrahe ¶ Tertio arguitur de apostolis qui dicūtur vt dr ad Roma. viij. pmitias spūs habentes. et ita p omnibus post xpm et mrez eius plenitudinem spūssancti habuisse credūtur ¶ In oppositū est verbum xpi. Mathei. xi. ¶ Respondeo dicendū. q2 verbū xpi est verissimum. ¶ Ad rōes in oppositū Ad pmam rñdetur q2 xpus ab illa vniuersalitate excludit q2 non de muliere sz d virgine natus est vnde signanter dicit. Inter natos mulierū non surrexit rc. q2 mulier cōiter corruptionez sonat. sz femina sexum. Vnde si alicubi repent christus dictus filius mulieris. vt in Johanne Mulier ecce filius tuus. et in aplo vbi sup. sexū noīat non corruptionē. ¶ Ad secundaz rñdetur q2 vt dicit Jero. Cū saluator noster dicit. q2 inter natos mulierū non surrexit maior Johanne baptista. nō eum ptollit pphetis et patriarchis ac ceteris hominibus. sed alios iohāni adequauit. vnde non sequitur. vt ait. si alij maiores nō fūt. ergo ipse maior est alijs. sz Chrisosto. dicit. q2 maior est alijs. sed licet apud angelos istud argumentū valz. nemo inter angelos maior ergo iste maior omnibus. non tn valet inter homines. et ratio est. quia inter homines non est ordo sm naturam sed solū sm gratiaz. inter angelos autem sm naturā Preterea si dicatur. maior omnibus patrib9 veteris testamēti. ñ est inconueniēs. ille eñ maior et excellentior est qui ad maius officium assumptus est ¶ Abrahā eñ maior est int patres q2 ad pbationez fidei ē assumptus. Moyses vero q2 ad officium pphetie. vt habetur Deut°. vlti. Non surrexit maior ppheta ī israel sicut moyses. Omnes istos pcursor dñi excellit in multa excellētia. quia ad maius officiū est assumptus. Luce. p°. Erit magnus coram dño. vel pōt sic distingui. q2 aliquis pōt dici maior dupliciter vel q̄tum ad meritū. et sic multi ptriarche pnt fuisse maiores aliq̄bus noui testamenti. sic dic Augusti. q2 celibatus ¶ Johānes nō

pfertur coniugio Abrahe. et intelligendū est q̄ ad meritū. qꝛ vt dicit sanctus thomas i secūda secūde. q. xv. et quia abraham habuit animū sic dispositū vt paratus esset virginitatem seruare. si esset tempus cōgruū. ex q̄ meritum continentie cōiugalis in ipo eq̄tur merito cōtinentie virginal' in iohanne respectu p̄mij substātialis. non respectu p̄mij accidentalis. hec sanctus thomas vbi sup̄ Alio mō p̄t dici maior ꝫm statū ad statū. sicut virgines meliores sunt cōiugatis. hoc mō non semper. tamen merito. ita ꝙ quelibꝫ virgo melior sit q̄libet cōiugato aut cōiugata. sic iohannes omnibus maior fuit patribus veteris testamenti ¶ Ad tertiam dicēdū videtur ꝙ quilibet apl'us ꝫm statum fuit maior iohanne baptista vt videtur dicere Chriso. et videtur nobis ꝙ ita sit dicendū ꝫm illud apl'i ꝙ in arguendo inductū est ad Roma. viij. ꝙ erant hn̄tes p̄mitias sp̄ussan. qd̄ scꝫ sic̄ expoit sanctus thomas. sp̄um sanctū. et tempe p̄us et ceteris habūdāti⁹ apostoli habuerunt. ex q̄ patet inquit sanctus tho. ꝙ apl'i sunt omnib⁹ alijs sanctis quacūqꝫ p̄rogatiua p̄fulgeant siue virginitatis / siue doctrine / siue martyrij p̄ferendi tanq̄ habundanti⁹ spiritūsanctum habentes. Sed p̄t aliquis querere. Nūquid p̄t q̄s conari ꝙ habeat eq̄lem caritatē aplis. R̄ndit sanctus Tho. dicēdū ꝙ caritas hominis n̄ ē a seipo sed ex gratia dei q̄ dat̄ vnicuiqꝫ ꝫm mensuram donationis xp̄i. vt dicitur ad Eph̄. iiij. Vnicuiqꝫ autem datur gratia p̄portionata ad id ad q̄d eligitur. sic̄ homini xp̄o data ē excellentissima gratia. q͞a ad hoc est electus. vt ei⁹ natura in vnitate p̄sone diuine assumeretur. Et post eum habuit maxime plenitudinem gratie beata Maria que ad hoc ē elc̄a vt essꝫ mat̄ xp̄i. Inter ceteros aūt ad maiorem dignitatem sunt electi apl'i vt scꝫ immediate ab ipso xp̄o accipientes alijs tradiderunt ea q̄ p̄tinent ad salutem. et sic in eis ecclesia q̄dammō fundaretur ꝫm illud Apoc̄. xxi. ¶ Murus habebat fundamenta. xij. ⁊ nomina apostoloꝝ in eis erant scripta. et iō dicitur. p°. Coꝛ. xij. Deus posuit in ecclesia p̄mo q̄dem apl'os. et id̄o deus eis habundantiorem gr̄am p̄ ceteris tribuit. hec sanct⁹ tho. Et sic p̄ nunc de ista questione.

AD tertiam q̄stionē sic p̄ceditur. Et videtur ꝙ beatus Johannes nō fuerit sanctificatus in vtero matris. ¶ Primo sic. vt dicit Augustin⁹ in epistola ad Dardanum et Isidoꝝ. Regeneratio dici non p̄t in euꝫ in quē nō p̄cessit regeneratō. sed per gratiaꝫ g̃tū faciētem fit homo filius dei et regeneratur. ergo n̄ potest hō sanctificari anteq̄ nascat̄ ex vtero. et per consequens iohannes non fuit sanctificatus in vtero ¶ Secūdo sic. Sicut peccatū actuale contrahitur ex actu. ita peccatū originale cōtrahitur ex origine. sed peccatuꝫ

actuale non potest remitti q̃diu homo stat in actu peccandi. ergo nec originale peccatũ põt remitti in puero in materno vtero existenti qui adhuc actualiter ẽ in origine existens. ¶ Tertio sic. Math. iij. sup illo verbo Johis ad xp̃m. Ego a te debeo baptizari. dicit glo. i. a peccato originali mundari. ergo videtur q̃ nõ fuerit i vtero sanctificatus. ¶ In oppositum est euangeliũ. Luce. p°. vbi dicit de iohanne q̃ spũsãcto replebitur ex vtero matris sue. Respondeo dicendum. q̃ beatus Johannes fuerit i vtero matris sue sanctificatus. Patet ista conclusio. Adhuc de nullo sancto celebrat ecclesia festum natiuitatis sed celebrat natiuitatez iohãnis ergo tũc nascens sanctus erat. ergo i vtero sanctificatus fuit. Circa quã conclusionem notandũ. q̃ sicut deus nõ alligauit potentiaz suam rebus naturalib⁹ vt nõ possit p̃ter eas opari cũ voluerit qd' i miraculosis actibus facit. ita nõ alligauit virtutem suam sacramẽtis. vt nõ possit sine sacramẽtoꝝ ministris aliquẽ sanctificare. ⁊ iõ aliq̃s p̃ter legem cõmunem quasi miraculose i matr̃is vteris sanctificasse legitur. illos p̃ipue q̃ i mediatius ordinabãtur ad ei⁹ sãctissimam conceptionẽ. et iõ matr̃ sanctificata creditur. et iohãnes baptista q̃ ei in vtero existẽti testimoniũ dedit. et Jeremias q̃ ipsius cõceptionẽ vaticinio exp̃sse p̃dixit. Nouũ inquit faciet dominus sup terraz. mulier circũdabit

viꝝ. Jere. xxxi. ita tamẽ q̃ i istis sanctificatis ſm grad⁹ ꝓpĩqtatis ad xp̃m sit gradus sanctificationis. ¶ Ad rões i oppositũ Ad p̃mam r̃ndetur negando ꝯsequẽtiam Et rõ est. quia regeneratio spũalis p̃supponit generationem naturalem sibi correspondentem et ideo regeneratio spũalis q̃ fit per ministerium hominuz in baptismo p̃supponit natiuitatem ex vtero qua homo in noticiaz et societatem hominũ ꝓdit. Sz regeneratio que fit diuinitus p̃supponit de necessitate natiuitatẽ i vtero qua homo a deo creat⁹ formatus est. ¶ Ad secũdam respõdet̃ negando consequentiam Et ratio est. quia iam formato puerperio anima rõnali infusa puer non accipit a matre nisi nutrimentuz. peccatũ autem originale non cõtrahitur p actum potentie nutritiue sed generatiue. ⁊ ideo non ẽ actu in cõtrahẽdo originale nisi in ipsa infusione anime. et propt̃ hoc nihil ꝓhibet pueꝝ in statu illo post infusionez a peccato originali mundari. ¶ Ad tertiaz respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia illa v̾ba dixit iohannes. non q̃ haberet origiale peccatũ. eo q̃ fuerat i vtero matris sanctificatus. ſz loq̃bat̃ in p̃sona generis humani. q: ante aduentum christi licet aliq̃ essent aliquo modo mundati q̃tũ ad infectionem p̃sone p circũcisionem vel sanctificationem vt Johannes. sed q̃tũ ad culpam ⁊ infectionem toti⁹ humane nature.

nullus mundatus erat ante passionem christi Vel aliter dici pōt q̄ hoc dixit. Ego a te debeo baptizari. quia sanctificati in vtero indigent baptismo xpi. vt recipiant caracterez qui recipitur ī baptismo quo configurētur xpo.

IN festo Johannis et Pauli est euangeliū. Attendite a fermento ꝛc̄. Luce. xij. Circa quod possunt disputari sequētes questiones ¶ Primo Vtrū yppocrisis sit peccatum mortale ¶ Secundo Vtrum timere eos qui occidunt corp⁹ sit peccatū mortale

AD pmam questionē sic pceditur. Et videtur q̄ yppocrisis sit semp peccatū mortale ¶ Primo ex euangelio pn̄ti. in quo ait. Attendite a fermento phariseoꝝ qd̄ est yppocrisis. qd̄ maifeste innuit eē peccatū mortale ¶ Secūdo sic. Dicit Jero. Ysa. xij. in glo. q̄ in cōparatione duoꝝ maloꝝ leui⁹ ē apte peccare q̄ sanctitatez simulare. ergo ꝛc̄ ¶ Tertio sic. dic̄ Gregorius. xxxi. moraliū. q̄ yppocrite ex malicia peccāt. sed hoc ē grauissimum qd̄ ptinet ad peccatū ī spiritūsanctū. ergo yppocrita semper peccat mortaliter ¶ Quarto sic. Nullus meretur iraz dei ꝛ exclusionem a visione dei. nisi ꝓptē peccatū mortale. sed p yppocrisim aliquis meretur iram dei s̄m illd̄ Job. xxxvi. Simulatores et callidi ꝓuocant iram dei. excludit̄ etiam yppocrita a visione dei. s̄m illd̄ Job. xiij. Non venit in conspectu eius omnis yppocrita. g° yppocrisis est semp peccatuz mortale ¶ In oppositū. Yppocrisis ē̄ mēdaciū opis cū sit simulatio quedā sed non omne mendaciū ē peccatū mortale. ergo nec omnis yppocrisis ¶ Respondeo dicendū pro conclusione. q̄ yppocrisis nō ē semper peccatū mortale. sed quādoq̧ sic. qn̄q̧ non. Pro quo notandum s̄m sanctū Thomam. q̄ in yppocrisi sunt duo. scz defect⁹ sanctitatis et simulatio illius. si ergo yppocrita dicatur ille cuius intentio est ad vtrūq̧. vt scz aliqs non curet sanctitatem non habere. sed solum sanctus apparere. sicut consueuit accipi in sacra scriptura. sic manifestū est q̄ ē peccatum mortale. nullus em̄ puat̄ totaliter sanctitate nisi per peccatū mortale. si aūt dicat̄ yppocrita ille q̄ intendit simulare sanctitatez a qua deficit p peccatū mortale. tūc q̄uis sit in peccato mortali ex quo puatur sanctitate vite. non tamen semper ipa simulatio est ei peccatū mortale s̄ qn̄q̧ veniale. qd̄ discernendū est ex fine. qr si repugnat caritati dei vel ꝓximi erit peccatū mortale. puta si simulat sanctitatem vt falsam doctrinaz disseminet. vt erat yppocrisis phariseoꝝ. a q̄ yppocrisi dicit dn̄s esse cauendū. vel vt adipiscatur ecclesiasticā dignitatez indignus. aut q̄cūq̧ alia bona tēporalia in q̄bus finem constituit. Si vero finis intētus nō repugn̄t caritati est peccatū veiale. puta

cum aliquis in ipa fictione dele=
ctatur. de q phus dicit. iiij. ethi.
q magis videtur vanus q mal9
Eadem em est ro de mendatio et
simulatione. contingit em quan=
doqz q aliqs simulat pfectione
sactitatis que non e de necessitate
salutis et talis simulatio nec sem
per est peccatu mortale. nec sem=
per est cu peccato mortali. et sic
patet rnsio ad obiecta.

Ad scdaz questionem sic
pceditur. Et videt q ti=
mere eos qui occidut cor
pus non sit peccatum mortale.
Primo sic. Timor no est peccatu
ergo zc. consequetia est bona. an
tecedens pbatur. timor e passio
quedam. sed passionib9 nec lau=
damur nec vituperamur. vt dici
tur. ij. ethi. cu igitur omne pctm
sit vitupabile. videtur q timor n
sit peccatum ¶ Secudo sic. Nihil
qd naturaliter e i hoie est pecca
tum. qr pctm est contra naturam
vt Damas. dic in. ij. li. s3 timere e
homini naturale. vt. iij. ethi. ha=
betur. ergo timor no est peccatu.
¶ Tertio sic. timor est in irascibili
que est ps sensibilitatis. s3 in sen
sibilitate est tm pctm veniale. er
go timor non e peccatu ¶ Quar=
to sic. Peccatu non solu retrahit
a pfectioe s3 a pcepto. s3 timor n
retrahit a pcepto s3 solu a perfe
ctioe vt videt dicere glo. Deut°
xx. g° timor no e pctm mortale.
In oppositu e euangeliu pns. no=
lite timere eos q occidut corpus.
sicut ppter timore mortis ho de=
clinet a veritate. Secudo sic. pro
solo peccato mortali debet pena
inferni. sed pena inferni debetur
timidis. sm illud Apoc. xxi. Ti=
midis et incredulis et execratis
zc. ps erit in stagno ignis qd est
pena inferni. g° talis timor e pec
catu mortale. Rndeo dicedu sub
certis coclusionibus. Prima est.
q timor aliqn est pctm aliqn no
¶ Pro cui9 conclusionis noticia est
notadu. q aliqd dr esse pctm in
actibus humanis ppter inordia=
tione. nam bonu humani act9 in
ordine qdam existit. Est hic de=
bitus ordo vt appetitus regimini
ronis subdat. ro aute dictat aliq
esse fugienda et aliq esse pseque
da. et inter fugienda qda dictat
magis esse fugieda q alia. et si=
militer inter psequeda qdam di
ctat esse magis psequeda q alia
Et qtu est bonu psequendu. ta=
tum aliud ei9 oppositu fugienduz
inde est q ro dictat qdam bona
magis esse psequenda q queda
mala esse fugienda. qn ergo ap=
petit9 fugit ea q ro dictat esse su
stineda ne deficiat ab alijs q ma
gis psequi debet. timor inordina
tus e. et h3 roem peccati. qn vo
appetitus timendo refugit id qd
est sm roem fugiendu appetitus
no est inordiatus nec pctm. Secu
da coclusio q timor talis inordi
nat9 qnqz e mortale z qnqz veia
le pctm. Pro q notandu q qn i
ordiatio timoris cosistit i solo ap
petitu sensitiuo no supueniete co
sensu rois appetit9. sic no pot esse
pctm mortale s3 solu veniale. qn
vero inordinatio timoris puenit

vsqz ad appetitum rationalez qui dicitur volūtas q̄ ex libero arbitrio refugit aliqd non ſm rōez talis inordiatio timoris qn̄qz ē peccatū mortale. qn̄qz veniale. si em quis ꝓpter timorez q̄ refugit piculū mortis vel qdcūqz aliud tēporale malū sic dispositus ē vt fugiat aliqd ꝓhibitū vel p̄termiat aliqd qd sit p̄ceptum i lege diuina. talis timor est pctm̄ mortale. et talis timor occidentiū corpora remouet a sanctis in euangelio. cū dr. Nolite timere eos qui occidūt corpus. ꝓpter nullum enim piculū mortis debent p̄termittere fidē xpi. aut aliqd qd i lege diuia p̄ceptū ē. alias iordiatio timoris erit veniale. ❡ Ad rōes in oppositū Ad p̄mam rn̄det q̄ timor cōiter dictus ſm suā rōem importat vniuersaliter fugā. vn̄ q̄ntum ad hoc nō importat rōez mali vl' boni. et similit̄ ē de q̄libz alia passione. et iō p̄hus dic̄ q̄ passiones nō sunt laudabiles nec vituperabiles. q̄ scz nec laudant̄ nec vituperantur q̄ irascant̄ vel timēt. ſz qui circa hoc aut ordinate aut inordinatē se hn̄t. ❡ Ad scdam rn̄detur q̄ mala q̄bus hō resistere non pōt. et ex q̄ꝝ sustinētia nihil boni ꝓuenit homini rō dictat fugienda esse. et iō timor taliū nō ē peccatū. ❡ Ad tertiā rn̄detur q̄ non ē ad ꝓpositū. qꝛ rō illa ꝓcedit de timore ſm q̄ cōsistit i sensibilitate. ❡ Ad q̄rtam respondet̄ q̄ glo. illa loq̄tur de timore reuocante hoīem ab eo qd nō ē de necessitate p̄cepti sed de pfectione consilii. talis aūt timor nō ē peccatū mortale. ſz qn̄qz veniale. qn̄qz aūt non ē peccatū. puta cū aliquis hz rōnabilem cām timoris

In Festo apl'i Petri ē euangeliū. Dixit ihesus Simoni Pet° ꝛc. Joh. vlti. Circa qd possunt disputari sequentes questiones. Prima. Vtrū Petrus a xp̄o constitut⁹ sit caput ecclesie Secūda. Vtrū Petrus potestate clauiū potuit peccata remittere. ❡ Tertia. Vtrū Petr⁹ ptāte clauiū potuit indulgentiā largiri debitarū penarum.

Ad p̄maz q̄stionē sic ꝓcedit̄ Et videt̄ q̄ Petrus cōstitutus non sit caput ecclesie. Primo sic. Hoc nō potuit Petro cōpetere. g° ꝛc. assūptū ꝓbat̄. caput influit sensū et motū in mēbra. ſz influere sensuz et motū q̄ est p grām quaz dare nō potuit petr⁹ nec q̄s q̄ hō īq̄tū hō. g° ꝛc. Secūdo. Vni⁹ corporis non ē nisi vnū caput. ſz xp̄s ē caput ecclesie. ſm illd ad ephe. p°. Ipm dedit scz dn̄s pat̄ caput sup omnē ecclesiā ❡ Tertio. Capitis nō videt̄ esse aliud caput. ſz petri caput erat xp̄us ꝛ oīm aliorū aploꝝ. g° ipe petr⁹ nō fuit caput constitut⁹ a xp̄o ❡ In opposi tū est illud Joh. p°. q̄ xp̄us ait petro. Tu vocaberis cephas qd interp̄tat̄ caput. cephali em̄ grece caput sonat latine Patet etiā ex p̄nti euangelio vbi dr. Tu es petrus et sup hanc petram ꝛc.

Et iter. Tibi dabo claues etc.
Respondeo dicendum. quod christus Jhesus ascensurus in celum et presentiam corporalem abstracturus a nobis ecclesiam suam dilectissimam nolens in absentia sua desolatam sine gubernatore relinquere elegit petrum apostolum qui totius ecclesie sue caput et gubernator existeret. Unde beatus Anacletus in ca. sacrosancta. dis. xxii. dicit. Inter apostolos fuit quedam discretio potestatis. et licet omnes apostoli essent. Petro tamen a domino commissum est et ipsi inter se hoc ipsum voluerunt vt reliquis omnibus preesset apostolis. et cephas id est caput et principium teneret apostolatus. Et Leo papa in sermone. iii. ordinatione sue dicit sic ad propositum. De toto mundo petrus vnus eligitur qui et vniuersarum gentium vocationi et omnibus apostolis cunctisque ecclesie principibus preponatur. vt quamuis in populo dei multi sint sacerdotes multique pastores. omnes tamen proprie regat petrus. quos principaliter regit christus. sic ergo vno scilicet petro christus posuit totius ecclesie principatum. Fecit autem hoc christus propter quattuor. Primo propter pulchritudinem et speciositatem principatus ecclesiastici. nam inter omnes species principatus. quia Aristo. viii ethi. et in. polit. dicit ¶ Melius esse dicitur regnum vbi solus vnus principaliter regit. Nulli enim dubium esse debet. vt arguit sanctus thomas quin regimen ecclesie sit optime ordinatum. vtpote per eum dispositum per quem reges regnant et legum conditores iusta decernunt optimum autem regimen multitudinis est. quod regatur per vnum. quod patet ex fine regis que est pax. Pax enim et vnitas subditorum est finis regentis. vnitatis autem causa congruentius est vnus quam plures. manifestum est ergo quod regimen ecclesie sic est dispositum. quod vnus presit omnibus. hec ille. Secundo dico quod ideo christus in vno scilicet petro posuit totius ecclesie principatum ad ostendendam vnitatem ecclesie et scismata vitanda. Unde Ciprianus in c. loquitur dominus. xxiiii. q. i. Ego dico tibi quod tu es Petrus etc. super vnam ecclesiam edificauit. et quamuis apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuit. tamen vt vnitate manifestaret vnitatis eius originem ab vno incipiente sua auctoritate disposuit. et in glosa Mathei. xvi. sup illud. Tibi dabo claues. dicit Rabanus. Hanc potestatem soli petro concessit. quia oportuit esse vnum christi vicarium ad quem diuersa membra ecclesie recurrerent. si forte inter se dissentirent ne si diuersa forent capita in ecclesia vnitatis vincula rumperentur ¶ Tertio propter vnam fontalitatem fluentis potestatis. id est vt vnus fons et vna origo potestatis in ecclesia esset. Unde ecclesia romana omnes fundauit dignitates ecclesie. vt in. ca. Omnes. xxii. dist. ita ipsa debuit esse fons et origo totius ecclesiastice potestatis. vnde Ciprianus in c. loquitur. xxiiii. q. i. nemo fraternitatem fallat. nemo fidei

S ii

veritatē perfida p̄uaricatiōe cor rumpat. qm̄ multi radij sunt sed vnum lumen. et rami arboris mlti sunt sed robor vnum radice tenaci fundatū. et quomō de fonte vno riui plurimi defluūt. vnitas tamen seruatur in origine. sic et vnum caput est et vna origo. et vna mater copiose fecunditatis. Et Leo papa de hac fontali origine sic in sermone. iij. ordinationis sue ait. O magnum et mirabile huic viro dilectissimi consortium sue potentie tribuit diuina dignatio. et si quid cum eo cōmune ceteris voluit esse pncipibus nunq̄ nisi per ipsum dedit quicquid alijs non negauit. et ideo solus petrus vocatus est in plenitudinem potestatis. vt in ca. Dubū in. q. vi. ¶ Nō cognosceris beatus Cyrillus patriarcha in libro thezauroꝝ inquit. Vt membra moueamus in capitē nostro apostolico throno romanoꝝ pontifice a quo nostrum est querere. qd credere quid tenere. quid fugere debeamus. ipsum venerantes. ipsū rogantes p̄ oibus. qm̄ ipsius solius ē repħēdere corrigē. et statuere et disponere. et ligarē et soluere. loco illius qui ipsum edificauit. et nulli alij. qd suum est plenum. sed ipi soli dedit cui omnes iure diuino caput inclinant. et p̄mates mundi tanq̄ ipsi ihu xp̄o obediunt. Quarto i vno posuit ecclesie pncipatū scz petro ꝓpt ecclesie firmitatem et ꝑpetuitatez Tum quia vbi non est gubernator corruet populus. Prouer. xi. Tum quia omne regnum i se diuisum desolabitur. et ideo christ9 ait petro. Tu es Petrus et supē hanc petram edificabo ecclesiaz meam. et porte inferi non p̄ualebunt aduersus eam. Sup quo vbo dicit Chrisosto. Vide qualit reducit christus petruz ad excelsam de ipso intelligentiam. illa enim se ei datuꝝ ꝓmittit que sunt ꝓpria solius dei. scz peccata soluere et ecclesiam immutabilē facere inter tot persecutionuz et temptationum ꝓcellas. ¶ Nunc ad rationes in oppositum Ad primam respondetur negādo assumptum. ad ꝓbationem respondet q̄ caput in alia membra dupliciter influit. Vno modo quodā intrinseco influxu. prout motus siue vis motiua et sensitiua a capite deriuatur ad alia mēbra. Alio modo ſm exteriorem quandā gubernationem. scz ſm visum et alios qui in capite radicantur dirigitur homo in exterioribus actibus. Esse caput ecclesie ſm exteriorem fluxum non conueīt alicui homini nisi christo. quia influxus ille gratie est. q̄tum aūt ad exteriorem gubernationez pōt nomē capitis alijs conuenire. vn̄ Amos. vi. dicit. Optimates capita populoꝝ. et hoc mō beatus petrus caput ecclesie fuit a christo constitutus cū ei oues gubernandas cōmendauit dicens. Petre pasce oues meas. Johā. xxi. Et sic de alijs successoribus dicendum est ¶ Ad secūdam respondetur negando assumptū. solum eīn

videtur verum in corpore naturali. sed in corpore per similitudinem dicto scilicet in aliqua multitudine ordinata. possunt esse plura capita ordinata tamen et subalternata. scilicet vnum principale et aliud vicem gerens illius. sic in ecclesia caput est christus principale papa auctoritate et potestate. ¶ Papa enim et alii prelati tanquam vicem gerentes. secundum illud. ii. Cor. ii. Et ego quod donaui si quid donaui propter vos in persona christi. et. ii. Cor. v. Legatione fungimur. et tanquam deo exhortante per nos.
¶ Ad tertiam respondetur quod assumptum non est verum nisi in capite naturali. Et ratio est. quia corpus humanum non est pars alterius. sed corpus similitudinarie dictum id est alienata multitudo ordinata potest esse pars alterius multitudinis. sicut multitudo domestica est pars multitudinis ciuilis. et ideo paterfamilias qui est pars multitudinis domestice habet super se caput rectorem ciuitatis et per hunc modum nihil prohibet christum esse caput Petri. et petrum etiam sub eo inferiorem.

Ad secundam questionem sic proceditur. Et videtur quod Petrus potestate clauium potuit peccata remittere. ¶ Primo sic. ex presenti euangelio. vbi dicitur. Tibi dabo claues regni celorum. et quodcunque ligaueris etc. Super quo dicit Chrisostomus. quod deus promittit se daturum petro que sunt propria solius dei. scilicet peccata soluere. Secundo ex illo. Johan. xx. vbi dicit christus apostolis. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. ergo etc. ¶ Tertio sic. In penitentia datur gratia ad remissionem peccatorum. sed huiusmodi dispensator sacramenti est sacerdos ex vi clauium. ergo cum gratia non apponatur peccato ex parte pene sed ex parte culpe. ergo videtur quod petrus et quilibet sacerdos ad remissionem culpe operetur ex vi clauium. ¶ In oppositum arguitur sic. Pars potestatis est interius baptizare. et a culpa absoluere. sed deus non debuit potestatem interius baptizandi alicui communicare nec communicauit ne spes poneretur in homine. ergo pari ratione nec potestatem absoluendi ab actuali mortali peccato. Secundo sic. Nullo modo fit remissio culpe nisi per gratiam. sed gratiam dare est potentie infinite ergo potestate clauium petrus non remisit culpam siue peccata. Respondeo dicendum quod Petrus et quilibet sacerdos potestate clauium aliquo modo scilicet sacramentaliter et ministerialiter remittit culpam. conferendo sacramentum penitentie. Pro quo notandum quod super hoc capitulo fuerunt duo errores. Vnus est qui tangitur in glosa. quod quidam vsurpauerunt sibi tantum ex hoc quod possent omnes quos vellent absoluere et introducere in regnum celorum. sed non potest stare. quia solius dei est mutare voluntates. Alius error est quod sacerdos non

absoluet ȝ ligatū ondit esse absolutū siue denūciat. Sȝ hoc nō pōt stare qꝛ derogat ṽtuti et digtati sacroꝝ noue legis. qꝛ sacramēta noue legis efficiūt qđ figurant. ȝ nō sacra veteris legis. et iō si nihil aliud esset pnīa. nō esset sacramentū noue legis. Alij dicūt ꝙ in peccato sunt tria culpa. reatus pene eterne. ab his duobꝰ absoluitur hō p se p contritionē sed qn̄ hō ab his absolutus ē. remanet obligatus ad penā temporalē. ȝ qꝛ hō nō sufficit. iō danť claues. qꝛ minuant aliqđ de ista pena et ligant ad aliquā penam

¶ Iste modus dicēdi nō placet etiam nobis. qꝛ pnīa est sacramētuȝ noue legis qđ dat gratiā. ȝ gr̄tia nō ordinať contra penā ȝ contra culpā. Vn̄ dicēdū est. ꝙ sic in sacramēto baptismi aq̄ baptismatis hȝ virtutē spūalē instrumētalem ſm quā mūdat a culpa. ſm illud Augustini. Que ē ṽtus aq̄ vt corpus tangat et cor abluat. Sic dico ꝙ in sacerdote ē quedā vis spūalis instrumētalis a q̄ dicunť ministri. et sic misterialiť operātur remissionem peccati sic aq̄ baptismi. Et ita batismus et sacramentū pnīe cōueniunt q̄damō i effectu. sed i hoc dr̄nt quia sacramētuȝ pnīe eo ꝙ hȝ actꝰ suscipientis q̄si materiales. nō pōt dari nisi adultis in q̄bus reqriť p̄paratio ad suscipiendū effectū sacrorum. ȝ baptismꝰ qn̄qȝ datť adultis et etiā pueris et alijs caretibꝰ vsu rōnis. ⁊ iō p baptismū datur gratia et remissio pctoꝝ pueris sine aliq̄ sui p̄paratione p̄cedente nisi adultis in quibus preexigiť p̄paratio remouens fictionez. q̄ quidem p̄paratio qn̄qȝ p̄cedit sufficiens ad gratie susceptionem ante ꝙ baptismus actu pcipiatur. sed non ante votū baptismi post tempus p̄late veritatis. qn̄qȝ talꝭ p̄paratio tempe non p̄cedit. ȝ ē simul cū baptismi susceptione. et tunc per baptismi susceptionem gratia remissionis culpe confertť sed per pnīe sacramentū nūq̄ꝫ datur gratia nisi p̄paratio sit vel prius fuerit. vnde virtus clauiū operatur ad culpe remissionē vel in voto existens. quia nō erit cōtritus nisi habeat in voto siue p̄posito se subijci discretiōi et iudicio sacerdotis. vel etiam in actu existens. sicut et aqua baptismi sed sicut baptismum non agit vt p̄ncipale agens. sed vt instrumētū. non quidem ptingens ad ipaȝ gr̄tie susceptionem causandam etiam instrumentaliter. sed disponens ad gratiam per quam fit remissio culpe. Ita est de potestate clauium. vnde solus deus remittit per se culpam. et virtute eiꝰ agit instrumentaliter et baptismus vt instrumentū inanimatuȝ et sacerdos vt instrumētū aīatū. qđ dicitur seruus ſm phm. viij. Ethi. Et iō sacerdos agit vt minister. non sicut causans ȝ sicut disponens ad eam. vnde si an̄ absolutionem non fuisset aliquis p̄fecte dispositus ad gratiam suscipiendam in ipsa confessiōe absolutione sacramentali gratiam

consequeret si obicē nō poneret.
¶ Ad rationes in oppositum. vna
est respōsio ex dictis. ꝙ Petrus
nec quicunq3 sacerdos alius rece
perūt claues vt peccata ꝓpria v̄
tute remittant. q2 hoc ē soli⁹ dei.
sed bene receperunt potestatem
in clauibus ministerialiť siue in=
strumentaliter opandi conferen=
do sacramenta ad remissionē cul=
pe. vt dictum est.

AD tertiam questionē sic
ꝓcedit᷑ Et videt᷑ ꝙ Pe=
trus nec successor eius p
clauiū potestatem nō possit ď pe
nis satisfactoijs indulgētiā face
re. Primo sic. Sup illud. ij. thi=
moth. ij. dicitur. ꝙ negare seipm
non pōt. dicit glo. ꝙ taceret si di
cta sua non impleret. ergo neces
se est ꝙ dn̄s dicta sua impleat. ꝫ
ipse dixit Deut°. xxv. Sedm men
suram debiti ē plagaꝝ mod⁹. g°
necesse est ita peccatorē puniri si
cut meruit. ergo non pōt nec pa=
pa nec alius aliqd remittere nec
relaxare. ¶ Secūdo sic ¶ Inferior
non pōt absoluere a pena ad quā
ligat superior. sed deus remitten
do culpam ligat ad aliquotā pe=
nam temporalem. vt dicit Hugo ď
sancto victore. ergo null⁹ homo
pōt absoluere a pena illa aliquid
dimittendo ¶ Tertio sic. Ad po=
testatem excellentie ptinet vt si=
ne sacramentis effectus sacrimē
toꝝ tradatur. sed nullus hꝫ ptā=
tem excellentie in sacramētis ni=
si xp̄us. cū ergo satisfactio sit ps
sacramenti pn̄ie opans ad remis=
sionem pene debite. videtur ꝙ nl⁹
lus homo purus possit dimittere
debitū pene sine satisfactione. et
p consequens petr⁹ nō potuit po
testate clauium facere hmōi re=
missiones. ¶ In oppositum ē euan
gelium presens. ibi. Quodcunq3
solueris super terram ꝛc. Secū
do sic. Apl̄us dicit. ij. Cor. ij. nā
et ego si quid vobis donam in p=
sona christi. glosa. Ac si christ⁹
donasset. sed christus poterat re=
laxare absq3 omni satisfactione
penam peccati. vt patet Johan=
nis. viij. ď muliere adultera. ergo
et Paulus potuit. ergo et Petr⁹
et nunc papa qui non est minoris
potestatis ꝙ̄ Paulus fuit. Re=
spondeo dicendum. ꝙ Petrus et
nunc successores potestate claui=
um poterunt et possunt indulgen
tias et relaxationes facere pena
rum debitarum ꝓ peccatis Patꝫ
ista conclusio sic. Ecclesia gene=
ralis non potest errare. quia ille
qui in omnibus exauditus est ꝓ
sua reuerentia dixit petro. super
cuius confessione ecclesia funda=
ta est. Ego pro te rogaui Petre
vt non deficiat fides tua. Luc. x=
xij. sed ecclesia generalis indul=
gentias approbat. ergo cōclusio
vera. Pro cuius ampliori intelle
cta est notandum ꝙ licet ab om
nibus concedatur indulgentias
posse fieri per papam et p̄latos
ecclesie. nihilominus diuersi di=
simode loquūtur. Quidam enī di=
stinguentes forum dei et foꝝ ec
clesie. dicunt ꝙ non valent in fo
ro dei. ita ꝙ non valent ad absol
uendū a reatu pene quā quis in

purgatorio secundum iudiciu dei meretur sed valent quo ad forum ecclesie. quia soluunt ab obligatione qua sacerdos obligauit penitentem ad penam aliquam. vel ad qua ordinatur ex statutis canonum. dicunt etiam quod sacri canones pro mortalibus peccatis graues et diuturnas penitentias taxant vt pro vno mortali peccato septennium vel amplius. sed quod grauius est quod pena adeo grauis est quod vix aut nunquam posset quis facere. et pauci inuenirentur qui vellent. et ab absolutione obligationis ad huiusmodi penas dicunt indulgentias valere. hec opinio non est vera. Tum primo. quia est expresse contra priuilegium petro datum vt quod in terra remitteret et in celo remitteretur. Vnde remissio que fit ad forum ecclesie valet etiam quo ad forum dei. Tum secundo. quia ecclesia huiusmodi indulgentias faciens magis damnificaret quam adiuuaret quia remitteret ad grauiores penas scilicet purgatorii absoluendo a penitentiis iniunctis. et ideo aliter dicendum est. quod indulgentie valent et quantum ad forum ecclesie. et etiam quantum ad iudicium dei ad remissionem pene residue post contritionem et absolutionem siue sit iniuncta siue non. Ratio autem quare valere possunt iste indulgentie est vnitas corporis mistici in quo multi in operibus penitentie supererogauerunt ad mensuram debitorum suorum. et multas etiam tribulationes iniuste sustinuerunt patienter per quas multitudo penarum poterat expiari si eis deberentur. quorum meritorum tanta est copia quod omnem penam debitam nunc viuentibus excedunt. et precipue propter meritum christi. quod et si in sacramentis operatur. non tamen efficacia ipsius in sacramentis includitur. sed sua infinitate efficaciam sacramentorum excedit. Manifestum est autem quod vnus pro alio satisfacere potest. sancti autem in quibus superhabundantia operum satisfactionis inuenitur. non determinate pro isto qui remissione indiget huiusmodi opera fecerunt. alias absque omni indulgentia remissionem consequerentur. sed communiter pro tota ecclesia. vt apostolus dicit se implere ea que desunt passioni christi in corpore suo quod est de ecclesia ad quam scribit. ij. Cor. primo. et sic predicta merita sunt communia totius ecclesie. ea autem que communia sunt multitudinis alicuius distribuuntur simul de multitudine secundum arbitrium eius qui multitudini preest. Vnde sicut aliquis consequeretur remissionem pene si alius pro eo satisfecisset. ita si ei satisfactio alterius per eum qui potest distribuatur. Ad hoc autem quod bene distribuantur requiruntur tria. auctoritas ex parte dantis. ex parte recipientis caritas. ex parte cause pietas que comprehendit honorem dei et proximi vtilitatem. ¶ Ad rationes in oppositum Ad primam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia remissio que per indulgentias fit non tollit quantitatem pene ad culpam. quia pro culpa vnius alius sponte penam sustinuit vt dictum est

Ad secūdam respondetur negā-do consequentiam. quia inferior dando indulgentias nō absoluit simpliciter a debito pene quo ligatus fuit p superiorem. sȝ dat vnde debitū soluat. vnde non absoluit oino de condonando sed p eo soluendo de thezauro ecclesie.
scz in bono corpis/ ꝛ in bono ani me/et in bono meriti/et in bono glorie. Optimam ptem elegit in bono corpis virginitatis scz pudorem. et cū hoc elegit mris fecūditatem et ideo nec pmaz similem visa est nec habere sequētez Vnde Exo. iij. Per rubū ardentē significatur. in bono autem anie elegit optimam ptem. habz enīz splendorem diuine lucis in intellectu. et non deest sibi v̄tutis fructus in opere. vnde Ysaie. xi. per virgam rectitudinis virtutis vbi reqeuit spūs alm⁹ significat. In bono meriti hoc ē in ope suo habuit omnem actiue vite ꝓpetatē et omnē cōtemplatiue puritatez et nihil habet de defectu vtriusqz. vñ significat. Nume. xvij. per virgam Aaron q̄ viruit. fronduit. floruit et amigdalinum cibum fructificauit. Viruit virtute/frōduit bñdictiōe/ floruit g̃uidatione cordis. q̄ nos cōcepit. et corporis q̄ filiū verbū incarnatū suscepit. Fructificauit in ptu cibuz salutarē ꝓducens. In bono aūt glorie optimā ptem elegit. pars em̄ bona stola corpis/ps melior stola aīe/optima cōsortiū imperij et regis nostri i impatoria maiestate. dicente scriptura. iij. Regū. ij. ꝙ positus est thronus matris regis iuxta thronū regis. pete ergo mater qd̕ vis. nec em̄ est fas aliqd̕ tibi denegare. Hec optima ps ordinata est vt castroꝝ acies. qm̄ oīm celestiū agminuz splendores excessit Apoc. xij. Corona. xij. stellaꝝ i capite ei⁹. hoc est nouem ordinū angeloꝝ. ꝛ trium statuū sanctoꝝ cōiugū/v̄ginum/viduaꝝ/vel triū aureolas portantiū. doctorū qꝛ aplos docuit. virginū qꝛ flos virginū fuit. martiꝝ cuius aīam gladi⁹ i morte filij sui ptransiuit. nouē etiā ordinū gloriam habuit. ipa em̄ custodiam habuit angeloꝝ. secreta consilia archangeloꝝ. iusta d̕creta p̄ncipum. seueritates ꝯtra maliciam exhibuit potestatū cōterendo caput draconis. innumerabilem vel interminabilem virtutem in miraculis oñdit virtutū altitudinem non declinabilem oñdit dominationū. quietem in receptione sessionis p̄buit thronoꝝ. altitudinem scie et contemplatōnis cherubim transcendit. ꝛ affectione caritatis incēdiū seraphim supauit. His duodecim stellis coronata. decoratur. hec Albertus

¶ Ad rōem in oppositū r̄ndet negando ꝯñaz Et rō est. qꝛ licet labor exterior opet̃ ad augmentuz p̄mij accidentalis. augmētū tamē p̄mij essentialis consistit p̄ncipaliter in caritate et maxime dilectionis diuine. sicut dictū est.

Ad tertiam sic ꝓceditur. Et videtur ꝙ beata maria non sit assumpta ꝛc. Primo sic. Resurrectionis tp̄us oīm differtur vsqz ad finem mundi vt sit simul omniuz resurrectō diuina ordinatione. ergo corpus beate Marie nondum resurrexit et p consequens nō est assumpta cū corpe in celū. consequētia videtur vera. añcedēs patz p illud.

Job. xiiij. Homo cum dormierit non resurget donec atteratur celū. nec euigilabit vt cōsurgat de sōno suo. et loquitur de somno mortis. ergo vsqȝ ad finem mūdi quādo celū atteretur resurrectio hominum differtur. ¶ In oppositū est fides q̄si vniuersalis ecclesie. Dicit em̄ sanctus thomas i. iiij. dis. xliiij. q̄ pie creditur de beata virgine et Johanne euangelista q̄ resurrectio eoꝝ non est delata vsqȝ ad finem mundi. ¶ Respondeo dicendū q̄ beata virgo in aīa et ī corpe assumpta est in celū. Ista conclusio patet. Nam per vniūsam ecclesiam fide pia suscepta ē quā quidam sanctoꝝ non solū asserunt sed etiam aptis rōnib9 ꝓbare nituntur Beatus Jero. In his qui cū christo surrexerunt ꝑpetuam resurrectionem iam esse completam. nōnulli credunt custodem virginis ī glorificata carne gaudere cū xp̄o. necnō de beata Maria factam nō ambigim9 ¶ Item Augusti. idē affirmat et tribus rōnibus ꝓbat. Prima q̄dem sumitur ex carnis xp̄i et v̄ginis vnitate. arguitur sic. Putredo et vermis humane opprobriū cōditionis. a q̄ opprobrio cū ihesus alienus sit maxime natura excipitur quā ihesus de ea assumpsisse ꝓbatur ¶ Secūda sumitur ex corporis dignitate sic. Thronū dei thalamū dn̄i. celi tabernaculū dignū est ibi esse vbi ipe est. tam p̄ciosum thezauꝝ dign9 est celū seruare q̄ terra. Tertia rō sumitur ex virginalis puritatis integtate. Ait enim sic. Letare maria leticia ineffabili corpe et anima in xp̄o filio ꝓprio p ꝓpium filium nec sequi debet corruptionis erūna quam nulla secuta est filiū pariendo integritatis corruptio vt sit semper incorrupta quā tanta perfudit gratia viuens. que omnium integram pfectamqȝ genuit vitam. sit cum illo quem suo genuit vtero. sit apud illum illa que genuit. fouit et aluit illum ¶ Maria dei genitrix/ministrix/et seruitrix. de qua quia sentire aliter non audeo aliud dicere nō p̄sumo ¶ Bernardus etiam ratiocinatur ad idem sic. Si sanctoꝝ corpa sublimium. puta Petri et Pauli tam gloriosa venerabilia reddidit. et honore tam mirifico sublimauit. vt ipsis deputetur locus eoꝝ venerationi congruus. si igitur mō corpus sup terram esse dicatur. cū nec deuota frequentatur visitatione fideliū. nec eidē locus deputetur honoris. mirum videretur xp̄s honorē materni corporis contempsisse. cum tamē super terram alia sanctoꝝ corpora sic honorauit. ¶ Ad argumentū in oppositū dicendum est. q̄ ratō ꝓcedit vbi non obuiat ꝑuilegiū alicui datum. sic fuit beate v̄gini et beato Johanni euangeliste.

¶ De sancto Bernardo.

In festo beati Bernardi est euangelium. Nemo accedit ⁊c. Luce. xi. Pōt disputari sequēs q̄stio

Utrum possit in dilectiō
ne dei haberi respectus
ad aliquam mercedem
Et videtur ꝙ non ex p̄
senti euangelio quia iam oculus
non esset simplex si ad aliud ha=
beretur respectus q̄ȝ ad deū. Se
cūdo sic. Joh. x. Mercennari⁹ vi=
tupatur. sed mercennarius est q̄
mercedē querit. ergo dilectiō dei
ex caritate nō admittit respectū
mercedis. ¶ Tertio sic. Merces
est finis eoꝝ que ꝓpter mercedē
fiunt. sed finis diligitur magis q̄ȝ
ea que sunt ad finem. si ergo de⁹
ꝓpter aliquam mercedem dilige
retur. aliqd aliud magis dilige=
retur deo qd est contra rōem ca=
ritatis ¶ In oppositū est qd dicit
glosa Math. p°. Qd spes gene=
rat caritatē. sed spes est expe=
ctatio mercedis. ergo caritas po=
test esse cū intuitu mercedis. p̄te
rea ad Heb. xi. dicit᷑ d̄ sanctis pri=
bus Aspiciebant in remunerati=
onem. sed constat ꝙ ipsi dilige=
bant deum ex caritate. ergo dile
ctio dei ex caritate compatitur in
tuitū mercedis. ¶ Respondeo di=
cendū iuxta sanctū thomā in ter=
tio. ꝙ merces dicitur p̄miū quod
quis ex labore vel opere aliquo
meretur. Premiū autem ē qd ali
cui ī bonū ei⁹ reddit᷑. Vn̄ merces
inq̄ȝtū hmōi importat aliqd refe
ribile p amorē ad id cui merces
redditur. mercedem autem aliq̄s
ꝓpter seipsum amat. non tamē ē
d̄ rōe mercedis ꝙ sit intentōis fi
nis. quia plerūqȝ aliquis merce=
dem ex ope non querit cui mēces
datur. ea aūt que ꝓpter se aliq̄s
diligit. vel sunt pfectiōis eius
formaliter. sicut sanitas/virtus/
opatio dilectiōis. vel huiusmo
di. vel sunt effectiua vel consecu
tiua vel conseruatiua. aut horuȝ
contrarioꝝ ꝓhibitiua. Vn̄ si ali=
quis amat aliqd extra seipm illd
pōt dici merces. inq̄ȝtū ex eo ali=
quid in ipso relinquitur vel ꝓua=
tur. De rōne autem amicitie est.
ꝙ amicus sui gratia diligat᷑. Vn̄
amicus non habet in amicitia ra=
tionem mercedis ꝓprie loquendo
q̄uis ea que ex amico nobis fiūt
rationē mercedis habere possunt
sicut delectationes et vtilitates
quas ex ipso amicus consequit᷑
ratione quoꝝ ipe amicus pōt di=
ci merces. quasi causaliter sic dici
tur merces nostra. ratione eoruȝ
que ex ipo nobis sunt. Patet er=
go ꝙ ponere mercedem aliqueȝ
finem amoris ex pte amati. ē con
tra rationem amicitie. Unde cari=
tas per hunc modum oculuȝ ad
mercedem habere non pōt ¶ hoc
enim esset deū nō ponere vltimuȝ
finem. sed bona que ex ipo conse
quitur. sed ponere mercedem esse
finem amoris ex pte amantis nō
tamen vltimum. vt si ipse amor ē
quedam opatio amantis. non est
contra rationem amicitie. qr ipsa
amoris opatio cū sit q̄dam acci=
dens nō dicitur amari nisi ꝓpt᷑ su
um subiectum. Item inter ea q̄
aliquis ꝓpter se diligit pōt eē or
do salua amicitia. vn̄ et ipaȝ opa
tione amoris posseȝ amare. nō ob
stante amicia ꝓpter aliqd aliud.
V

erit tñ otra rõem virtutis si vtu=tis opatio ꝓpter aliquid aliud virtute iferius cuius sunt tempalia bona diligatur ¶ Patet ergo ꝙ habens caritatem non põt habe=re oculũ ad mercedem . vt ponat aliquid qdcunqȝ finem amati scȝ dei·hoc eñ esset contra rationem caritatis·vt est amicitia quedam nec iteꝝ vt ponat aliqd tempale bonũ finem ipius amoris.qꝛ hoc essȝ contra rationẽ caritatis vt ẽ virtus·potest tñ habere oculũ ad mercedem vt ponat beatitudineȝ creatam finẽ amoris.non autem finem amati·hoc eñ nec est con=tra rationem amicitie·nec otra ra tionem virtutis·cũ beatitudo vir tutum sit finis.¶ Ad rões in op=positum Ad pmam rñdeẽ negan do consequentiam Et ad ꝓbatio nem respondetur ꝙ oculus nõ ẽ simplex si respectus habereẽ ad pmiũ tanꝙ finem ipius amati·s. dei·sed vt dictũ est nõ habeẽ re=spectus ad pmiũ ꝙ sit finis ama ti·sed ꝙ sit finis seruitij vel amo ris ¶ Ad secũdam respondeẽ ne=gando consequentiã Et rõ est·qꝛ mercennarius dicitur ibi qui op⁹ spũale ꝓpter mercedem tempa=lem exercet· et talis vituperatur·
Ad tertiam patet responsio per ea que dicta sunt ad pmam.

In festo sancti Augustini est euangelium· Vos estis sal terre ⁊ cetera· Math·v· Circa qd pñt disputari sequentes q̃stiones ¶ Prima· Vtꝝ status p=latoꝝ qui faciunt et docẽt sit ma ioꝛ ꝙ sit in ecclesia dei· Secũda Vtrum platus qui non facit qd docet sit in statu pfectionis.

Ad pmam sic ꝓcedĩ· Et videtur ꝙ status plato=rum·etiaȝ qui faciunt et docent non sit maioꝛ ꝙ sit in ec=clesia dei ¶ Primo sic· Dicĩ Ma thei·xix· Si vis pfectus esse vade et vende omnia q̃ hẽs et da pau=peribus·hoc faciunt religiosi·sed non ad hoc tenentur epi· Dicitur eñ ·xij·q·i· Epi de rebus ꝓprijs vel acquisitis vel quicqd de ꝓpo habent heredib⁹ suis relinquãt· ergo videtur ꝙ religiosoꝝ stat⁹ sit maioꝛ ¶ Secũdo· Perfectio pn cipali⁹ consistit in dilectione dei ꝙ in dilectione ꝓximi · sed stat⁹ religiosoꝝ directe ordinatur ad dilectionem dei · et ex dei seruitio et famulatu noiatur·vt dr·vi·ce=lestis ierarchie· Stat⁹ aũt epoꝝ videtur ordinari ad dilectionẽ ꝓ=ximi·cuius cure supintendũt·er=go idem qd pus ¶ Tertio· Sta=tus religiosoꝝ ordinatur ad vitã contemplatiuam q̃ potioꝛ ẽ ꝙ ac tiua ad quã ordinatur status epo rum·ergo idem qd pus ¶ In op=positũ est euangeliũ· Qui fecerit et docuerit hic magnus vocabĩ ⁊c· Secũdo sic· Nullo licet a ma ioꝛi statu ad minorẽ transire hoc enim esset retro respicere·sed põt aliquis de statu religionis i sta=tum epalem transire· Dicitur eñ xviij·q·i·ꝙ sacra ordĩatio de mo nacho epm facit·ergo status p=latoꝝ maioꝛ et pfectioꝛ ẽ ꝙ reli=

giosoꝝ. et p consequens omniuz alioꝝ. ¶ Respondeo dicendum q status platoꝝ sit maior q aliqs alius in ecclesia. Probatur ista cõclusio pmo ex illo euangelij presentis. in q xps platos alloquẽs dixit. Vos estis sal tre. vos estis lux mundi ¶ Patet etiam ex illo. Augusti. lxviij. dis. e. quoꝝ. vbi vocat eos patres et pncipes ecclesie. Rõne sic respectu religiosoꝝ. Sicut Aug. xij. sup Geñ. ad lram ¶ Semp agens pstantius est patiente. in genere autem pfectionis epi sm Dionisiũ. v. celestis ierarchie. se hñt vt pfectiores. Religiosi aũt vt pfecti quorũ vnũ pertinet ad actionẽ. alterum ad passionẽ. ergo stat eporum maior et potior est statu religiosoꝝ. ¶ Ad rões in oppositũ ¶ Ad pmam rñdetur negando cõsequentiam. Pro q notandum iuxta sanctum thomam. q abrenũciatio ppaꝝ facultatũ dupliciter cõsiderari põt. Vno mõ sm q ẽ in actu. et sic in ea nõ consistit essentialiter pfectio. sed est qddaz pfectionis instrumentũ. et iõ nihil phibet statum pfectiõis esse sine abrenũciatione ppoꝝ. Alio mõ põt considerari sm pparationem animi. vt scz hõ sit paratus si op fuerit omnia dimittere vel distribuere. et hoc ptinet directe ad pfectionem. Vñ Aug. in libro de consensu euangelistaꝝ. Oportet oĩs filios sapie intelligere. non in abstinendo nec in manducando esse iusticiam. sed in eqnimitate tollerandi inopiam. vñ et aplus dicit. Scio habũdare et penuriam pati. Ad hoc aũt maxime tenentur epi ꝛ omnia sua p honore dei. et salute sue gregis largiendo. vel rapinam bonoruz suoꝝ cũ gaudio sustinẽdo. ¶ Ad scdaz rñdet negãdo mioꝛẽ si ĩtelligat tm̃ ꝛc. qm̃ plati vtriqz dilectioni scz dei et pximi intendunt immo q intendãt dilectioni pximoꝝ puenit ex habũdantia dilectionis diuine. hoc aũt ẽ maioris dilectionis signũ. vt pter amicũ etiam alij seruiat q etiaz si soli amico vellet seruire. ¶ Ad tertiam respõdetur q platus nõ solum ordinat ad vitam actiuaz. sz etiam ad vitam contemplatiuaz de q debet haurire qd in actiua influat. Vnde Greg. dicit in pastorali. Sit psul in actione pcipuus p cũctis cõtemplatione suspẽsus

Ad secũdam questionem sic pceditur. Et videt q platus docens et non faciens non sit in statu pfectionis. ¶ Primo sic. Qui nõ ẽ in gratia nõ est in statu gratie. ergo pari rõe qui non est pfectus. cuiusmõi est platus qui docet bona et nõ fac. ergo talis non est in statu perfectionis ¶ Secũdo sic. Qui ẽ i statu seruitutis peccati non videtur esse in statu pfectionis. sed mali plati sunt in statu seruitutis peccati Joh. viij. Qui facit pctm̃ seruus est peccati. ergo repugt q sint in statu pfectionis. ¶ In oppositũ est q multi plati sunt qui gratia et caritate carent. in quibus consistit impfectio. et tamen

sunt in statu plationis que dicit
statum pfectionis. ergo rc. ¶ Re
spondeo dicendu3 sub vna cõclu=
sione tali. qꝫ nec omnis pfectus ẽ
in statu pfectionis. nec omnis q̃
stat in statu pfectionis est pfe=
ctus. Ista conclusio sic ostendit
vera iuxta sanctũ Thomã. Sta
tus ꝓprie ptinet ad conditionem
libertatis et seruitutis spũalis. li=
bertas autem ⁊ seruitus põt ĩ ho
mine attendi dupliciter. vno mõ
ẜm qꝫ interius agitur ¶ Alio mõ
ẜm id qđ exterius agitur. Et qa
vt dicitur. i. Regũ. xvi. Homines
vident ea que parent. sed deus in
tuetur cor. Inde est qꝫ in ẜm interi
orem hominis dispositionem ac=
cipitur ꝯditio spũalis stat⁹ in ho
mine p compationem ad iudiciu3
diuinũ. sc̃dm autem ea que exte=
rius aguntur accipitur spũal' sta
tus in homine per compatione3
ad ecclesiam. et sic de statib⁹ nõ
loquimur put sc3 ex diuersitate
statuũ quedam ecclesie pulchri=
tudo consurgit. Est aũt conside=
randũ qꝫ q̃tu3 ad hoĩem ad hoc
qꝫ aliquis adipiscatur statũ libẽ
tatis vel seruitutis requirit qui=
dem pmo aliqua obligatio vl' al
ligatio. non eñ ex eo qꝫ aliq̃s ser=
uit alicui efficitur seruus. qr etiã
liberi seruiunt. ex hoc qꝫ aliq̃s de
sinit seruire efficitur liber. sic pa=
tet de seruis fugitiuis. sed ille est
ꝓprie seruus qui obligatur ad s=
uiendum. et ille est liber qui a ser
uitute absoluitur. Secũdo requi
ritur qꝫ obligatio pdicta cũ aliq̃
solẽnitate fiat. sicut cetera q̃ int
homines obtinent ppetuam fir=
mitatem q̃dam solẽnitas adhibe
tur. Sic igitur et in statu pfectõ
nis ꝓpe dr esse aliq̃s non ex hoc
qꝫ habet actũ dilectionis pfecte
s3 ex hoc qꝫ obligat se ppetuo cũ
aliq̃ solẽnitate ad ea q̃ sunt pfe=
ctionis. Constat etiam qꝫ aliq̃ se
obligant qui non seruãt et aliq̃
implent ad quod se non obliga=
uerunt. vt pt3. Math. xxi. de duo
bus fratribus q̃x vnus patri di=
centi O pare in vinea. respondit.
nolo. et postea iuit ¶ Alter aute3
respondens ait. Eo. et non iuit. et
ideo nihil ꝓhibet aliq̃s esse pfe=
ctos qui non sunt in statu pfectõ
nis. et aliquos esse in statu perfe
ctionis qui non sunt pfecti ¶ Ad
rationes in oppositũ vna respon=
sio sufficit. qꝫ ꝓcedũt q̃tũ ad in=
teriorem statum. non aũt q̃tũ ad
exteriorem. de q̃ est sermo.

IN festo sancti Bar=
tholomei est euange
lium. Hoc est prece=
ptu3 rc. Joh. xv. Po=
test disputari sequens questio.

PRimo. Vtrũ beat⁹ Bar=
tholome⁹ et alij apl'i po
tuerũt dici amici dei. ⁊ vi
detur qꝫ nõ ¶ Primo sic. Amici
tia est relatio paritatis. s3 de⁹ ml'
to supior est hoĩe. ergo hominis
ad deum nõ est amicitie ¶ Secun
do sic. Caritas nõ est amicitia. er
go qui ex caritate diligũt deũ nõ
debent dici habere amicitiã ad de
um. añcedens pbat' sic ¶ Nihil ẽ
ita ꝓpum amicitie sicut cõuiuere

amico. vt phus dicit. viij. Ethi. sed caritas est hois ad deum. ad quem non ē hois conuersatio. ergo caritas talis nō est amicitia. ¶ Tertio sic. Seruitus et amicitia non videntur inter se compati. vñ dicit dñs. Nō dicam vos seruos sed amicos. sed beatus Bartholomeus et alij apostoli sancti sēper manent sub seruitute dei. vñ quilibet eoꝝ dicit illud. ps. Ego seruus tuus et filius ancille tue. ergo videt̄ ꝙ non sunt dicendi amici dei. ¶ Quarto ex argumento xpi q̄ dicit. Vos dixi amicos. qa omnia que audiui a pr̄e meo nota feci vobis. Arguitur sic. xpus non fecit eis omnia nota que audiuit a patre suo. vt patet. non eñ essent capaces tante sapie q̄tum susceperat fili⁹ a pr̄e. g° semp serui et nō amici sunt dicendi.

¶ In oppositū est euāgeliū p̄sens. Et de beato Bartholomeo dicit̄ in historia. cū quereret idolū q̄s esset Bartholomeus. respondit. Amicus dei sum. ¶ Rñdeo dicendum. ꝙ beatus Bartholomeus vere dictus amicus dei est et alij apostoli. Conclusio patet ex verbo xpi dicentis. Nō dicaȝ vos seruos sed amicos. Et iteꝝ. Vos amici mei estis. si feceritis que p̄cipio vobis. Rōne sic. Quia dilexerunt deū ex caritate. sed caritas ē quedā amicitia. Pro q̄ notanduȝ ꝙ s̄m phm. viij. ethi. Nō quilibȝ amor hȝ rōem amicitie. sed amor qui est cū beniuolentia. qñ scȝ sic amam⁹ aliquē vt ei bonū velim⁹ si aūt reb⁹ amatis nō bonū velimus. sed solū eoꝝ bonū velimus nobis. vt dicimus amare vinū vl' equū. vel aliud hmōi. nō ē amore amicie. sed cuiusdā concupiscētie. Ridiculū eñ est dicere ꝙ aliqui hn̄t amicitiam ad vinum vel equū. Sȝ nec beniuolētia sufficit ad rōem amicitie. sed req̄ritur quedam mutua amatio. qꝛ amicus ē amico amicus. Talis aūt mutua beniuolētia fundat̄ sup aliq̄ communicatione. cū igitur sit aliq̄ cōmunicatio hois ad deū s̄m ꝙ suā beatitudinem nob̄ cōmunicat: super hac cōicatiōe oportet aliquā amicitiam fundari. De q̄ quidem cōmunicatione d̄r. p°. Coꝛ. pmo Fidelis deus p quē vocati estis i societatem filij eius. Amoꝛ autē sup hac cōmunicatiōe fundata ē caritas. Vnde manifestū ē ꝙ caritas amicitia quedā est hois ad deū p quā hō deū diligit. et deus hoīem. et sic efficit̄ quedā associatio hois ad deū. vt d̄r. p°. Johānis. p°. Si in luce ambulamus sicut et ip̄e in luce est societatē hēmus ad inuicem. Et ita beat⁹ bartholomeus ambulans in luce g̃tie dictus est amicus. et oīs alij sancti. de quibus d̄r in p̄s. Nimis honorati sunt amici tui deus.

¶ Ad rōes in oppositū Ad pmam respondetur negando consequentiam Et rō est. qꝛ amicitia nō requirit eq̄litatē siue paritatē equipantie. sed eq̄litatem ꝓportionis vt si vnus amicoꝝ opetur ad alteꝝ s̄m suam ꝓportionem opat̄. vt dicitur. viij. ethi. ¶ Ad secūdā respondetur negando assumptū.

Ad ꝓbationem negetur minor. et est ratio. qr duplex ē hominis vita. Vna quidem ē exterior ꝭm naturam sensibilem et corpalem. et ꝭm hāc vitā nō est cōmunicatio vel conuersatio cū deo et āgelis. Alia est vita spūalis ꝭm mētem. et ꝭm hāc vitam est noƀ cōuersatio cū deo et angelis in p̄senti qdez statu impfecte. Vn̄ dicit Phil. iij. Nostra conuersatio in celis est. Ista cōuersatio pficitur in patria qn̄ serui ei⁹ seruiēt dn̄o et videbunt faciem eius. vt dicitur Apoc̄. vlti. et ideo hic ē caritas impfecta. sed pficiet in p̄ria. ¶ Ad tertiam rn̄detur negādo cōsequentiam. et ad ꝓbationē rn̄detur. ꝙ intelligit de seruitute seruili. qr si timore seruili sunt subiecti. talis timor expellit ab aīo caritatem. timore vero filiali sp sancti pmanent. ꝭm illud ps. Timor dn̄i sanctus pmanet in seculū seculi. Et isto mō sancti dicūtur ꝭui. Rom̄. p°. Paulus seruus ihesu xp̄i ¶ Ad q̄rtam respondet ꝙ illud Omnia quecunqȝ audiui a p̄re meo. nō est intelligenduȝ de oībus simpliciter et absolute. qr istud erat impossibile vt argutuȝ est. ꝫ intelligēdū est de omnibus ptinentib⁹ ad eoꝝ statū. cuiusmodi sunt illa que ptinent ad eoruȝ salutē et fidei motū ⁊ p̄dicationē et ecclesie gubernationem.

In festo decollatiōis beati Johis baptiste est euangelium ¶ In illo tempe. Misit herodes ⁊c. Marci. vi. Possunt disputari sequētes questiones. Prima. Vtrum beatus Johānes moriens ex hoc ꝙ dicebat Herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. verus martyr sit colēdus ¶ Secūda. Vtrum iuramentū qd̄ Herodes p̄stitit saltāti puelle excusare potuit herodē a peccato mortis Johis baptiste.

Ad pmaȝ questiōem sic ꝓcedit. Et videtur ꝙ beatus Johannes moriens ex hoc ꝙ dicebat herodi. Nō licet tibi habere vxorē fratris tui. verus martyr sit colēdus. Et videtur ꝙ non. quia videtur ꝙ sola fides sit causa martyrij. Probatur sic. Dicit. i. Petri. iiij. Neo vestruȝ patiat q̄si homicida aut fur aut aliqd hmōi. si aūt vt xp̄ianus nō erubescat. glorificet deū in isto noīe. sed ex hoc dr̄ aliqs xp̄ianus ꝙ tenet fidem xp̄i. ergo sola fides xp̄i dat patientib⁹ martyrij gloriam ¶ In oppositum est euangeliū p̄ns. et fides vniuersal ecclesie ¶ Respondeo dicendū ꝙ beat⁹ Johes ꝓ rep̄hēsiōe adulterij mortem sustinens ver⁹ martyr fuit. et vt martyr ē venerandus ¶ Ista cōclusio declaratur sic iuxta sanctū tho. Martyres dicūtur q̄si testes qui scȝ corpalib⁹ suis passionib⁹ vsqȝ ad mortē testimoniū phibent v̄itati. non cuicūqȝ. sed veritati q̄ ꝭm pietatem p xp̄m nobis innotuit. Vn̄ etiaȝ martyres xp̄i dicuntur q̄si testes ipsius. hmōi aūt est veritas fidei. et ideo martyrij cā est fidei vitas

sed ad fidei veritatem non solum ptinet ipsa credulitas cordis. sed etiam exterior ptestatio. q̃ quidem fit non solū p verba: quibus aliquis confitetur fidem. sed et p facta quibus fidem se habere ostendit sm illud Jacobi. ij. Ego ondam tibi ex opibus fidem meam. Unde et de quibusdam dr ad Titū. p° Confitentur se nosse deū. ¶ Factis autem negant. et ideo omniū virtutū opera sm q refferuntur in deum. sunt quedaz ptestationes: p quas nobis innotescit q deus huiusmodi opera a nobis reqrit et nos p eis remunerat. et sm hoc pñt esse martyrij causa. sm q videmus q beati Johannis baptiste martyriū in ecclesia celebratur qui non p neganda fide sed p reprehensione adulterij mortez sustinuit. ¶ Ad rationem in oppositum respondetur. Dicimus enim q verū est. qd dicitur in minori. q xpianus dr qui xpi est. sed aliqs dicitur esse xpi non solū ex eo q habet fidem xpi sz etiaz ex eo q spū xpi ad opera virtuosa pcedit. secūdū illud Roma. viij. Si qs spiritum xpi non hz. hic non est eius. et etiam ex hoc q ad imitationē xpi moritur. sm illud Gal. v. qui xpi sunt carnē suam crucifixerunt cū vitijs et cōcupiscentijs. et ideo vt xpianus patitur non solū q̃ patitur p fidei confessione que fit per verba. sed etiam q̃ patitur p q̃cūqz opere faciēdo vel p quocūqz peccato vitando. pptē christum quia totū hoc ptinet ad fidei ptestationem.

Ad secūdam questiōem Utrum iuramentum licet incautum qd Herodes pstitit saltanti puelle excusare potuit Herodem a peccato mortis Johannis baptiste. Et videtur q sic. Iuramētuz incautum dicitur qd vergit in exitum malum vel minus bonuz. sz tale obligat. patet. quia tale fuit iuramētū qd Josue iurauit gabaonitis pacem et q non occideret eos. Josue. ix. et tamen preceptum dei erat in contrariū. Precepat enim deus q occideret omes habitatores ꝛc. sic habetur Deutro. xiij. Et obseruauit Josue iuramentū credens se obligatū. Unde ambro. li. de officijs. xxij. q. iiij. loquens de iuramento Josue. dicit sic. Ihesus tamen pacem quā dederat reuocandam nō censuit. quia firmata erat sacramenti religiōene dum alienam pfidiam redargueret. suam fidem solueret. soluisset ergo suam fidem si nō tenuisset qd iurauerat. Similitē ergo videtur q Herodes iurans se daturum puelle quicquid peteret. obligabatur ad soluenduz: quod iurauerat. licet essz contra preceptum dei. sicut fuit illud quod fecit Josue. ¶ In oppositum est canon Isidori. xxij. q. iiij. In malis pmissis rescinde fidem. in turpi voto muta decretū. qd incaute vouisti non impleas. impia ergo pmissio que scelere adimpletur nō obligat. nec tale iuramentum excusat a peccato ppetrato. ¶ Respondeo dicendum. q iuramentū

V 2

Herodis non excusauit eum a ne ce beati Johannis. vt ondit Augustinus optime in sermone huius festiuitatis. Pro q̃ notandū iuxta sanctū thomaz in. iij. q̄ duplex est iuramentū. vnū assertorium. ꝛ aliud ꝓmissoriū. Promissoriū iuramentum est de eo qd̓ in futurū a iurante faciendum expectatur vel per se vel p aliū. Assertoriū vero est qd̓ fit per confirmationez veritatis etiam p̄sentis et p̄terite. et etiam si ipius causam non scim⁹. ❡ In iuramēto aūt assertorio est vna tantū obligatio. scz qua quis obligat̄ ad peccatū. si veritas suo iuramento desit. In iuramento autem ꝓmissorio est duplex obligatio. Vna q̃ quis obligatur ad faciendū hoc qd̓ iuramēto ꝓmisit. Alia q̃ obligatur ad peccatum si non fecerit. His igitur visis sciendū q̄ sicut non omnis assertio ē digna vt iuramento firmetur. ita nec oīs ꝓmissio. sed illa tm̄ q̃ ad vtilitatem aliquā ptinet. Vnde si ꝓmissio q̃ est de aliq̄ qd̓ salutem impediat siue sit contrarium saluti. siue vt pfecte in salutem iuramento firmetur. et hoc ipso iuramentū efficitur indebitū quasi actus cadēs sup indebitam materiam. vn̄ obligat se cūda obligatiōe q̃ est ad peccatū. nec remanet ei virt⁹ obligādi p̄ma obligatione ad faciēdum. Prima eñ obligatio est ad vitandā secūdam obligationē. vn̄ iuramentum qd̓ de necessitate ad peccatum obligat ipo facto ab alia obligatione euacuatur. ❡ Et ideo licet iuramentū Herodis q̄ daret puelle saltanti qd̓ peteret potuisset esse a p̄ncipe licitū. intellecta debita cōditione. scz si peteret qd̓ dare deceret. impletio tamen iuramenti fuit illicita. et ido non obligabatur in aliquo. Vn̄ Ambro. in li. de officijs. Est cōtra officium nonnunq̄ ꝓmissum soluere iuramentum. sicut Herodes qui necem Johannis p̄stolauit ne ꝓmissum negaret. ❡ Ad rationem in oppositum respondet̄ negando consequentiam Et ratō est. quia iuramentum Josue nō erat de eo qd̓ s̄m se esset illicitum sicut est adulterium. homicidiū ꝛ similia. sed de eo qd̓ factū erat illicitum. quia ꝓhibitum. Vnde in hoc sufficiebat seruare intentionem ꝓhibentis. Et ideo dicit Ambro. li. de officijs. Mulctauit eos meliori morte. scz obsequio ministerij diuini vt esset clementior sententia. sed diuturna. et sic q̄dammodo occisi sunt morte legali que est seruitus.

In festo Natiuitatis beatissime Marie virginis est euangelium Liber generatiōis. et cetera Math. p̄mo. Circa quod possunt disputari sequentes questiones ❡ Prima. Vtrum christ⁹ descendit s̄m carnem de semie dauid. Secūda. Vtrum beata Maria fuerit sanctificata ante natiuitatem ex vtero ❡ Tertia. Vtrum beata virgo p sanctificatiōnē obtinuerit gratie plenitudinez siue

perfectionem.

Ad p̄mam sic p̄cedit. Et videtur q̄ christus non descendit s̄m carnem de semine dauid Primo sic. Matheus in p̄senti euāgelio. Liber generationis. genealogiam xp̄i texens eam ad ioseph perduxit. Joseph autem nō fuit pater christi. non ergo videtur q̄ xp̄us de semine Dauid descēderit. licet Joseph sic. ¶ Secūdo sic. Aaron fuit de tribu Leui. vt patet. Exodi. vi. Maria autē mater christi cognata dicit̄ Elizabeth que est filia Aaron. vtz. Luce p̄mo. cum ergo Dauid de tribu Juda fuerit. vt patet. Mathei p̄mo. videtur q̄ xp̄us de semine Dauid nō descēderit. ¶ Tertio sic. Jeremie. xxij. dicitur d̄ Jeconia. Scribe virum istum sterilē nec enim erit de semine eius vir q̄ sedeat super soliuz Dauid. sed de christo dicitur. Ysaie. ix. Sup solium Dauid sedebit. ergo christus non fuit de semine Jeconie. nec per consequens de semie Dauid. quia Matheus a Dauid pē Jeconiam seriem generatiōis pēducit. ¶ Jn oppositum est euangelium p̄sens. Liber generationis. ¶ Respondeo dicendum. q̄ christus s̄m carnez descendit de semine Dauid. Jsta conclusio patz p apostolum ad Rom. p°. q̄ de xp̄o loquens ait. Qui factus ē ex semine Dauid. s̄m carnem. Pro q̄ notandum. q̄ specialiter christus dicitur filius esse Abraam et Dauid. vt patet in p̄ncipio euangelij. Cuius est multiplex ratō. Prima q2 ad hos specialis de christo repromissio facta est. Dictū est enim Abrae. Geñ. xij. Benedicentur in te omnes generationes. qd̄ apostolus d̄ christo exponit. ad Gal. iij. Abrae dicte sunt repromissiones et semini eius. nō dicit de seminibus quasi in multis. sed quasi in vno. et semini tuo quod est christus. Ad Dauid autem dictum est. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam Vnde et populi iudeoꝝ vt regem honorifice suscipientes christum dicebant. Mathei. xxi. Osanna filio dauid. Secunda ratio est. q2 christus futurus erat rex et propheta et sacerdos. Abraam autem sacerdos fuit dum impleuit offium sacerdotis offerendo hostiam domino. Vnde dominus ad eum Geñ. xv. Sume tibi vaccam triennem etc̄. Fuit etiā p̄pheta s̄m illd̄ qd̄ d̄r Geñ. xx. p̄pheta est et orabit pro te. Dauid autem rex fuit et propheta. Tertia ratio ē. quia in Abraaz p̄mo incepit circumcisio. in Dauid autem maxime manifesta est dei electio. secūdum illud. p°. Regum tredecimo Quesiuit sibi dominus virum iuxta cor suum. Et ideo vtriusq3 filius christus conuenientissime ē vt ostendatur esse in salutem circumcisiom et electiom gentilium ¶ Ad rationes in oppositum Ad p̄mam respondetur negando consequētiā Et rō ē. q2 vt dic̄ augus.

Cum euangelista Matheus dicat viꝝ Marie Joseph eẽ. ⁊ xp̄i mr̄em virginē esse. xp̄m ex semie Dauid. quid restat nisi credere. ⁊ ¶ Mariam nō fuisse extraneā a generatione Dauid. et eaꝫ Joseph cōiugem nō frustra appellatā ꝓpter animoꝝ cōfederationem ꝗ̄uis ei non fuerit cōmixtus. Et Jeronimus sup Matheū dicit. Ex vna tribu fuit Joseph ⁊ Maria Vnde etiā ſm legem eā accipere cogebatur vt ꝓpinquā. ꝓpter qꝺ et simul censentur in bethleem q̄si de vna stirpe generati.

¶ Ad secūdam respondetur iuxta sententiaꝫ Augustini cōtra Faustum. ꝙ si Joachim pater Marie de stirpe Aaron fuit vt Faustus p q̄sdam scripturas apocriphas asserebat. credendū est ꝙ mater Joachim fuit de stirpe dauid. et sic in xp̄o fuerunt iūcte regium genus et sacerdotale. vt dicit Greḡ. Nazanzen⁹ oportet ꝙ xp̄s qui ē rex et sacerdos ab vtroqꝫ nasceretur ſm carnē. ¶ Ad tētiam rn̄detur negādo ꝯñaꝫ Et rō est. qm̄ p illā auctoritatē ꝓpheticam sic Ambro. dicit sup Lucā Nō negant ex semie Jeconie posteros nascituros. et ideo xp̄s de semine eius ē. nō em̄ seculari honore regnauit. ipe enim dixit. Regnum meū nō est de hoc mundo.

Ad secūdam questioꝫ sic ꝓceditur. Et videt̄ ꝙ beata Maria nō fuerit sanctificata añ natiuitatem ex vtero ¶ Primo sic. Dicit apl̄us. i. Coꝝ. xv. Nō ꝑus qꝺ spūale ē ꝫ qꝺ animale. deinde qꝺ spūale est. sed ꝑ gratiam sanctificatam nascit̄ hō spūaliter in filiū dei. ſm illꝺ Johannis p°. Ex deo nati sunt. natiuitas aūt ex vtero ē natiuitas aīalis. non ergo beata virgo ꝑus fuit sanctificata ꝗ̄ ex vtero nasceret̄. Secūdo. Sicut dicit Augusti. ad Dardanū. Sanctificatō qua efficimur templū dei non nisi renatoꝝ est. nemo aūt renascitur nisi ꝑus nascatur. ergo beata virgo nō fuit ꝑus sanctificata ꝗ̄ ex vtero nasceretur. Tertio sic. Dicit Jero. Nō mihi credas si aliqꝺ tibi dixero qꝺ ex veteri et nouo testamento haberi non possit. sed de sanctificatione beate Marie in vtero nihil habetur in aliquo testamentoꝝ. ergo non ē credendum eam fuisse sanctificatam ¶ In oppositū est ꝙ ecclesia celebrat natiuitatem beate virginis. non autem celebratur festum in ecclesia nisi ꝓ aliquo sancto. ergo beata Maria fuit in sua natiuitatē sancta. fuit ergo in vtero sanctificata. ¶ Respondeo dicendum iuxta sanctum thomaꝫ i tertia parte. De sanctificatione beate Marie scꝫ ꝙ fuerit sanctificata in vtero nihil in scriptura canonica traditur. que nec etiaꝫ de eius natiuitate mentionem facit sed sicut beatus Augusti. de assumptione ipsius virginis rationabiliter argumentatur. ꝙ cum corpore assumpta sit in celum. qꝺ tamen scriptura non tradit. ita rationabiliter argumentari possum⁹. ꝙ fuerit sanctificata i vtero

Rationabiliter eni creditur q il la que genuit unigenitu a patre plenu gratie et veritatis. p oib alijs maiora gratie puilegia accepit Vn legitur Luce p°. q angelus ei dixit. Aue gratia plena Inuenimus aut quibusdam alijs hoc puilegiu esse concessum vt i vtero sanctificarent. sic Jere. dictum est. Anteq exires de vulua sanctificaui te. Et sicut Johani baptiste. de quo dictum e Luc p°. q spusancto replebit ex vtero matris sue. Vnde rationabiliter creditur q beata virgo sanctificata fuerit anq ex vtero nasceretur. Vn beatus Bernardus in matutinali officio in suo smone qui legitur istam oronem complectens. ita ait. Beatam virginem omnibus modis constat ab originali contagio pusq nasceretur esse mudatam. qua nimiruz pietas xpiana credere phibz vl minus a Jeremia in vtero sanctificatam. vel non magis a Johanne spusancto repletam. nec vna festiuis laudibus nascens honoraretur. si non sancta nasceretur. Est itaqz virgo regia veris honoz titulis cumulata que procul dubio sancta fuit anq nata. ego puto q copiosior sanctificatiois benedictio in ipsa q in alijs sanctis ab vtero sanctificata descenderit. que non solum ipsum ortuz sanctificauit. sed vitam eius ab omni peccato deinceps immune conseruaret. qd alteri nemini in natis mulierum creditur esse donatu. Hec Bern. ¶ Ad rationes in oppositum Ad pmam respondetur q etiam in beata virgine pus fuit animale. et post id qd est spuale. quia pus fuit sm carnem concepta. et postea sm spm sanctificata. ¶ Ad secudam respondetur q Augustin loquit de regeneratione que fit sm lege comunem. sm qua p sacrameta no regenerantur aliqui nisi pus nati sed deus huic legi sacramentoz potentiam suam non alligauit. quin aliqb ex speciali puilegio gratiam suam conferre possit anteq nascantur ex vtero ¶ Ad tertiam respondetur q qquis sanctificatio beate virginis in vtero expsse in scriptura veteris et noui testamenti non legatur. tamen p certo haberi potest ex his q ibi leguntur ¶ Si enim Jeremias et Johanes sanctificati sunt q xpm pnunciauerunt. multo magis beata virgo que christum genuit. Vnde no fallitur ecclesia sanctu reputans sue natiuitatis diez. vt inquit Bernardus.

¶ Ad tertiam questionem sic pceditur. Et videtur q beata virgo per sanctificationem in vtero non obtinuerit gratie plenitudinez ¶ Primo sic. Hoc enim videtur pertinere ad puilegium christi. sm illud ¶ Johannis. p°. Vidimus eum qsi vnigenitum a patre plenum gratia et veritate. sed ea que sunt ppria christi. non sunt alijs attribuenda. ergo beata virgo plenitudiem gre n accepit i scificatoe.

¶ Secūdo sic. Ei qd' est plenū ⁊ p
fectū nō restat aliud addendum
qꝛ pfectū est cui nihil deē. vt di
iij. phi. Postq̄ aūt nata est addi
tionē gratie suscepit qn̄ xpm cō-
cepit. dictū ē eni ei. Spūssanct⁹
supueniet in te ⁊c. Item qn̄ i glo
ria ē assumpta. ergo videt' q' non
habuerit in pma sua sanctificati
one plenitudinē gratiaꝝ ¶ Ter-
tio. Deus nō facit aliqd frustra.
frustra aūt habuisset aliqs grati
as cū eaꝝ vsū nūq̄ exercuit. nō
eni legit eam docuisse. qd ē act⁹
sapie. aut miracula fecisse ¶ qd ē
actus gratie gratis date. non er-
go habuit plenitudinē gratiarū
in sanctificatōe sua pma ¶ In op
positū est qd angelus ad eā dixit
Aue gratia plena. qd exponens
Iero. in sermone de assumptione
dicit. Bene gratia plena. q' cete-
ris p ptes pstatur. marie vero se
tota simul infudit gratie plenitu
do. Respondeo dicendū. q' bea-
ta virgo in sua sanctificatione re
cepit siue obtinuit grē plenitudi
nem. Ista conclusio ondit' iux-
ta sanctū tho. Quanto aliqd ma-
gis appropinqt pncipio in qlibet
genere. tanto magis pticipat ef-
fectū illius pncipij. Vn̄ dic Dio-
nisi⁹. iiij. celestis ierarchie. q' an
geli deo ppinqores magis ptici-
pant de bonis diuinis q̄ hoies.
Christus ē aūt pncipiū grē sedꝫ
diuinitatē qsi auctoritatiue. sm
hūanitatē ministerialiter. Vnde
et Ioh. p°. dicitur. Gr̄a et veri-
tas p ihesum xpm facta est. bea-
ta aūt virgo Maria ppinquissi-
ma xpo fuit sm humanitatē. qā
ex ea accepit humanam naturā
et iō p ceteris maiorem debuit a
xpo plenitudinem gratie obtine-
re. et ita obtinuit ¶ Ad rationes
in oppositū Ad pmam rn̄det ne-
gando consequentiam Et rō est.
quia alia et alia est plenitudo g̃
tie christi ⁊ beate Marie. Pro q
notandum. q' vnicuiqꝫ a deo da-
tur gratia sm hoc ad qd eligit'.
et quia xpus inq̄tum hō fuit p-
destinatus et electus vt esset pre
destinatus filius dei in virtute sā
ctificationis. hoc fuit ppū sibi
vt haberet talem plenitudinem
gratie q' redūdaret in oēs. sm
qd dicitur Ioh. p°. De plenitudi
ne eius omnes accepimus. Sꝫ bea
ta virgo Maria tantam grē ob-
tinuit plenitudinem vt esset ppi-
quissima auctori gratie. ita q' eū
qui est plenus omni gratia in se
reciperet et eum pariendo qdam
modo gratiam ad omnes deriua-
ret ¶ Ad secūdam respondet ne-
gando consequentiam Et rō est.
quia mltiplex est pfectio gratie
Sicut eni in naturalibus. pma ē
perfectio dispositionis. puta cū
materia est pfecte ad formā di-
sposita. Secunda est perfectio
forme que est potior natura. ⁊ ip
se calor pfectior est qui prouenit
ex forma ignis. q̄ ille qui ad for
mam disponebat. Tertia autem
est pfectio finis. sicut cū ignis hꝫ
pfectissime suas qualitates cum
ad locum suum puenerit. Et simi
liter in beata virgine fuit triplex
pfectio gratie vt ait sanct⁹ tho.

¶ Prima quidem pfectio dispositiua p quā reddebatur idonea ad hoc q̄ esset mater xpi. et hec fuit pfectio sanctificatōis. Secūda aūt pfectio gratie fuit i beata vgine ex pñtia filij dei in ei⁹ vtero incarnati. Tertia aūt pfectō ē finis quē hz in gloria. q̄ aūt secūda pfectio sit potior q̄ prima. et tertia q̄ secūda. patet q̄dez. Vno mō p liberationem a malo. naz p̄mo in sua sanctificatione fuit liberata a pctō originali. Secūdo in conceptiōe filij fuit totaliter mūdata a fomite. Tertio vero i glorificatione fuit liberata etiam ab omni miseria. Alio mō p ordinē ad bonū. nā p̄mo in sua sanctificatione adepta ē gratiā inclinantē eam ad bonū. In cōceptione autem filij dei cōfirmata ē ei gratia confirmans eam in bono ¶ In sui vero glorificatione cōfirmata est gratia pficiens eā in fruitōe omnis boni ¶ Ad tertiam rndet negando oñam. Vñ dicimus cū sācto thoma. q̄ nō est dubitandū quīn beata virgo acceperit excellenter etiā donū sapie et grāz virtutū ,pphetie. sicut habuit xpus nō tñ accepit vt hēret omes vsus eaꝝ et similiū gratiaꝝ sicut hūit xpus. sed ẜm q̄ conueniebat cōditioni ipius. Habuit eñ vsuz sapientie in cōtemplādo. ẜm illud Luce. ij. Maria aūt conseruabat oīa vba hec cōferens i corde suo Nō aūt hūit vsum sapie q̄ tū ad docendū. eo quia non cōueniebāt sexui muliebri. ẜm illud. p⁹. thimoth. ij. Docere aūt mulieri non pmitto. Miraculoꝝ aūt vsus sibi nō competebat dū viueret q̄ tūc tempis confirmanda erat doctrina xpi miraculis. et ideo soli christo ⁊ eius discipulis qui erāt baiuli doctrine xpi conueniebat miracula facere. ,ppter qd̄ etiaz de Johanne baptista dicitur Johannis. iij. q̄ signū nullū fec̄ vt scz oēs in xpm intenderent. Vsū autem ,pphetie habuit vt patet in Cātico qd̄ fecit. Magnificat anima mea dominum.

In festo exaltationis sancte crucis ē euangeliū. In illo tempore. Dixit ihesus turb̄ ⁊c̄. Nunc iudicium est ⁊c̄. Joh̄. xij. Circa qd̄ possunt disputari sequentes questiones. ¶ Primo. Vtrum conueniens fuit vt christus in cruce exaltatus moreret̄ ,p nobis ¶ Secūdo. Vtrum sit verum q̄ christus exaltatus omnia traxit ad se ¶ Tertio. Vtruz christus per exaltationez crucis que ,ppie est humiliatio, meruit exaltationem sui.

Ad p̄mam questionem Vide in die parasceue vbi est disputata plene. et inuenies.

Ad secūdam questionez sic ,pceditur. Et videt̄ q̄ xps exaltatus i cruce non traxit omnia ad se ¶ Primo sic. Non omnes conuersi fuit ad fidem xpi post exaltationē suā vt ptz. qm mlti fūt ifideles g⁹ ⁊c̄ Scđo sic. p exaltatōez xpi i cruce

non est eiectus diabolus. qm̄ ita
nūc sic̄ ante. et tempat hoies q̊
ad animas. et vexat q̊ ad corpus
¶ Tertio sic. Per passionem chri
sti non sumus liberati a peccato.
ergo p exaltationem suam nō su
mus tracti ad ipm̄. cōsequētia vi
detur bona. antecedens ꝓbat̄ sic
¶ Nullus potest liberari a pecca-
to qd̄ nondū commisit. sed qd̄ in
posterꝫ est commissurus. cum er-
go multa peccata post exaltatio
nem suam sint cōmissa ⁊ cōtinue
cōmittuntur. ergo ⁊c̄. ¶ In oppo
situm est euangeliū p̄sens ¶ Re-
spondeo dicendum ꝙ hoc quod
xp̄us dixit. Si exaltat⁹ fuero om
nia trabam ad me. est verissi muꝫ
bene intellectum. et est iste intel
lectus ꝙ ex amore ostenso in cru
ce ad gen⁹ humanū habuit vim
attractiuam omniū entium. tra-
hit ergo omnia ex caritate ad se
ipsum. Jere. xxxi. In caritate p-
petua dilexi te. ideo attraxi te mi
serans. In hoc actu maxime ap-
paret caritas dei ad hoies. q̄ꝙ tū
ꝓ ipsis mori dignatus est. Rom̄.
v. Cōmendat deus scꝫ caritatem
suam in nobis. qm̄ cuꝫ adhuc es-
semus peccatores xp̄us ꝓ nobis
mortuus est. Et in hoc comple-
uit ꝙ spōsa petit. Cant. p°. Tra-
he me post te et curremus ī odo-
rem vngentoꝝ tuoꝝ. Vn̄ Bern.
sup Cantica. Sup omnia amabi-
lem te mihi reddit calix quem bi
bisti o bone ihesu opus nostre re
demptionis. nihil allicit blandi⁹
nihil exigit vtili⁹. nihil affectat
vehementius. ¶ Ad rationes in
oppositum Ad p̄mam respondet̄
negando consequentiaꝫ Et ratio
est. quia textus nō dicit. Trahaꝫ
omnes sed omnia scꝫ genera ho-
minum. scꝫ gentiles/iudeos/ser-
uos/et liberos/mares/et femi-
nas. vel omnia. id est omnia p̄de
stinata. omnes isti finaliter tra-
hentur ¶ Ad secūdam responde
tur ꝙ assumptum falsum est. q̄a
euangelium est in oppositū. vbi
xp̄us sic ait. Princeps hui⁹ mun
di eijcietur foras. Ad ꝓbationē
respondetur. ꝙ potestas demōis
in duobus consistit. in impugnā
do et detinendo deuictos ¶ Ex eo
autem ꝙ quis impugnatur non-
dum seruus factus est. sed ex eo
ꝙ victus est. vt patet. ij. Petri.
ij. Deuicerat autem diabolus to
tum genus humanum ī p̄mis pa
rentibus. et eis dominabatur dū
eos ad hoc ꝰm suum votū dedu-
xerat vt nullus padisi ianuam in
troiret. Deuicerat vnūquēqꝫ sin-
gulariter dum eum ad peccatūꝫ
inclinat. quia qui facit pc̄m̄ ser
uus est peccati. potestateꝫ ergo
diaboli qua victos detinet chri-
stus per passionem suam amouit
quantum ad sufficientiam. q̄uis
non quantum ad efficientiam. ni-
si in illis qui vim passionis susci-
piunt per fidem et caritatem ⁊ sa
cramenta. Et per hoc dicitur do-
minum diaboli euacuasse. sed po
testatem qua impugnat nō ex to
to euacuauit. sed debilitauit duꝫ
ipsum hostem vicit. et dum ho-
minib⁹ auxilia multa ad resisten
dū tribuit. sic sacrā ⁊ alia hmōi.

¶ Ad tertiam respondetur negã do assumptum. qr xp̄us non liberauit a peccatis causaliter. id est instituens cām nostre liberatiōis ex qua possent quecūqȝ pctā q̄cūqȝ tūcunqȝ remitti vel p̄terita vl' p̄sentia vel futura. sicut si medicus facit medicinam ex q̄ possint q̄cūqȝ morbosi sanari. et etiā i futur.

Ad tertiam sic pceditur. Et videtur q̄ p exaltatōnem crucis xp̄us non meruit exaltationē ¶ Primo sic. Ex hoc q̄ humana natura assumpta fuit exaltata est et nomē deitatis sibi debetur. sed assumptionē non meruit. ergo nec exaltationem ¶ Secūdo sic. Nomen quod est sup omne nomē est nomē in q̄ omne genu flectitur. sed hoc est nomen ihesus. vt d' Phil'. ij. cum ergo hoc nomē nō meruerit. sed ante conceptionem sibi impositū fuerit. videtur q̄ nō meruerit nomen qd' est sup omne nomē. si dicatur q̄ meruerit q̄tū ad manifestationem. Contra. Ante etiā hoc manifestū erat. Vnde demones eum pfessi erant. et pueri. ꝛ pphete dixerunt. ergo hoc ipē n̄ meruit ¶ Tertio. Meritum ordinatur ad p̄miū. sed facere aliqd' pter estimationem hominū ptinet ad inanem gloriā: que i xp̄o non fuit. ergo exaltationem quātum ad manifestationem hominum non meruit. ¶ In oppositum est illud. Luce. xiiij. Qui se humiliat exaltabitur. Item illud philip. ij. Factus est obediens vsqȝ ad mortem. sequitur: Proptē qd' et deus exaltauit illum ꝛc̄. ¶ Respondeo dicendū q̄ xp̄us p exaltationem crucis que fuit humiliatio magnā meruit exaltationem apud homines. Pro cuius cōclusionis ampliori noticia notandū. q̄ aliqua sunt de substantia beatitudinis. sicut dotes anime ꝛ corporis. aliquid autem qd' est de bene esse ipius. sicut manifestatio beatitudinis ad alios. in qua etiam gloria consistit. quia gloria ē clara cū laude noticia. vt dic̄ glosa Joh. vlti. Sic etiā ph'us dicit. q̄ de bene esse ipius felicitatis ē vt felix etiam post mortem viuat in memorijs hominū. Quia ergo in christo debuit esse completissima beatitudo. ideo non solum in seipso beatus factus est. sed etiā ad pfectionē beatitudis sue sua beatitudo alijs ostensa fuit. Et secūdum hoc dicitur suam exaltationē meruisse. Que quidem exaltatio in tribus cōsistit. scȝ in noticia noīs. sm̄ qd' dicitur nomen super omne nomē accepisse. quia nom̄ de re noticiam facit. Item in reuerentia corpis q̄tū ad genuflexionem. Item in confessione oris Et hoc est qd' dicit apl'us. et omnis lingua confiteat̄ ꝛc̄. ¶ Ad rōnes in oppositū. Ad p̄mam r̄ndetur negando oñam. Et rō est. qa q̄uis fuerit exaltat⁹ ab initio sue cōceptōis. nō tn̄ sua exaltatō fuit tūc maīfesta. ſ; p⁹ resurrectiōȝ qr ante nō fuit sic nota sua diuinitas. Et res in sacra scriptura tūc dicitur fieri quādo innotescit. vnde cuȝ dic̄ Apostolus. Donauit

exponitur id est fecit manifestuz mundo q̄ hoc nomen haberet.
¶ Ad secūdā respondetur q̄ nomen qd est sup omē nomē esse dr vel q̄tū ad id a q̄ nomen imponitur. et sic nomen ihesus alias xps quia vtrūqz imponitur ex vnione humane nature ad diuinam. Sm hoc vnitus dicitur q̄ deo ē vnit⁹ et sm hoc etiam a peccatis saluos pōt facere. vel q̄tū ad id cui imponitur et sic hoc nomen de⁹ ē sup omne nomen. quia imponitur sibi sm diuinam naturam. et hec omnia q̄uis fuerint in eo sm rei veritatem a pncipio sue concepcionis. non tamen erant i noticia hominū. ¶ Ad confirmationē respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia sicut añ resurrectionem esset manifesta xpi exaltatio. non tamē omnib⁹ sed paucis. et etiam non p certitudinem sed p quādam cōiecturaz sic demonibus et aliquibus iudeis. sed post resurrectionē altitudo toti mūdo notuit p certitudinem fidei. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiā Et ratio est. quia meritū non fit pter pmiuz nisi ad qd ordinatur pncipaliter. hoc est illud qd est de substātia beatitudinis. Vnde etiā q̄uis honor ciuilis sit quo pmiatur virtus ciuilis tamen ciues nō opant̄ propter illū honorē virtutis opa. sz propter bonū ipsius virtutis.

In festo sancti ¶ Mathei apl'i est euāgeliū. Cū transiret Ihesus rc̄. Math. ix. Circa qd pn̄t disputari sequentes q̄stiones ¶ Prima. Vtrū Mathe⁹ euangelista conuenienter int̄ alios euāgelistas designatur figura hominis. Secūda. Vtrū conuersio et sequela mathei fuit miraculosa. ¶ Tertia. Vtrum Mathe⁹ fuit immediate d teloneo vocatus siue assumptus ad apostolatum.

Ad pmam questionez sic pceditur. Et videtur q̄ beatus Matheus nō cōuenienter int̄ alios euāgelistas designatus est i figura hominis. ¶ Primo sic. Matheus nō est locut⁹ sapientius aut nobili⁹ q̄ ceteri euangeliste. quia eodem spiritu edocti sunt. ergo non videtur conuenienter q̄ ipe plus desig̃tur figura rōnalis aīalis q̄ alij. ¶ In oppositū est pphetia Ezechielis que designat eū sic. Ezechielis. p° ¶ Respondeo dicendū q̄ conuenienter beatus Matheus describitur in figura hominis Vbi notandū q̄ p facies quatuor quas vidit Ezechiel in animali vno designātur quatuor euangeliste. seu quatuor euāgelia ab eis descripta de dn̄o nostro ihesu xpo. Facies autem designant̄ secūdū materiam pncipalē cuiuslibet euangelij. quia licet q̄dlibet euangeliū loquatur de omnibus quasi q̄ alia loquūtur. q̄dlibet tamen pncipaliter respicit vnaz determinatam materiam. Vn̄ sic in facie aquile euangeliū Iohānis qd describit p̄cipue eius diuinitatem. In facie bouis euangelium

Luce. qd describit sacerdotiu. In facie leonis euãgeliu Marci. qd describit regnu. Ita in facie hominis designatur euangeliu mathei. q2 pncipaliter de xpi humanitate tractat. Designatur etiaz Matheus p faciẽ hois q2 homo est aial rõnale mansuetu et ciuile sic Matheus vixit rõnabilitẽ mãsuete et ciuiliter. nõ ciuilitate pollitica. sed ciuilitate q̃ efficiunt ciues sanctoz ꝛ domestici dei supedificati sup fundamẽtu aplõz et pphataruz. s̃m q dicit aplus ad Eph. ij. Ad rõez in oppositu respondetur negãdo consequentiã quia alia rõne designatur in figura hois Matheus q̃ sit illa. nõ eñi quia rõnabilius. q2 omnes sapientissime locuti sunt. sed ratiõe materie. de qua pncipaliter i euãgelio suo loquitur.

Ad secũdam q̃stõez sic pceditur. Et videtur q eius conuersio non fuerit miraculosa. Primo sic. Ipe Matheus nõ videtur aliud egisse cu a xpo fuerit vocatus. q̃ alij apostoli. audiuit vocez xpi vocantis. et secutus est. ita fecerunt alij. s3 alioz conuersatiões non dicũtur miraculose. ergo nec Mathei. Secũdo sic. Si miraculosa fuiss3 eius conuersio celebraret̃. sic celebratur conuersio sancti Pauli. que mirabilis fuit. sed ista nõ celebratur. ergo non videtur dicenda miraculosa. In oppositu videtur dicere glosa quedã. q ideo inter miracula narratur eius cõuẽsio. quia videbatur miraculosa.

Respondeo dicendu q cõuersio Mathei fuit mirabilis ex multiplici pte. Primo ex pte xpi vocãtis. quia xpus vocauit eu adhuc a malis non desistentẽ. q2 occupatum in teoloneo vocauit ad gratiam. ꝛ hoc ideo vt nullus desperaret. i. Coz. p°. Vocat ea q̃ nõ sunt vt ea que sunt. et. i. Johan. iiij. In hoc est caritas. nõ q2 nos dilexerimus deu. sed qm ipse pꝛoz dilexit nos ꝛ c̃. Secũdo mirabilis fuit ex pte vocati. quomõ ita subito ad vnicu verbum secutus est xpm sine viso miraculo aliquo. et hoc nimiz. qm vt dicit Jeronimus. Fulgoz quidam maiestatis diuinitatis in ipius xpi facie relucebat. cuius virtute omnes ad ipsum trahebantur sicut ferruz ab adamante. ps. Dixit ꝛ facta sũt Tertio fuit mirabilis ex pte officij de quo vocatus est. nam vocatus est de teoloneo sicut Petrus de piscatione. et s̃m Chꝛis. sic piscatore nihil est vtilius. sic teolonei officio nihil est deterius ꝛ piculosius. q2 tale officium vix aut nunq̃ sine peccato exerceri põt. sicut dicit beatus Greg. Ad rationes in oppositu Ad pmam respondetur q assumptu est falsuz vt pat3 ex euãgelio Joh. p°. qm am ad verbum Johannis baptiste dicentis. Ecce agnus dei. Andreas ꝛ Johãnes secuti sũt xpm et postea Andreas vocauit Petrum dicens. Inuenimus messiaz et sic de aliquibus nullu istoz p̃cessit. In vocatiõe aut̃ Mathei verbu chꝛisti. Sequere me. Ad

secūdam respondetur negādo cō-
sequentiam Et ratio est. qꝛ non ē
simile de conuersione Mathei ⁊
Pauli. Tum p̄mo. qꝛ Mathe⁹ n̄
seuiebat contra ecclesiaȝ sic pau
lus. et ideo ecclesia ꝓpter maxi-
mam leticiam quā habuit de ei⁹
conuersiōe ecclesia celebrat d̓ ea
Tum secūdo. quia Mathe⁹ vo-
catus est a xp̄o anteq̄ꝫ celos ascē
deret. Paulus postea.

Ad tertiam questionē sic
pceditur. Et videt̄ ꝙ be
tus Matheus nō fuerit
vocat⁹ statiȝ de teoloneo ad sta-
tum apl'atus et pfectionis. Dicit
em̄ Greg. sup Osee. Nemo repē
te fit summus. sed status apósto-
licus et pfectionis euangelice ē
summus status humane vite. g°.
Matheus nō fuit vocat⁹ ad sta-
tum pfectionis et apl'atus. ¶ In
oppositū est Jero. sup euangeliū
p̄sens. qui ait ꝙ de publicano re
pente fit apl'us ¶ Et Beda dicit
sup Lucam. De publicano i apo-
stolū. de teolonario in euangeli-
stam sit mutatus. et quedā glo-
sa Luce. v. ꝙ nulli⁹ ꝓsus cogi-
tationem vel respectū hmōi vite
sibi reseruauit. qd̓ est pfectionis
euangelice. ergo statim vocatus
est ad statū apl'atus ⁊ pfectiōis
¶ Respondeo dicēdū iuxta sanctū
Thomam in q̄tlibeto. v. ꝙ q̄stio
ista q̄damō ex verbis euangelij
determiari pōt. Si em̄ loq̄mur de
apostolatu. manifestū ē ƀm nar-
rationem Mathei Marci et Lu
ce. ꝙ dn̄s post vocationem Ma-
thei aliquanto spacio tempis in
teriecto ex suis discipulis duodē
cim apl'os elegit. inter quos vn⁹
fuit Matheus. et sic patȝ. ꝙ sta
tim a p̄ncipio fuit vocatus ad di-
scipulatum xp̄i. non auteȝ ad apo
stolatū. nisi scd̓m p̄ordinationem
xp̄i. qui em̄ in apl'atū sumendum
disposuerat. et ƀm hoc intelligē
da sunt verba Jeronimi et Bede
Si autem loquimur de pfectione
euangelica. sic manifestuȝ est ꝙ
statiȝ a p̄ncipio vocat⁹ ē ad statū
perfectionis. dicitur em̄ Luce. v.
ꝙ surgens relictis omnibus se-
cutus est eum. qd̓ etiam ad disci
pulatū xp̄i pertinet. ƀm illd̓ Lu
ce. xiiij. Nisi quis renūciauerit oī
bus que possidet non potest me⁹
esse discipulus ¶ Ad argumentū
in oppositum respondetur ꝙ sum
mum in vita humana pōt accipi
dupliciter. Vno mō ƀm compati
onem ad statum ƀm ꝙ in huma
na vita vnus status maior ē alio
et aliquis est summus. ⁊ sic nihil
ꝓhibet aliqueȝ fieri repēte sum-
mū. id ē attingere ad statū sum-
mum. et hoc apparet tam in vita
sp̄uali q̄ꝫ seculari. Inueniunt̄ em̄
aliqui a pueritia ad statū religio
nis qui est status pfectiōis auo-
lasse. vel ꝓpo arbitrio. sicut Jo-
hannes baptista et beatus ¶ Be-
nedictus. Vel etiam deuotiōe pa
rentū. sicut alij qui monasterijs
tradūtur a parentibus. Sic enim
non oportet ꝙ aliquis exerceatur
in seculari vita anteq̄ꝫ ad religi-
onem transeat. sicut non oportet
ꝙ aliquis exerceatur in laycali vi
ta anq̄ꝫ clericus fiat. Similiter

etiam aliqui repente assumuntur ad regnū. vel ab ipsa pueritia sicut Salomō et Jozias reges iuda. vel etiam ex vltimo statu. sicut Saul. Et Eccl. iiij. dicitur q de carcere catenisqz interdum quis ad regnū egreditur. Alio mō pōt dici summū sm compationem graduū quibus pficitur pfectio vni9 hois. et sic intelligit Greg. q nemo repente fit summus. Dicit eni
¶ Augusti. sup canonica Johannis. q caritas non mox vt nascitur pfecta est. nam vt pficiatur nascitur. cū fuerit nata nutritur. cū fuerit nutrita roboratur. cum fuerit roborata perficitur.

In festo sancti Michaelis est euangelium. In illo tempe. Accesserunt discipuli rc. Math. xviij Circa qd pñt disputari sequētes questiones. ¶ Primo. Vtrum angeli sint a deo custodie hominuz deputati. Secūdo. Vtrum angeli p executionem ministerij a contemplatione diuina retardentur. Tertio. Vtrum angeli ad custodiam hoīm deputati qñqz relinquāt homines quibus ad custodiam deputantur.

Ad pmā questōem sic pceditur. Et videtur q āgeli nō sunt deputati custodie hominū. ¶ Primo sic. Deus ē custos hominum Job. vij. sufficientissimus p seipm. ergo nulluz aliū ad custodiam hominū deputauit ¶ Secundo sic. Custodia et conseruatio hominū est p gratiam. sed gratiam deus anime immediate infundit. et non per angelos. g° rc. ¶ Tertio. Custos ponitur alicui aut ppter imbecillitatem vt iuuetur et defendatur. aut ppter ignorantiam vt instruatur sed homo pōt per se cognoscere ea que sunt sibi facienda p legē naturalem corde impssam. et pōt etiam exequi p arbitrij libertatē ergo videtur q custodia angelica nō indigeat ¶ Quarto. Custodis est retrahere custoditum ab his que sunt sibi nociua. sed angeli non retrahunt hoies. a peccatis. cū multotiens in peccata pcipitari videamus. ergo videtur q angeli hominū custodes nō sint.
¶ In oppositum est euangelium psens. in quo dicitur. q angeli eorum. scz custodes. quia aliter nō sunt hominū. ¶ Secūdo est illud. ps. Angelis suis deus mādauit de te rc. Respondeo dicendum q angeli deputati sūt ex diuina puidentia ad custodiam hominū Patet pma conclusio. quia deus pmior est ad miserendū q̄ ad puniendum. sed deus hoibus dedit demones ad exercitiū ¶ vt habetur ad Eph. vlti. Non est nobis colluctatio rc. ergo videtur q multo forti9 dedit angelos ad custodiendum. Secūdo sic. Scdm Leonem in li. de conse. Deus puidētiam suam quā de omnibus reb9 habet mediantibus aliquib9 causis exequitur q̄uis autez de9 omnium puidentiā habet. speciali tamen modo substātie rōnales sue puidentie subdunt. in q̄tū altiori

X z

modo p̄ ceteris finem diuine bo-nitatis nate sunt consequi. et p̄ aliud p̄ncipiū qd̄ est volūtas. q̄a ergo inter deum et hominez me dia est natura angelica. et s̄m le gem sapientie sue hoc est ordia-tum vt inferioribus p superiora p̄uideatur. ideo ipsi angeli exequū tur diuinam p̄uidentiam circa sa lutem hominū. adiuuando ad tē-dendum in finem. et liberandum ab his que p̄cessum in finem im pediunt. et hec executio diuie p̄uidentie p angelos de hoībus vo catur custodia angelo℞. ¶ Ad ra tiones in oppositum Ad p̄maz re spondetur negando consequenti-am Et ratio est. quia deus est cu stos p̄mus et p̄ncipalis apud quē summa p̄uidentia residet. nec est p̄pter ipsius insufficientiaz q̄ su-am p̄uidentiam de hominibus p angelos exequitur. sed tum p̄pt̄ ordinem sue sapientie. tum q2 cō gruit angelis. vt sc3 eis hec dig-tas non negetur q̄ sint duces ho minū reductionis. et in hoc deuz q̄dāmō imitentur. in q̄ntū coope-rantur deo in reductiōe hoīm in finem. Item quia congruit hoī-bus qui sunt in statu imp̄fectio-nis. quem puericie apostolus cō parat. i. Co℞. xiij. Vn̄ eis custo-des tanq̄ pueris designantur. do nec veniente qd̄ p̄fectum ē. eua-cuetur qd̄ ex p̄te est. ¶ Ad secun-dam respondetur negando conse-quentiam. Et ratio est. quia con-seruatio que fit a deo sicut a p̄n-cipali agente est infundendo gra tiam. sed custodia angelo℞ non est p infusionem gratie. sed eo℞ū est p̄parare homines ad suscepti-onem gratie per illuminationes ⁊ alia hm̄oi ptinentia ad eo℞ cu stodiam. ¶ Ad tertiam responde tur negando consequentiā Et rō est. quia lumen naturalis cogni-tionis in homine est imp̄fectum et p̄cipue ad dirigenduz in illa q̄ naturam excedunt. potestas etiā liberi arbitrij eius pōt ad maluz inclinare multis occasionibus. et ideo p̄uidet deus hoībus angelo-rum p̄sidio. ¶ Ad quartam respō detur negando consequentiaz Et ratio est. quia sicut p̄uidentie di uine est sic impedire mala. vt ta men saluetur nature conditio. ita etiam et angelo℞ custodie. et iō ad angelos non ptinet q̄ homi-nes custodiendo ad virtutem co-gant. et a vitijs retrahant. quia sic periret liberum arbitrium. et ra-tio meriti.

Ad secūdam questionem sic p̄ceditur. Et videt̄ q̄ angeli p executionem mi misterij circa hominū custodiam a contemplatiōe diuina retardē-tur. ¶ Primo sic. Angelus in mi-nisterio existens dixit. Thob. xij. Tempus est q̄ reuertar ad eum qui me misit. sed non reuertit̄ nisi p contēplationem. ergo videtur q̄ p ministeriū a contemplatiōe dei abcesserat ¶ Secūdo sic. Vna potentia finita non potest simul i plures opationes esse. sed poten tia angeli est finita. ergo videtur q̄ non possit simul contemplari et ministrare. Tertio sic. Intel-

lectus creatus non potest simul plura intelligere ¶ sed quando ministrant angeli intellectu considerant ea que agunt. ergo videtur quod tunc diuina simul contemplari non possunt. ¶ In oppositum est euangelium presens. in quo dicitur quod angeli eorum semper vident faciem patris. ergo per ministerium a contemplatione et visione faciei dei non retardantur ¶ Respondeo dicendum quod angeli per executionem ministerii a contemplatione non retardantur. Ista conclusio patet ¶ Primo per illud Gregorii qui ait. Sic ad exteriora prodeunt quod ab intimis nunquam recedant. Item secundo sic. beatitudo angelorum non minuitur ex eorum ministerio. sed eorum beatitudo tota est in contemplatione diuinitatis. ergo in nullo per ministerium eorum contemplatio retardatur ¶ Ad rationes in oppositum Ad primam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia angelus dicitur discedere a deo non per intermissionem contemplationis aut per locum quia vt dicit Beda deus vbique est sed per hoc quod ab inuisibilitate recedens visibilis apparet. sicut filius exiuit a patre et venit in mundum visibilis hominibus factus. Johan. xvi. Et similiter dicuntur reuerti ad deum quando deposita visibili specie in pristinam inuisibilitatem deo similem reuertuntur ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia contemplatio angelorum magis se habet per modum receptionis quam actionis. et sicut luna simul recipit lumen a sole et illuminat inferiora corpora. ita et angeli simul illuminantur in diuina contemplatione et illuminant inferiores vel ministrant circa eos ¶ Ad tertiam respondetur quod assumptum est verum quando intellectus ea que cognoscit diuersis rationibus cognoscit tunc enim non potest simul plura considerare. quia non potest intellectus effigiari diuersis figuris sed ea que cognoscuntur vna ratione. vel quorum vnum est ratio alterius. nihil prohibet simul intelligi.

¶ Ad tertiam questionem sic proceditur. Et videtur quod angelus quandoque derelinquat hominem cui deputatus est custos. Primo sic. Habetur Jere. li. Curauimus babilonem. et non est curata. derelinquamus ergo eam. sed hoc dicitur ex persona angelorum. dicit glosa. ergo videtur quod angelus hominem derelinquat quando a peccato non corrigitur. Item Ysaie. v. dicitur. Auferam sepem eius et erit in direptionem. glosa. id est custodiam angelorum ¶ Secundo sic. Angeli sunt quandoque in celo empireo. sed cum sint ibi non sunt circa nos secundum Damascenum. ergo videtur quod aliquando nos relinquant ¶ Tertio sic. Sapiens medicus infirmum desperatum relinquit. sed angeli custodes possunt scire aliquem esse prescitum per reuelationem et videre aliquem in peccatis obstinatum. talis autem est quasi infirmus desperatus ergo videtur quod angelus qui est quasi medicus spiritualis talem relin

quat ¶ In oppositum arguitur sic De nemine est desperandum quandiu est in statu vie. sed infirmus non relinquitur a medico nisi propter desperationem. ergo videtur quod angelus non relinquat quemcunque peccatorem. ¶ Respondeo dicendum quod angelus in custodiam hominis deputatus nunquam quandiu viuit in toto eum derelinquit Pro huius conclusionis intellectu est notandum. quod cum custodia angelorum sit quedam executio diuine prouidentie. oportet idem esse iudicium de vtroque. diuina autem prouidentia non relinquit hominem ex toto. quia omnino in nihilum redigeretur. sed verum est quod magis et minus prouidet diuersis secundum eorum conditionem. et ideo oculi domini super iustos esse dicuntur. et aures eius in preces eorum quibus a deo perfecte prouidetur vt omnia eis cooperentur in bonum. vt dicitur Roma. viij. Sed malos secundum aliquid derelinquit. inquantum permittit eos subiacere tribulationibus. et quod grauius est etiam in peccatis mori. Vnde dicitur ad Roma. primo. Propterea tradidit illos deus in reprobum sensum etc. Similiter etiam angeli dicuntur aliquos derelinquere secundum quid. inquantum exponunt tribulationibus vel etiam iusto dei iudicio ab aliquo peccato non retrahunt. nunquam tamen ita dereliquunt quin sit aliquis effectus custodie inquantum aliquod malum prohibetur et aliquod bonum promouetur. ¶ Ad rationes in oppositum Ad primam respondetur quod illud intelligitur de voce angelorum discedentium ab homine peccatore in hora mortis. Vel dicendum quod derelinquerunt secundum quid vt dictum est sicut deus ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia licet angelus presens non sit. ex actione tamen relinquit in homine forme impressionem et dispositionem bonam in homine. sicut apparet in motibus violentibus. et ita quamuis non semper sit presens. potest tamen custodire inquantum effectus eius manet post actionem suam. vt patet quando aliquis deuote orat ad plures dies manet in deuotione. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratio est. Tum quia nullus in statu vie adeo est obstinatus quin possit per penitentiam conuerti. vnde non est de eo sperandum. Tum secundo quia et si angelus sciret eum prescitum posset tamen multa mala in eo impedire. sicut de antichristo dicitur qui etiam habebit angelum custodem.

¶ De sancto Jeronimo presbytero.

In festo beati Jeronimi doctoris eximij. est euangelium. Nemo

accendit rc. Luc. xi. Circa quod possunt disputari sequentes questiones ¶ Primo. Utrum lucerna incensa Jeronimi id est doctrina meruerit super candelabrum ecclesie poni. ¶ Secundo. Utrum Jeronimus fuerit cardinalis.

Ad primam. Utrum lucerna accensa Jeronimi id est doctrina meruerit super candelabrum ecclesie poni. Et videtur quod non. quia eius doctrina in aliquibus non fuit bona nec tenetur. ergo rc. assumptum patet in materia bigamie. de qua in cap. Atarius. distinc. xxvi. Item in materia legalium. de qua ad Gal. ij. et Luce. v. In oppositum est euangelium presens. vbi dicitur quod nemo accendit lucernam rc. ¶ Respondeo dicendum quod doctrina beati Jeronimi pro merito est super candelabrum posita. id est accepta laudata et per ecclesiam vniuersalem approbata. in cap. ¶ Si a romana ecclesia. distinc. xxv. Huius autem approbationis causa fuit multiplex. Primo. quia eius doctrina fuit sana et pulchra. Unde Jeronimus interpretatur visio pulchritudinis. Eius enim doctrina nil continet nisi pulchrum. et ab omni macula falsitatis errorum alienum. vnde Augustinus de eo ait. Jeronimus presbiter greco. latino et hebreo eloquio eruditus in locis sanctis at in litteris sanctis vsque ad decrepitam vixit etatem. cuius nobilitas eloquij ab oriente in occidentem instar solis lampas resplenduit. Item secundo. quia incensa fuit ardore caritatis ad vtilitatem ecclesie. Unde Prosper in suis cronicis de eo sic ait. Jeronimus presbiter in bethleem toto iam mundo clarus habitabat egregio ingenio et studio vniuerse ecclesie seruiens. Tertio. quia eius interpretatio melior est habita ¶ Unde ¶ Isidorus sic ait. Jeronimus trium linguarum extitit expertus. cuius interpretatio ceteris antefertur. quoniam et verborum tenacior est. et perspicuitate scientie clarior. atque vtpote a christiano interpretatore verior. Quarto. quia eius doctrina est plena omni religione et sanctitate ¶ Unde. Seuerus ita dicit. Jeronimus preter fidei meritum dotemque virtutum. non solum latinis atque grecis. sed etiam in hebreis litteris instructus est vt se ei in omni scientia nemo audeat comparare. Quinto. quia erat armatura fortis contra hereticos. Unde Seuerus de eo dicit. Jeronimus erat iugis aduersus malos pugna perpetuumque certamen. oderant enim heretici quia eos impugnare non desinit. ¶ Ad rationem in oppositum respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia varietas opinionis inter doctores in his que ad fidem non pertinent non obuiat. quin eius doctrina in his qua fidei et morum sunt super ecclesie candelabrum ponatur.

Ad secundam questionem sic proceditur. Et videtur quod beatus Jeronimus non

fuerit cardinal'. quia dicit Hugui tio et multi alij q Jeronim⁹ nō fuerit cardinalis ¶ In oppositum arguitur ex multis. ¶ Primo ex historia sua que cantatur p̄ vni uersam ecclesiam. et acceptatur et recipitur ab omnibus ecclesijs in qua sic habetur. Cum annoꝝ esset. xxxix. romane ecclesie cardi nalis p̄sbiter ordinatus est. non est autem dubium quin historia ista p̄ferenda sit auctoritate di cti Huguitionis ¶ Secundo idem arguitur ex cronicis. vbi legitur ordinatus in cardinalem a Libe rio papa sub titulo sancte Ana stasie. Item Johannes an. in Je rominiana in. ij. parte. cap. sedo. Tertio colligitur ex picturis. cō muniter enim per omnem chri stianam regionem depingit̄ Je ronimus cum capello cardinala tus ¶ Quarto arguitur ex cap. ec clesia. xvi. q. vbi ait Jeronimo. Ecclesia senatum habet. vbi dic̄ Archidiaconus. Hoc quidam in telligūt. ecclesia romana que di citur habere senatum. id est colle gium cardinalium. quod dicitur habere auctoritatē senatoꝝ. ar. xcix. dis. Constantinus ¶ Et hanc sententiam tenet Innocenti⁹ ex tra de re. iudi. c. Cū te. Cum au tem verbum illud fuerit beati ie ronimi et dicat ita nos senatū ha bemus. videtur clarum q connu meret se in numero cardinalium. ¶ Quinto hoc videtur haberi cla rissimum. cum ab omnibus videa tur et confiteatur ordinatus pre sbiter ecclesie romane. presbiteri autem ecclesie romane p̄sbiteri cardinales vt videt̄ colligi ex. c. Constantinus. vbi ait imperator Reuerendissimis clericis s̄acte ro mane ecclesie seruientibus. illud culmē singulis pone ⁊c. vbi cla rissime patet nomine reuerendis simoꝝ intellexisse dominos cardi nales. quod nomen non conueit nisi viris constitutis in dignitate vt patet in cap. In nomine do mini. dis. xxiij. Item in cap. Nul lam. ij. q. iiij. super glosam de cle ricis romane ecclesie. Idem vide tur colligi non respondendo va rijs quorundam argumentis qui non ob aliud Jeronimium cardi nalem negasse videntur. nisi quia in eoruꝫ codicibus non legerunt. aut quia stulti sunt. vt q Virgi lius aut Tullius nō dixit. aut p prio sensu visum non fuerit. nulli us auctoritatis esse putent.

In festo beati Fran cisci est euangelium. Confiteor tibi ⁊ cete ra. Math. xi. ¶ Circa quod possunt disputari sequētes questiones ¶ Prima. Vtrum cō ueniens fuerit secreta fidei non re uelari sapientib⁹ et prudentibus et reuelari paruulis. ¶ Secunda Vtrum beatus Franciscus fuit d numero paruuloꝝ quibus reue lata sunt secreta celestia.

Ad p̄mam questionē sic p̄ceditur. Et vide q non fuit conueniēs secreta fidei non reue lari sapientibus et prudentib⁹ et

reuelari puulis ¶ Primo sic. Il-
lis sunt reuelanda secreta fidei i
quib⁹ magis fructificare possunt
Sicut semen melius seminatur in
terra culta et bene pparata. ꝫ ma
gis hoc fit cuz sapientibus ꝛ pru
dentibus secreta reuelant̃ ꝙ cũ
paruulis reuelantur. Scribit̃ em̃
Prouer. p°. ¶ Audiens sapiens sa
pientior erit. ergo secreta conue-
nientius reuelantur sapientibus
ꝙ paruulis simplicibus. Secun
do sic. Si misteria fidei abscondũ-
tur a sapientibus non erunt sapi-
entes culpandi si ea non credunt
fides enim ex auditu est. ad Ro-
ma. x. ¶ Tertio. Quid est ꝙ grati
as reddit. ꝙ hec a sapientibus
sint absconsa. quia videtur gaude
re de cecitate illoꝝ. et q̃rit causa
diuisionis hominum. ¶ In opposi
tum est euangelium. ¶ Respõdeo
Hic videndum est qui sint isti sa-
pientes quibus absconsa sunt mi
steria christi. et qui paruuli qui-
bus reuelata sunt. Primo em̃ sa-
pientes quibus absconsa fuerũt
misteria christi sunt philozophi
ꝓpter superbie tumiditatez in sa-
pientia humana confidentibus.
Et isti fueruut sapientes in ocul'
suis. de quibus Augustinus dic.
ꝙ illi p̃cipui gentilium philozo-
phi qui per illa que facta sunt.
cognoscere potuerunt. tamen q̃a
sine christo phi facti sunt. eo ꝙ
nec eum venturum ꝓphetis nec
venisse apostolis crediderunt tu-
mida eoꝝ superbia obscuratum
est insipiens cor eorum. dicentes
enim se esse sapientes stulti facti
sunt. vt dicitur ad Roma. p°. Par
uuli quibus reuelata sunt mi-
steria dei fuerunt abiecti pisca-
tores qui facti sunt doctores or-
bis et lux. Vnde Aplus. Despe
cta nãqꝫ elegit vt fortia queqꝫ
confundat. Vnde Augusti. expo-
nit Paruulis. id est humilib⁹ nõ
de se p̃sumentibus ¶ Secũdo ab-
sconsa sunt fidei misteria sapienti
bus phariseis ꝓpter fidei incre-
dulitatem. quia nec ipsi voluerũt
credere in xp̃m nec alios credere
pmiserunt. Vnde eis dictum est.
Luce. xi. Ve vobis phariseis ꝛ le
gisperitis qui tulistis clauem scie
tie. i. scripturas loquẽtes de xp̃o
falsis interp̃tationibus corrũpen
tes. ipsi non introitis credendo in
xp̃m. et eis qui intelligerent ꝓhi
buistis. Paruuli vero quibus re
uelata secreta fidei sunt homĩes
simplices pua de se sentiẽtes. vn-
de dñs. Nisi conuersi fueritis ꝛ ef
ficiamini sicut puulus iste. non i-
trabitis in regnũ celoꝝ. Math.
xviij. Tertiõ absconsa sunt miste
ria fidei sapiẽtibus sapientia mũ-
dana. et prudentib⁹ prudẽtia car-
nis ꝓpter eoꝝ vanitatem. qꝛ ꝙ-
uis multi eoꝝ videant̃ multa sci-
re de deo et moribus et virtutib⁹
hominum. tamen quia xp̃m non
constituunt sibi finem. nec eoꝝ sa
pientiam ordinant ad dei laudem
Talibus vero sapiẽtia dei occul-
tatur. quia in maliuolam animã
non introibit sapientia. nec habi
tabit in corpore subdito peccatis
vt dicitur Sap. p°. Paruuli autẽ
econtra quibus reuelãt celestia

sacramenta sunt humiles.qꝛ vbi humilitas.ibi sapientia.Prouẽ.xi.Vnde ibi exponit glosa de humilibus qui in simplicitate querunt dominum.¶ Ad rationes in oppositum Ad pᷓmam respondeẽ negando consequentiam Et ratio est.quia puuli non habentes aliquod impedimentuȝ erant habiliores ad receptionem influx⁹ diuine sapientie ꝙ sapientes illi de quibus dictum est.qui aut ꝓpter tumiditatem animi.aut propter incredulitateȝ cordis.aut ꝓpter vanitatem carnalis amoris erant indispositi ad reuelationeȝ celestis sapientie suscipiendam.

¶ Ad secũdam respondetur negando consequentiam Et ratio ẽ quia non credant ¶ culpa eoꝝ est qui ponunt obicem gratie diuine per quam voluntas hoīs ꝑparaẽ ad hoc ꝙ eleuetur in ea que sunt supᷓ terram.¶ Ad tertiam respondetur ꝙ non ideo christus gratias refert patri.quia gaudeat de cecitate eoꝝ.sed iudicio dei q̄ ita sapienter ordinauit.Et cum queritur causa huius dubitationis ꝛ diuersitatis.constat ꝙ ex parte credentium fuit eoꝝ humilitas q̄ ad sapientiam disponit .vt dicit Prouer.xi.Vbi humilitas ibi sapientia.Ex pᵗe non credentiũ fuit.eoꝝ superbia.que est itellect⁹ excecatiua.sed ex pᵗe dei cã fuit sua simplex voluntas Et hoc est quod sequitur.Quoniam sic fuit beneplacitum ante te.Qꝺ em̃ aliqui sunt electi aliqui reprobi bene potest assignari causa in generali etiam ex parte dei.vt in electis apparet dei misericordia.in alijs autem eius iusticia.Quia sicut ad gloriaȝ regis terreni ꝛ decorem sui regni non solum pertinet aula in qua strennui milites honorantur.sed etiam patibuluȝ in quo malefactores puniuntur. Sic ad gloriam dei non solum ptinet pᷓmiatio bonoꝝ sed etiã punitio maloꝝ.¶ In speciali tamen non potest assignari ratio ex parte dei quare istum eligat et istuȝ dimittat.nisi simplex eius voluntas.Vnde dicit Augustinus supᵉ Johannem.Quare illum trahat et illum dimittat .noli iudicare si non vis errare.

AD secũdam questionem qua queritur.Vtrum beatus Franciscus fuit de numero paruuloꝝ quibus reuelata sunt secreta celestia.Respõdetur ꝙ sic.Nam ipse humilim⁹ et paruulus in oculis suis pl⁹ ꝙ̃ dici possit fuit.et columbina simplicitate plenus modo a pr̃e celesti plurima secreta reuelata fũt que sapientibus huius seculi fũt abscons a in pᷓmis reuelata sunt sibi multa futura per donuȝ ꝓphetie qꝺ sepe hũit.Secũdo reuelata sunt sibi secreta cordium fratrum suoꝝ et alioꝝ.Tertio donatum est sibi miraculose donũ linguarum quo intelligere extraneos homines posset ꝛ eis pᷓdicare.

¶ Quarto reuelata sunt ei multa secreta diuine sapientie et celestis doctrine qua miro feruore ciuitates et castella circũiens in po

pulis seminauit. Quinto reuelata sunt ei secreta specialissima. scilicet diuine passionis stigmata non modo reuelata sed miraculose impressa. nam semel in visione seruus dei contra se seraphim crucifixum aspexit. qui crucifixionis sue signa ei euidenter impressit vt crucifixus videretur. et ipsi mira certe reuelata sunt et multa humili et puulo beato Francisco. Sexto in signum et testimonium sanctitatis eius innumera a deo patre sunt reuelata siue ostensa miracula. de quibus omnibus in eius legenda patet.

IN festo beati Luce est euangelium. Designauit dominus etc. Luce. x. ¶ Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Prima. Vtrum post electionem xii. apostolorum conuenienter electi sunt. lxxii. discipuli inter quos Lucas vnus dicitur fuisse. ¶ Secunda. Vtrum beatus Lucas inter euangelistas in figura bouis fuerit conuenienter designatus.

AD primam questionem sic proceditur. Et videtur quod post electionem apostolorum duodecim non conuenienter alii scilicet septuagintaduo discipuli electi sunt ¶ Primo sic ¶ Frustra fit per plura quod potest fieri per pautiora sed per duodecim apostolos sufficienter euangelium seminandum et predicandum erat per vniuersum orbem. Vnde Apostolus ad Roma. x. Fides ex auditu est. auditus per verbum dei. et statim subdit. Nunquid non audierunt equidem in omnem terram exiuit sonus eorum. et glo. exponit de predicatione apostolorum. ¶ Secundo. Officiorum siue statuum diuersitas vnitati repugnat. sed fideles christi ad vnitatem vocantur. secundum illud Johan. xvii. Vt sint vnum in nobis sicut et nos sumus. ergo in ecclesia non debet esse ista varietas officiorum siue statuum. Tertio sic. Bonum ecclesie in pace consistere videtur. secundum illud. ii. Cor. vlti. Pacem habete et deus pacis erit vobiscum. sed diuersitas est impeditiua pacis. Vnde philozopus dicit. vii politi. quod modica differentia facit in ciuitate discidium. ergo videtur quod talis differentia aut varietas in ecclesia instituí non debuit ¶ In oppositum est euangelium presens. ¶ Respondeo dicendum quod conuenientissime christus post duodecim apostolos elegit ad predicationis officium etiam septuagintaduos discipulos. Et hoc ratione multiplici. Primo ratione quam christus in littera assignat. Quoniam messis quidem multa est. operarii pauci. Multitudo enim gentium ad suscipiendum verba christi parata erat. per predicationem apostolorum. respectu cuius multitudinis conuertende operarii scilicet apostoli et etiam discipuli erant pauci. vnde subdit.

Rogate dominum messis vt mittat operarios in messem. quia nullus fit aptus ad predicationem verbi diuini nisi per gratiam dei. et nisi ab eo missus mediate vel immediate Electi autem sunt in illo numero in signum quod post christi resurrectionem et ascensionem in celum predicaturi erant fidem christi gentibus .lxxij. linguarum. vnde designati sunt in .lxxij. viris quibus dominus dedit spiritum prophetandi. Numeri .xi. vbi dominus dicitur locutus esse Moysi auferens de spiritu qui erat in Moyse et dans .lxxij. viris qui prophetarunt. nec vltra cessauerunt. remanserunt autem duo viri in castris super quos requieuit spiritus domini. et ipsi descripsi fuerunt. in quo hi expresse designati sunt. Secundo quia varietas ista officiorum et statuum pertinet ad perfectionem ipsius ecclesie. Sicut enim in rerum naturalium ordine perfectio que in deo simpliciter et vniformiter inuenitur. in vniuersitate creaturarum inueniri non potuit nisi difformiter et multipliciter. ita etiam plenitudo gratie in christo sicut in capite ordinatur ad membra eius diuersimode redundat ad ad hoc quod corpus ecclesie sit perfectum. Et hoc est quod apostolus dicit ad Ephe. iiij. Ipse dedit quosdam quidem apostolos. alios vero euangelistas. alios autem pastores etc. ad consumationem sanctorum. Tertio huiusmodi varietas pertinet ad necessitatem actionum que sunt in ecclesia. oportet autem ad diuersas operationes diuersos homines deputari ad hoc quod diligentius et sine confusione omnia peragantur. hic est quod apostolus dicit ad Rom. xij. sicut in vno corpore multa membra non eundem actum habent. ita multi vnum corpus sumus in christo.

¶ Quarto hoc pertinet ad dignitatem et pulchritudinem ecclesie. que in quodam ordine consistit. Vnde dicitur .iij. Regum .x. quod videns regina saba omnem sapientiam salomonis et habitacula seruorum et ordines ministrantium non habebat vltra spiritum. ¶ Ad rationes in oppositum Ad primam patet responsio ex dictis negando quod soli apostoli erant pro tanta messe sufficientes. euangelium enim dicit quod erant pauci. quod autem dicitur de apostolis intelligendum est. non exclusis discipulis. ¶ Ad secundam respondetur negando assumptum. Dicimus enim quod diuersitas statuum et officiorum non impedit ecclesie vnitatem que perficitur per vnitatem fidei et caritatis et mutue subministrationis secundum illud apostoli ad Ephe. quarto. Ex quo totum corpus est compactum scilicet per fidem et connexum scilicet per caritatem per omnem iuncturam subministrationis. dum scilicet vnus seruit alteri. ¶ Ad tertiam respondetur negando minorem. Et ratio est. quia sicut in corpore naturali membra diuersa continentur in vnitate per virtutem spiritus viuificantis. quo abscedente membra corporis separantur. ita etiam in corpore ecclesie conseruatur vnitas diuersorum membrorum.

virtutē spūssancti qui corpus ec=
clesie viuificat. vt habetur Johā
nis. vi. Unde Apostolus dicit ad
Ephes. iiij. Sollicite seruate vni
tatem spiritus in vinculo pacis.
Discedit autem aliquis ab vni=
tate spiritus dum querit que sibi
sunt ꝓpria. sicut etiam in terrena
ciuitate tērena pax tollit̄ ex hoc
ꝙ ciues singuli que sua sunt que
runt. alioquin p officioꝝ ⁊ statu
um declinationem tam mētis ꝙ̄
in ciuitate terrena magis pax cō
seruatur. inꝗ̄tum pē hoc plures
sunt qui cōmunicant actibus pu=
blicis. Unde et Apostolus dic̄. i.
Coꝝ. xij. Dominus sic tempauit
vt non sit scisma in corpe. sed pro
inuicem sollicita sint membra.

AD secundam questionez
sic ꝓceditur. Et videtur
ꝙ sanctus Lucas nō sit
conuenienter in figura bouis des=
signatus. quia Lucas ṗncipalitē
versatur circa passionem et mor=
tem xp̄i. et ita videt̄ figurari pl⁹
deberi p agnū ꝙ̄ p vitulū siue bo
uem. quia agnus ꝓprie figura=
bat christum immolatum ꝓ no=
bis. Unde Joh̄. p°. Ecce agnus
dei ⁊c̄. ergo ⁊c̄. ¶ In oppositū est
illud Ezech̄. p°. Facies bouis a
sinistris. Respondeo dicendum.
ꝙ sicut alias diximus Ezechieli
ꝓphete in visione animalis qua
tuor facies habentis designatuz
fuit christi euangeliū quadra fa=
cie describendum. videlicet a ma=
theo in facie humana. a Marco
in facie leonina. a Luca in facie
bouina. a Johanne in facie aq=

lina. Licet autem Lucas euange
lista describat totum cursum euā
gelij. incipiens a xp̄i miraculosa
conceptione. ptransiēs p eius na=
tiuitatem/ conuersationem/ mor=
tem/ et resurrectionez. termians
euangelium suum in ascensione.
Unde eius ṗncipalis intentio est
circā christi mortem et passionez
describendam. ꝓpter quod ip̄e lu
cas designatur in facie bouis. qui
est animal immolaticum ſm tra=
ditionem legis. ꝓpter qđ euange
lium suū incipit a sacerdotio Za
charie. ad quod officiū expectat
immolare. et ideo materia ṗnci=
palis libri designatur conuenien
ter in facie bouis. Preterea me=
rito ī figura bouis designat⁹ est.
bos enim vngulam findit. ī qua
virtus discretionis exp̄mitur. et
beatus lucas discretus fuit p mo
derationem. Item bos animal est
immolaticū. et beatus lucas cru=
cis mortificationem iugiter ī suo
corpore pro christi nomine porta
uit. vt dicitur in oratione ecclesie
Item est animal fructuosum. et
beatus Lucas est fructuosus pē
edificationē. adeo quippe fuit fru=
ctuosus ꝙ ab omnibus carissim⁹
habebatur. Unde Apostolus ad
Col. iiij. Salutat vos inquit Lu=
cas medicus carissimus. ¶ Ad ra=
tiones in oppositum respondetur.
ꝙ ratio non ꝓcedit. quia ad desi=
gnandum euangelium sufficiens
erat figura vituli. cum esset ani=
mal immolaticum. tamen ad desi
gnandum christum immolatum
expressior figura esse debuit.

Unde nota q licet animalia alia immolarent ut vitulus/bos/capra/et hmoi. tamen xps magis dictus est agnus q cetera animalia immolaticia. qr inter omnes figuras veteris testamenti agnus pascalis expssius figurabat passionem xpi. qr ille agnus erat sine macula. et p eius imolationem filii israel liberati sunt a servitute egyptiaca. sicut p passionem christi qui peccatum non fecit sumus liberati a servitute diaboli. Secunda causa est. qr iuge servitiuz qd figurabat ppetuitatem beatitudinis fiebat d agno sicut christus est nostra beatitudo.

In festo Undecim milium virginum est euangelium. Simile e regnuz celorum. Mathei. xxv. Circa quod pot disputari seques questio.

Utrum prudentibus vginibus facientibus qd in se fuit. necesse fuit ut deus oleuz gratie sue vasis consciētiarum suarum infunderet. et videt q non. ¶ Primo. Deus dat gratiaz sola liberalitate et misericordia. qr dat ipaz gratis. ergo pot dare et non dare. ergo qvis virgines prudētes fecerint quod in se erat. deus potuit eis non dare oleū gratie ¶ Secūdo sic. Necessariū et liberum opponūtur. si ergo deus ex liberalitate dat gratiaz. g° nulla necessitate dat alieni gratiā Tertio. Recte pere est facere qd in est. naz ille qui facit qd in se est facit recte. sed quicūqz facit recte ex rectitudine opat quā habet. ergo si aliquis facit qd in se est habet rectitudinem. aut ergo illa rectitudo e acquisita aut innata aut data. sed non videtur acquisita vel innata. quia sic semper esset. Constat ergo q est data. ergo donum gratuitum. ergo hec rectitudo est ex gratia. nullus ergo potest facere qd in se e ad hoc q sit gratus deo nisi ex gratia. ¶ In oppositū est euangeliuz psens ubi dicitur. q prudētes vgines acceperunt oleū qd nō potest itelligi q ipe habuissent aliquam causalitatez respectu olei gratie. quia pmam gratiam nec mereri possunt sed tantū dispositiuam. scz faciētes id qd in se e habilitantes se ad eius receptionē. Sm illud ps. Dilata os tuū et implebo rc. Et illud in alio ps. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem ppterea vnxit te oleo iusticie ¶ Respondeo dicendū q prudentibus virginibus facientibus quod in se est necessariuz fuit. nō necessitate coactionis aut prohibitionis. sed necessitate immutabilitatis. deum infundere oleum gratie vasis suis. Ista conclusio pbatur multipliciter. Primo sic ¶ Dicit Augustinus super illud. ii. Thimoth. ii. Negare seipsum non pot rc. cū sit iustus non pot negare suā iusticiā. g° cū sit bonus et misericors. nō pot negare suaz misericordiam et bonitatē. qa pmior e ad largiēdū q ad puniēdū Si ergo non potest iusticiam suā

negare facientibus malū. multo magis nō pōt negare suam bonitatem et misericordiam illis q̄ requirunt eam. sed qui facit quod in se est vt eius habeat gratiam requirit bonitatem eius et misericordiam. ergo deus non potest ei negare qui facit qd in se est suā bonitatem et misericordiam. dat ergo ei et hoc est infundere gratiam. Secūdo sic. Aug⁹. sup illud ad Romā. v. Justificati ex fide pacem habeamus rc̄. dicit. De⁹ recipit cōfugientes ad se. aliter in eo esset iniqtas. sed impossibile ē q̄ in eo sit iniqtas g° impossibile ē q̄ non recipiat fugientes ad se. sed faciens qd in se ē fugit ad ipsum. ergo necesse est q̄ ipsum recipiat. sed ipm recipe est p infusionem gratie. ergo rc̄. ¶ Tertio sic. Apocal'. iiij. dicitur. ¶ Si quis aperuerit mihi introibo et cenabo cum illo. hoc est delectabor.

¶ Item Zach. p°. Conuertimi ad me et ego conuertar ad vos. Ex his sic arguitur. Impossibile est summam veritatem mentiri. ergo necesse habet verum dicere et iplere illud. sed dicit q̄ conuertēti ad ipsam conuertat se et q̄ aperiēti ei intrabit. cū ergo faciens qd in se est. conuertit se ad veritatē p̄mam et ei aperit ad hoc q̄ itret ergo necesse ē q̄ dn̄s cōuertatur ad illū. sed hoc nō est nisi p gratiam. g° virginibus prudentib⁹ facientibus qd in se erat necesse dominus infundit oleū gratie in vasis suis vt possint intrare ad nuptias beatitudinis eterne. ¶ Ad rationes in oppositum Ad p̄maz respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia non sequitur. sola libertate dat. ergo se habet ad dandū et non ad dandū facienti qd in se est. sed bene sequitur q̄ sola libertate dat. ergo nō dat ex meritis vel p actionem vel phibitionem. quia hoc ex sola liberalitate excludit coactionez et phibitionem. et non immutabilitatem. ¶ Ad secundam respondetur q̄ assumptū est falsum. si necessarium dicatur immutabile. talia enim non opponūtur. si autem dicatur necessariū coactum vl' phibitum. sic verū est q̄ opponuntur. Primo modo est necessitas in deo. et pter hoc non opponūtur sue liberalitati. immo ex hoc est laus sua q̄ ipa est immutabilis et immutabiliter libera. ¶ Ad tertiam respondetur. ¶ Cū querit̄ qd sit facere qd in se est. Dicim⁹ q̄ facit homo qd in se est. qn̄ ex libertate arbitrij homo auertit se a malo et conuertitur ad bonum recurrens ad deum quem scit suum esse p̄ncipium. et quē esse orādum sibi. et petat ab eo lumē cognitionis fidei et boni. ¶ Ad rationem ipam respondet̄ q̄ certitudo illa est naturalis. et ē q̄ semper contradicit pctō. Vn̄ fm illā mouetur sinderisis que semp murmurat cōtra peccatū. sed arbitrium non semp dirigitur fm illam nec semp sequitur eam arbitriū. et ideo ratio nō pcedit. et sic patet q̄ homo faciendo qd in se ē. consequitur gratiam a deo.

In festo Simonis et Jude est euangelium Hoc est p̄ceptum ꝛc. Joh. xv. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. ¶ Primo. Utrum christo adueniente et p̄dicante nō tamen faciente visibilia miracula/ iudei ei credere tenebantur ¶ Secūdo. Utrum argumentum illō xp̄i sit sufficiens quo ait. Si opera non fecissem in eis q̄ nemo alius fecit/ pc̄t̄m non haberent.

Ad p̄mam questionem q̄ queritur. Utrum xp̄o adueniente et p̄dicante nō tamen faciente visibilia miracula iudei ei credere tenebant̄. ꝛ videtur ꝙ non. et p consequens excusati erant ¶ Primo sic. Quicūq₃ nō facit hoc ad qō tenet̄ peccat. sed si homines nō crederent xp̄o miracula non faciente/ non peccauerunt. dicit em̄ ip̄e infra ī eodem euangelio. Si opa nō fecissem que nullus alius fecit peccatū non haberēt. et loquit̄ de peccatō infidelitatis ꝑm Augusti. ergo xp̄us si non fecisset miracula hoīes credere non tenebātur. ¶ Secūdo sic. Nullus pōt mutare legem nisi lator legis vel eo supior. sed xp̄us p̄dicabat quedā q̄ videbātur ptinere ad veteris legis abolitionem. sicut ꝙ cibi nō coinquinarent hoīem. et ꝙ licet ī sabbatho opari. ergo si non ꝓbasset se esse legislatorem nō erat ei credendum. sed hoc fieri non potuisset nisi per miracula. ergo christo n̄ erat credendū nisi miracula fecisset. ergo illud non videtur sufficiens argumentū ad ꝓbandū iudeos inexcusabiles esse. ꝙ ait. Si n̄ venissem et locut⁹ eis fuissez peccatū non haberent ¶ Tertio arguitur ex illo. qō inquit apostolus Petrus. Actuū. iij. iudeis loquens. Scio ꝙ p ignorantiam fecistis sicut et p̄ncipes vestri. sed ignorantia excusat. ergo ꝛc. ¶ In oppositū est euangelium p̄sens.

¶ Respondeo dicendum iuxta sanctum thomam in q̄tlibeto. ij. ꝛ super Johannem. ꝙ xp̄o p̄dicante etiam si nulla visibilia miracula fecisset. iudei audientes eum credere tenebantur. ꝛ ideo nō credētes inexcusabiles sunt a peccato infidelitatis. Ista conclusio ꝓbatur sic. ¶ Magis obligabantur homines ad credendū p̄me veritati q̄ ad credendū visibilib⁹ signis sed licet xp̄us miracula visibilia non fecisset. tamen verus de⁹ existens. p̄ma veritas erat. ergo etiā si nō miracula fecissꝫ adhuc erat ei credendum. Probatur aūt ꝛ declaratur conclusio sic. Nullus tenetur ad hoc qō est sup̄ vires suas nisi per eum modum q̄ fit sibi possibile. credere autem est supē potentiam hoīs naturalem. Unde ex dono dei ꝓueīt. ꝑm illō apostoli ad Eph. ij. Gratia saluati estis p fidem. et hoc non est ex vobis. dei em̄ donū est. Et ad Phil' p°. dicit. Vobis datū est nō soluz vt in ip̄m credatis. sed vt ꝓ ipso patiamini. hō/ igitur tenet̄ credē ꝑm hoc ꝙ iuuatur a deo ad credēdū. Adiuuatur autē a deo aliqs

ad credendum tripliciter. Primo quidem p interiorem vocationez de qua dicitur Joh. vi. Omnis q audit a patre et didicit p interiorem vocationem venit ad me. et ad Roma. viij. Quos pdestinauit hos et vocauit. Secudo p doctrinam et pdicationem exteriore. secudum illud Apli ad Roma. x. fides ex auditu est. auditus autem per verbum dei. Tertio p exteriora miracula. Unde dicitur. i. ad Cor. xiiij. q signa data sunt infidelibus. vt scz per ea puocentur ad fidem. si autem xpus visibilia miracula no fecisset adhuc remanebant alij modi subtrahedi ad fidem quibus homines acquiescere tenerentur. tenebantur aute homies credere actori legis et pphetaz. quem se esse xpus p auctoritatem sacre scripture demostrabat. tenebantur etiam interiori vocationi non resistere. sicut Ysaias de se dicit Dns aute aperuit mihi aurem. ego autem non cotradico nec retrorsuz abij. ysaie. l. Sicut ecotrario de quibusda dicitur Actu. vij. Vos sempe spiritui sancto resistitis. et ideo optime dicit xpus. Si ego psonaliter non venissem sicut p pphetas fuit pdictum. et locutus doces eos per legem et pphetas et ostendens me esse messiam in lege promissum. peccatum non haberent. q autem ipsi cognouerunt christum. patet Math. xxi. Hic e heres venite occidamus euz. ¶ Ad rationes in oppositum Ad pmaz respondetur negando minorez. et ad pbationem respondetur. q p illa opera que xpus in eis fecit. annumerari etiam debet vocatio interior que quosdam attraxit. sicut Greg. dicit in quadam Omelia. q xpus Mariaz magdalena traxit interius. qui etiam per clementiam suscepit foras. annumerari etiam debet eius doctrina cu etiam ipse dicat. Si non venissez et locutus eis fuissem peccatu no haberent. ¶ Ad secudam respondetur negando minorem. Dicim9 ei q xpus poterat se ostedere et ostendit legislatorem non solu faciendo visibilia miracula. sed etia per auctoritatem scripture et pe interiorem instinctum.

Ad secudam questionez qua queritur. Utru argumentu illud christi sit sufficiens quo ait. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum no haberent. sic pceditur et videtur q non. ¶ Primo sic. Hoc cotrariat superiori questioni. ergo non valet. cosequentia est bona. antecedens pbatur. quia in superiori dictum est. q etiam si xpus non fecisset miracula/ adhuc peccatum haberent non recipientes eum. Secudo sic ¶ Xps non fecit in eis alia que alij non fecerint. nam si suscitauit mortuos hoc Helias et Helizeus fecerunt. si xps ambulauit sup mare et Moyses mare diuisit. et Josue qd maius est. Fec solem stare Josue. x. ergo no videtur argumentum illud xpi suf

V

ficiens ¶ Tertio sic. Aliqui fece
runt maiora miracula q̃ christ⁹
Dicitur ei Joh. xiiij. Qui credit
in me opera que ego facio et ip-
se faciet et maiora hoꝝ faciet.
¶ Quarto sic. Miracula nō suffici-
unt ad probandum gratiam gra
tum facientē in aliquo. ergo nec
ad ꝓbandum diuinitatem in ali
quo. ergo argumentū illud non
videtur sufficiens. ¶ In oppositū
est verbum christi in euangelio
¶ Respondeo dicendū ꝙ miracu
la que xp̄us fecit sufficienter ꝓ-
bant xp̄m deum esse. et per conse
quens argumentū xp̄i fuit suffici
ens ad ꝓbandum. Patet conclu
sio ex illo Johan. v. Opera que
dedit mihi pater vt faciā ipa te
stimonium perhibent de me. Pa
tet et ratione Primo quidem ſm
ipsam speciem rerū que transcē-
dant omnem potestatem creatu-
re virtutis. et ideo non poterāt fi-
eri nisi virtute diuina. Secūdo ꝓ-
pter modum faciendi. quia pro-
pria virtute siue potestate facie-
bat miracula. non autem orando
sicut alij. Vnde dicitur Luce. vi.
Virtus de illo exibat et sanabat
omnes. ¶ Ad rationes in opposi-
tum Ad p̄mam respondetur ne-
gando assumptum. et ad ꝓbatio
nem respondetur sicut dictū est
p̄us in superiori questione. p ope
ra que xp̄us fecit intelligendum
est nō solū de visibilibus. sed etiā
de inuisibilibus. scʒ interiori insti-
ctu et attractu doctrine. que qui
dem si in eis non fecisset peccatū
non haberent ¶ Ad secūdam re-
spondetur ſm Augusti. ꝙ domi
nus non loquitur de quibuscunqʒ
miraculis factis in eis. id ē in cō
spectu eoꝝ. sed de factis in eis. i.
personis eoꝝ. nam in curatiōe in
firmoꝝ nullus tātū in eis fec̄ q̃
tum xp̄us. q̃uis etiam et in alijs
similiter quia nullus alius homo
factus est deus. et null⁹ natus ē
de virgine nisi xp̄us. Fecit ergo
in eis opera que nemo alius fec̄
in curatione etiam infirmoꝝ. Et
hoc in tribus ¶ Primo quidem in
magnitudine. quia mortuū qua-
triduanū suscitauit. cecum natum
illuminauit. qđ a seculo non est
auditum. Secūdo in multitudine
quia omnes quotqt male habe-
bant curabat. vt dicitur Mathei
xv. qđ nullus alius fecit. Tertio
in modo. qꝛ sicut diximus alij fa-
ciebant orando. inuocando osten-
dentes se non ꝓpa virtute facere
sed xp̄us faciebat imperando q̃si
ꝓpa virtute. sic ergo licet ꝙ alij
mortuos suscitarent et alia mira-
cula facerent que xp̄s fecit. non
tamen eodem modo nec ꝓpa vir-
tute vt christus Similiter qđ di
citur de statione solis minus ē eo
ꝙ xp̄us moriens lunam retroce-
dere fecit. et totum cursum firma
mēti mutauit. g° rō non ꝓcedit.
¶ Ad tertiam r̄ndet̄ negando cō
sequentiam Et rō est. qꝛ alij licʒ
q̄ ad substantiam aliqua maiora
facerent. sicut ꝙ vmbra Petri sa
nabat infirmos. non tamen ma-
iora erant quo ad modum. immo
illi non faciebāt sine christo. vn̄
xp̄m inuocando illa opabantur.

¶ Ad quartã respondetur negãdo cõsequentiam Et ratio est . qr miracula fiunt virtute diuina ad cõfirmationem veritatis fidei. vñ dicitur Marci. vlti. de apostolis q pdicauerũt vbiqz dño coopant et sermonem cõformante sequẽtibus signis. non aũt fiunt miracula semper ad demonstrandum gratiam eius per quem miracula fiunt. et ideo potest cõtingere q aliquis gratiam gratũ facientem non habens miracula faciet. sed hoc cõtingere non potest q aliquis falsam doctrinam annuncians vera miracula faciet que nõ nisi virtute diuina fieri possunt. sic enim deus esset falsitatis testis. qd est impossibile. cum ergo xpus se filium dei diceret equalẽ deo. hanc eius doctrinam cõprobant miracula que faciebat. et iõ ostendebatur xpus p miracula q faciebat esse deus. Petrus autẽ licet ea vel maiora miracula faceret non pbabatur esse deus. sed per ea etiam probabatur q christus esset deus. quia Petrus nõ pdicabat seipm sed ihesum xpm esse deum.

In festo omniũ sanctoꝝ est euangelium. Vides ihesus turbas ꝛc̃ Math. v. ¶ Circa qd possunt disputari sequẽtes qstiones. ¶ Prima. Vtrum beatitudo sanctoꝝ consistat in visione dei per essentiã. ¶ Secũda. Vtꝝ beati videntes deum p essentiam videant omnia que deus videt. Tertia. Vtrum beati in gloria pius ferantur ad cõtemplandã xpi diuinitatem q eius humanitatẽ

Ad pmam questionem sic proceditur. Et videtur q beatitudo sanctorum non cõsistit in visione dei per essentiã. ¶ Primo sic Beatitudo in bonis corpis consistit. ergo non in visione dei ꝛc̃. cõsequentia est bona. assumptũ pbatur. quia qd a pluribus dr impossibile est esse falsum totaliter vt cõmentator dicit. p°. de anima et Phus. vij. Eth. q opinio non perditur quã populi multi famãt sed maior hominum multitudo iclinatur ad querendũ delectationes corpales et corpalia bona qsi finem. ergo finis humane nature corpalibus bonis cõsistit. sz finem humane nature dicimus beatitudinem. ergo hominis beatitudo in bonis corpis querenda ẽ ¶ Secũdo sic. Intellectus nõ põt ad hoc ptingere q videat deũ pẽ essentiam. ergo sanctoꝝ beatitudo nõ cõsistit in visiõe dei p essentiam. consequentia est bona. pbatur assumptũ. pmo sic. Cũ intelligibile sit pfectio intellectus oportet esse pportionem inter intelligibile et intellectũ. et visibile et visum. sed nõ possumus accipere pportionem aliquam inter intellectum nostrũ et diuinã essentiam cũ in infinitũ distent. ergo intellectus noster non põt ptingere ad essentiam diuinã videndam. Tertio sic. Plus distat sensus ab intellectu nostro. q in

telligibile creatum a sensu. sed sensibile nullo modo pōt pertingere ad creaturam rōnalē spūalem. ergo nec intellectus noster ad videndam diuinam essentiā. ¶ Quarto sic. Qñcūqz intellectus intelligit aliquid in actu oportet q̄ informetur p similitudinem intellectus. quod est p̄ncipiū intellectualis opationis in tale obiectū terminate. si ergo intellectus noster deum intelligat. oportet q̄ fiat p aliquam similinē informantem ipm intellectum. hoc autez non pōt esse diuina essentia. quia forme et formati oportet esse vnū diuina aūt essentia ab intellectu nostro differt s̄m essentiam et esse. ergo oportet q̄ forma q̄ informatur intellectus noster ī intelligendo deum sit aliqua similitudo impssa a deo ītellectui nostro sed similitudo illa cū sit quid creatum non pōt ducere in dei visionem nisi sicut effectus in causam ergo impossibile ē q̄ intellectus videat deū p essentiam. ¶ Quinto p̄ncipaliter arguitur. Beati ī patria videbunt deū p mediū. qz p̄ lumen gl'e. s̄m illud. p̄s. In lumine videbimus lumen. ergo nō videbunt deū p essentiam ¶ Sexto sic. Sancti in patria videbūt deuz facie ad faciem. vt dicitur. i. Corinth. xiij. sed qñ videmus facie ad faciē videm⁹ p similitudinē. g° deus in patria videbitur p similitudinē. et sic non p essentiam. ¶ In oppositū est euangeliū p̄ns. vbi dicitur. Beati mūdo corde quoniam ipi videbunt deū. Secundo. i. Cor. xv. sup illud. Cū tradiderit regnū deo patri. dicit glo. ¶ Vbi scz in patria essentiam patris et filij et spūssancti videbunt q̄ solis mūdis cordibus dabitur q̄ ē summa beatitudo. ergo sancti deum p essentiam videbunt ¶ Respondeo dicendū q̄ s̄m fidem catholicam firmiter credendū est q̄ beatitudo sanctoꝝ cōsistit in visione dei p essentiam. Ista cōclusio ꝓbat̄ p̄mo ex illo Joh. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te soluz deum ⁊c̄. ¶ Secūdo sic. Sanctoruz desideriū non pōt omnino frustrari. sed sanctoꝝ desideriū cōmune est vt videant deū p essentiam. vt patz Exodi. xxxiij. Ostende mihi gloriam tuam. et in p̄s. Ostende faciem tuam. et salui erimus. Et Et Joh. xiiij. Ostēde nobis p̄rem et sufficit nobis. ergo sancti deuz per essentiam videbunt. ¶ Tertio sic. Beatitudo em̄ est vltima perfectio rōnalis creature. nihil autem est finaliter pfectum. nisi attingat ad suū p̄ncipium s̄m modū suum. et ideo dico s̄m moduz suū. quia ad p̄ncipiū qd̄ est deus attingit aliquis dupliciter. Vno modo p similitudinem qd̄ est commune omni creature. que scz tantum habet de pfectione q̄ntū consequit̄ d̄ diuina similitudīe. Alio mō p opationez vt p̄termittatur ille modus qui est xp̄o singularis scz in vnitate psone. Dico autem p opationem inq̄ntū rōnalis creatura cognoscit et amat deū. et quia anima immediate facta est a deo. ideo beata esse nō potest

rit nisi immediate videat deū. id est absq3 medio. q̄ sit similitudo rei cognite. sicut species visibilis in pupula vel in speculo. non est tamen absq3 medio. qd̄ est lumen cōfortans intellectū. qd̄ est lumē glorie. de quo i ps. In lumīe tuo videbimus lumen. hoc aūt est pē essentiam deum videre. vñ i hoc ponimus beatitudinem rationalis creature q̄ deū p essentiam videbimus. sicut pħi qui posuerūt animas nostras fluere ab intelligētia agente felicitatem ponebant in cōtinua cōiunctione intellect⁹ nostri ad ipam. ¶ Ad rationes in oppositū Ad pmam respondetur negando assumptū. et ad pbationem respondetur q̄ multoꝝ opinionem nō est necessarium eē veram simpliciter. sed ɓm ptē. multitudo aūt hominū in bois corporis ponentium beatitudinē q̄tum ad hoc veram opinionem habēt q̄ illud qd̄ optimū sibi existimāt. hoc suā beatitudinē esse putant. et q̄tū ad hoc eoꝝ opinio vera est. scȝ q̄ optimū bois est beatitudo non aūt opoꝛȝ q̄ sit vera q̄tum ad hoc q̄ ponūt eam in bonis corpis. quia hec opinio pcedit ex falsa radice q̄ scȝ existimāt se esse pncipalit̄ id qd̄ sunt secūdū corpus. ¶ Ad secūdam respōdetur negando assumptū et ad pbationem dicimus q̄ pportio dicitur dupliciter. Vno mō pprie ɓm qd̄ importet quendā determinatum excessum. et sic pportio reqrritur inter intellectū et inter intelligibile ad hoc q̄ sit cognitio cum cōprehensione qualiter diuina essentia nunq̄ videbitur ab intellectu creato. Alio mō accipitur cōmuniter p qualibet habitudine. et sic infinitū potest habere pportionem ad finitū sicut ei⁹ pfectio vel aliam hmōi habitudinem habet ad ipm. et talis pportio sufficit ad hoc q̄ intellect⁹ noster videat essentiam diuinam attingendo non cōprehēdendo. ¶ Ad tertiam pbationem respondetur distinguendo de duplici differentia. vna est ɓm cōuenientiam in natura. et sic cōceditur q̄ magis distat deus ab intellectu creato q̄ intelligibile creatū a sensu. Alia est ɓm pportionalitatem. et sic est econuerso. q2 sensus non est pportionatus ad cognoscendū aliqd̄ immateriale. sed intellectus est pportionat⁹ ad cognoscendū qd̄cūq3 immateriale. et ita ratio non pcedit. ¶ Ad q̄rtam pbationem respondet̄ negādo cōsequentiam. et dicimus. q̄ i visione qua beati deū per essentiam vidēt. ipsa essentia diuina est quasi forma intellectus qua itelligit. nec opoꝛtet q̄ efficiat̄ vnū simpliciter cū intellectu. sed solū q̄ fiant vnū q̄tū ad actum intelligendi. ¶ Ad quintam pncipalē rōnem respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia lumen glorie non est mediū quo sic specie intelligibili videatur deus Pro quo notandum q̄ in visione corpali et intellectuali inuenitur triplex mediū. Primū est mediū sub quo videtur hoc est qd̄ pficit

visum ad videndum et in generali non determinans visum ad aliquod speciale obiectum. sic se habet lumen corpale ad visum corpalem et intellectus agens ad intellectum possibilez. Secūdū medium quo videtur est forma visibilis qua determinat̄ vterqz visus ad speciale obiectum. sicut p formam lapidis ad cognoscēdū lapidem. Tertium est mediuz in quo videtur et hoc est illud p cuius inspectionem ducitur visus in aliam rem. sicut inspiciendo ducitur in ea que in speculo rep̄sentantur et videndo imaginem ducitur ad imaginatuz. et sic etiā intellectus p cognitionem effect⁹ ducitur in causam et econuerso.

¶ In visione ergo patrie non erit tertium mediū vt scz deus p species alioꝝ cognoscatur. sic nūc cognoscitur rōne cuius dicimus nūc videre in speculo. Nec erit ibi secūdum mediū. quia ipsa essentia diuina erit qua intellectus nostē videbit deū. vt ex dictis patz. Sz erit ibi tantū p̄muz mediū quod eleuab't intellectum nostruz ad hoc ꝙ possit ꝯiūgi essentie inmeriate modo p̄dicto. sed ab hoc medio non dicitur cognitio mediata quia non cadit inter cognoscētēz et rem cognitam. sed ē illud qd dat modum cognoscēdi. ¶ Ad sextam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia nō ē simile. quia creature corpales nō dicūtur immediate videri/ nisi qn id qd in eis coniungibile est visui ei cōiungitur. non sunt autem cōiungibiles per essentiam suā ratione materialitatis. et ideo tunc immediate videntur quando eoꝝ similitudo intellectui cōiungitur Unde non videretur imediate nisi essentia sua cōiungeretur intellectui et hec visio immediate dicitur visio faciei.

Ad secūdam questionez sic proceditur Et videt̄ ꝙ videntes deum p essentiam videant omnia que deus in seipso videt ¶ Primo sic. Gregor. iiij. dialogoꝝ dicit. Illic omnes cōmuni caritate deum cōspiciunt. quid est ꝙ nesciāt vbi scientem omnia sciunt/ loquitur autem de beatis qui vident deum p essentiam g° videt̄ ꝙ q̄ videt deū p eēntiaz omnia cognoscet ¶ Secūdo sic. Quicūqz videt speculuz videt ea que in speculo resultant sed in verbo dei omnia sicut ī speculo resultant. quia ip̄m est ratio et similitudo omniū. ergo sancti qui vident verbum p essentiaz vidēt omnia creata ¶ Tertio sic dicitur Prouerb. x. Desiderium suū iustis dabitur. sed sācti desiderāt omnia scire. quia omnes homies natura scire desiderant. p̄mo methaphisice. nec natura per gloriam auferetur. ergo dabitur eis a deo ꝙ oīa cognoscant. ¶ Quarto sic. Ignorantia est quedā penalitas vite p̄sentis. ꝫ omnis penalitas per gloriam a sanctis aufertur. ergo et omnis ignorantia et ita oīa cognoscēt ¶ Quinto sic Sicut sensus ita ꝛ intellect⁹ cognoscit omne illud cuius similitu

dine iformatur. s; diuina essentia
expssius indicat qualibet rem q̄
aliqua similitudo alia rei. ergo in
illa beata visione cū essentia diui
na fiat quasi forma intellect⁹ no
stri. videtur q sancti videntes de
um omnia videant. ¶ In oppositū
dicit Dionisius. vi. cele. iherarc.
q angeli superiores inferiores a
nescientia purgant. sed angeli in
feriores vident diuinam essentiaz
ergo angelus videns diuinam es
sentiam pōt aliqua nescire. s; ani
ma non pfectius videt deū q̄ an
gelus. ergo sancti videntes deum
non oportet q videant omnia.
Respondeo dicendum. q duplex
dicitur diuina cognitio. Vna vo
catur noticia visionis qua cogno
scit omnia que sunt vel fuerunt.
et hec noticia dicitur visionis. qz
ad similitudinem visionis corpo
ralis cognoscit ea quasi psentia.
Secūda cognitio que dicitur sim
plex intelligentia est qua cogno
scit videndo suam essentiam om
nia que potest facere q̄uis nun
q̄ fecerit nec facturus sit. alias
non perfecte cognosceret poten
tiam suam. non eñ pōt cognosci
potentia nisi sciantur potentie ob
iecta. et hoc dicit cognoscere no
ticia simplicis intelligentie. hoc
notato sit pma cōclusio. Impos
sibile est q aliqs intellectus cre
atus cognoscat omnia vidēdo di
uinam essentiam que deus potest
facere. Patet cōclusio. quia hoc
esset comphendere diuinaz essen
tiam. qd est impossibile. Patz sic
Quanto aliqd pncipium perfe
ctius cognoscitur. tanto plus sci
untur in ipo. sic in vno demōstra
tionis pncipio ille qui est perspi
cationis ingenij plures cōclusio
nes videt. q̄ alius qui est tardio
ris. cum ergo quātitas diuine po
tentie attendatur sm ea in q̄ po
test si aliquis intellectus videret
in diuina essentia omnia que de⁹
potest facere eadem esset quanti
tas perfectionis intelligendo q̄
est quantitas diuine potentie i p
ducendo effectus. et ita comphē
deret diuinam essentiam. qd ē im
possibile omni intellectui creato
Secūda cōclusio loquendo de sci
entia visionis Possibile est q ali
quis intellectus creatus. vt ani
ma christi cognoscat omnia illa
que scit noticia visionis. De alijs
autem sanctis vtrum videant om
nia que deus videt scientia visio
nis est duplex opinio. Quidaz di
cunt. q sic. sed hoc repugnat san
ctoꝝ dictis qui ponūt āglos ali
qua ignorare quos tamen cōstat
sm fidem omnes deum per essen
tiam videre ¶ Alij dicunt oppositū
sm quos sit illa tertia conclusio.
Sancti videntes diuinam essenti
am nō vident omnia que deus vi
det. Ista cōclusio pbatur primo
sic. Solus christus habet spiri
tum non ad mensuram. vt dicitur
¶ Joh. iij. sed xpo inq̄tum hz spiri
tum non ad mensuram competit
q omnia in verbo cognoscit. vn
de ibidem dicitur. q pater dedit
omnia in manu eius. g° nulli alij
sanctoꝝ competit omnia cogno
scere in verbo q̄ christo Secūdo

sic. Quanto aliquod pͥncipiū perfecti⁹ cognoscitur. tanto plures effectus eius cognoscūtur pē ipsum. sed quidam videntium deuʒ per essentiam perfectius alijs cognoscunt deum qui rerum omniū pͥncipium est. ergo quidam alijs plura cognoscunt. et sic non omnes sciunt oīa. et inde est ꝙ vnus potest alium instruere. et sic scientia angeloꝝ et animarum sanctarū potest augeri vsqʒ ad diem iudicij. sed vlterius non proficiet quia tunc erit vltimus status rerum. ¶ Ad rationes in oppositum Ad pͥmam respondetur negādo cōsequentiam. et ad dictum Gregorij respondet sanctus thomas ꝙ ex verbo illo Gregorij ostenditur ꝙ in illa beata visiōe ē sufficientia ad omnia intuendum ex parte diuine essentie per quā deus omnia videt. et ꝙ non omnia videātur est ex defectu intellect⁹ creati qui diuinam essentiam nō cōpͥhendit. ¶ Ad secundam respondetur negando cōsequentiaʒ Et ratio est. quia speculum illd est volūtarium. et sicut se ostendet cui vult. ita in se ostēdit que vult. nec est simile d speculo materiali in cuius potestate non est ꝙ videatur vel non videatur.

¶ Ad tertiam respondetur negando cōsequentiam Et ratio est. qꝛ desiderium sanctoꝝ quo oīa scire desiderant implebitur ex hoc solum ꝙ deum videbunt. sicut desiderium eoꝝ quo omnia bona habere cupiunt implebiť in hoc ꝙ deum habebūt. sicut em̄ de⁹ ī hoc ꝙ habet perfectam bonitatem sufficit affectui. ⁊ eo habito omnia bona qdammodo habebunt. ita eius visio sufficit intellectui. Joh. xiiij. Domie ostende nobis patrem ⁊ sufficit nobis. ¶ Ad q̄rtam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia ignorantia dupliciter accipitur. Vno modo ꝓpͤe accepta in ꝓuationem sonat. et sic est pena. sic em̄ ignorantia est nesciētia aliquoꝝ que scire debent. vel que necesse ē scire. et hoc modo ignorantia nō ponitur in sanctis. quia nullius horum scientia sanctis deerit in patria. Alio modo ignorantia accipitur cōmuniter ꝓ omni nescientia. et sic angeli et sancti in patria quedam ignorant. Vn̄ Dionisius dicit. ꝙ angeli a nesciētia purgantur. sic autem ignorantia non est penalitas. sed defect⁹ qdam. nec est necesse ꝙ omnis talis defectus ad gloriam auferatꝰ sic etiam posset dici ꝙ defectus ē in vno quia non peruenit ad gloriam alterius. ¶ Ad quintam respondetur negando cōsequentiaʒ ¶ Et ratio est. quia quāuis diuina essentia sit ratio omnium cognoscibilium. non tamen cōiungitur cuilibet intellectui creato ꝟm ꝙ est ratio omnium et ideo ratō nō sequitur.

Ad tertiam questionem sic proceditur. Et videtur ꝙ beati ꝑus ferantur ad contemplanduʒ christi humanitatem q̄ ad contemplandum christi diuinitateʒ

¶ Primo sic. Ad extremum nō pueniturnisi per medium. sed medium inter deum et homines est xpi humanitas. i. Thimoth. ij. Mediator dei et hominū christus ihesus. ergo sancti nō peruenient ad cōtemplandam christi diuinitatem nisi prius cōtemplando humanitatem eius. ¶ In oppositum est euangelium pns vbi dicitur. Gaudete et exultate quoniā merces vestra multa est in celo. Et sic cōstitui debent in potissimo et altissimo statu. ex quo sic arguitur Altissimo enim statui altissimus actus principaliter et primo competit sed beati sunt in altissimo statu. cum ergo actus intellectus qui ē potentia altissima cuius est ferri in deum sit actus altissimus. videtur q hic actus primo beatis competat vt deum contemplentur. Respondeo dicenduz. q sancti in gloria prius ferūtur ad cōtemplādam christi diuinitatem. q̄ eius humanitatem. Ista cōclusio probatur primo sic. Hoc ad perfectionem vie pertinet q oportet nos ab inferioribus ad superiora contemplanda ascendere. sed in beatis erit perfectio cōtraria perfectioni vie. ergo ipsi econuerso prius altiora contemplantur. g° beati existentes sup in patria primo christi diuinitatem contemplantur q̄ eius humanitatem. Secūdo sic. Vnusquisqz cōsiderat prius regulam operis q̄ sm regulā operetur. beati autem deo sunt cōiuncti vt ipse sit eis ratio cuiuslibz cognitionis et opis. aliter enim actus beatitudinis per alias cognitiones et operationes impediretur et ideo id qd primo beati attendūt est ipse deus. et ipsum hñt medium cuiuslibet cognitionis. et regulam cuiuslibet operationis. et sic per prius cōtemplantur christi diuinitatem q̄ eius humanitatem In vtraqz tamē cōtemplatione delectationem inueniūt. vn̄ dicitur Johan. x. ¶ Ingredientur sez beati ad cōtemplandum diuinitatem. et egredientur ad cōtemplandum eius humanitatem et vtrobiqz pascua inuenient. id est delectationem. vt exponit in li. de spiritu et anima. ¶ Ad rationem in oppositum respondetur q ratō illa procedit q̄tum ad statum vie in qua nondum sumus deo perfecte coniuncti. sed oportet nos per christum ad deum ascendere. sed cum iam deo in beatitudine coniuncti erimus. tunc prius intendemus christi diuinitatem q̄ hūanitatem.

In die omniū Mortuorum est euangelium. Dixit ihesus turb. 7c. Johannis. v. ¶ Circa quod possunt disputari sequētes questiones. Prima. Vtrum iudiciaria potestas qua iudicandi sūt mortui in futuro iudicio conuenienter conueniat christo sm qd homo. ¶ Secūda. Vtrum suffragia fidelium viuorum psint defunctis ¶ Tertia ¶ Vtrum suffragia facta per malos siue per peccatores psint. Quarta. Vtruz vox

christi quaz audient mortui: erit causa resurrectionis oim corp.

AD pmam questionem sic proceditur. Et videtur q iudiciaria potestas qua iudicandi sunt mortui i futuro generali iudicio non couenit christo sm quod ho. ¶ Primo sic. Dicit Augustinus li. de vera religione. q iudicium attribuitur filio inquatuz est ipse lex pme veritatis. sed hoc pertinet ad christum sm qd est de9. ergo iudiciaria potestas no couenit xpo sm quod homo ¶ Secudo sic. Judiciu auctoritatem requirit. sz auctoritas super viuos et mortuos est in christo sm qd deus. sic eni e de9 et creator omniu. ergo potestas 7c. Tertio sic. Ad iudiciariam potestatem ptinet pmiare bene agentes. sicut punire malos. sed pmium bonoz est beatitudo eterna que non datur nisi a deo. dicit eni Augustinus super Johannem. q pticipatioe dei fit anima beata. ergo videtur q iudiciaria potestas non. ergo 7c. Quarto. Ad iudiciariaz potestatem xpi pertinet iudicare occulta cordis. sm illud. i. ad Coz. iiij. Nolite ante tempus iudicare qusqz veniat dns qui illuminabit abscondita tenebraz. et manifestabit cosilia cordium. sed hoc ptinet ad solam virtutem diuinam vt patet. ergo 7c. ¶ In oppositu est euangeliu psens vbi dicitur. Potestatem dedit ei iudicium facere. quia filius hominis e. Respondeo dicendum. q iudiciaria potestas couenit christo. et secudum qd deus et sm qd ho. Ista coclusio declaratur sic. Quamuis apud deum maneat pmaria auctoritas iudicandi. hominib9 tamen comittit a deo iudiciaria potestas respectu eoz qui eoz iurisdictioni subijciuntur. vt dicitur Deutro. pmo. Quod iustum est iudicate. et postea subdit. Qr dei est iudicium cuius sez auctoritate vos iudicatis. Cum autez christus in humana natura sit caput totius ecclesie. et q sub eius pedibus deus omnia subiecit. sequitur q ad eum pertinet etiaz sm humanam naturam habere iudiciariam potestatem. Et hoc quidem pter tria. Primo pter couenientiam et affinitatem ipius ad homines. sicut enim deus per causas medias tanq pinquiores effectibus operetur. ita iudicat per hominem christum homines vt sit suauius iudiciu hominibus. Vnde Aplus dicit ad Hebre. iiij. Non habemus pontificem. qui non possit copati infirmitatibus nostris 7c. Secudo. qr in finali iudicio. vt Augustinus dicit. erit resurrectio corpum motuoz que suscitat deus p filiu hominis sic p eundem xpm suscitat animas inqtu est filius dei. Tertio. qr vt Aug9 dicit in li. de verbis dni. rectu erit vt iudicandi vident iudicem. Judicandi eni erut boni et mali. restat vt in iudicio forma sui bonis et malis ostendatur. Forma autem dei solum bonis seruetur ¶ Ad rationes i op

positum Ad pmam respondetur negando cōsequentiam Et ratio est·quia licet iudiciū ptineat ad veritatem sicut ad regulam iudicij·pertinet tamen etiam ad hominem qui est imbutus veritate ſm qd est vnum qdammodo cū ipsa veritate quasi quedā lex et quedam iusticia animata· anima autē xpi p ceteris creaturis magis fuit vnita veritati et magis ea repleta.ſm illud Johan. p°. Vidimus eum plenum gratia et veritate·ergo ad animā xpi maxime pertinet omnia iudicare· Ad secūdam respondetur negādo cōsequentiam Et ratio est·q sicut in xpo ſm diuinam naturā ē auctoritas dominij respectu vniuersalis creature ex iure creationis·ita in ipo ſm humanam naturam est auctoritas dnij quā promeruit per passionem· et est quasi auctoritas secūdaria et acquisita·sed pma est naturalis et eterna ¶ Ad tertiam respondetur negando cōsequentiā Et ratio est quia licet solius dei sit participatione animas beatas facere· nihilominus adducere homines ad beatitudinē ingressum est caput et auctor salutis eorum est christi· ſm illud ad Hebre·ij· Qui multos filios in gloriam adduxerat· auctorem salutis eoꝝ per passionem consumari ¶ Ad quartā respondetur negando minorem· Dicimus enim q cognoscere occulta cordium et diiudicare per se ptinet ad solum deum·sed ex influentia diuinitatis ad animā christi conuenit etiam ei cognoscere et diiudicare occulta cordium· et ideo dicitur ad Rom·ij· In die cū iudicabit deus occulta hominum per ihesum xpm·et ita compilādo omnes rationes·iudiciaria potestas conuenit christo.

Ad secundam questionem sic proceditur· Et videtur q suffragia viuoꝝ non prosint defunctis· ¶ Primo sic. Suffragia per vnum facta non possunt alij prodesse.ergo etc· assumptum probatur sic· Dicitur Gal·vi· Que seminauerit homo hec et metet. et si vnus ex suffragijs alterius fructum consequeretur meteret ab alijs seminata ¶ Secūdo sic· Ad iusticiā dei pertinet vt vnicuiqꝫ tribuatur pro meritis· Vnde ps· Tu reddis vnicuiqꝫ scdm opera sua. sed iusticiam dei deficere est impossibile. ergo impossibile ē q vnus ex operibus alterius iuuetur ¶ Tertio sic· Dicitur in euangelio psenti· Qui bona egerūt ibūt in resurrectionē vite·qui vo mala in resurrectionē iudicij· id est cōdemnatiōis ¶ Quarto sic· Proficere ex opere aliquo est in via existentis·sed homines post mortem non sunt viatores. ergo mortui non pnt viuoꝝ suffragijs adiuuari· ¶ Quinto· Nullus iuuatur ex opere alterius nisi sit aliq vite communicatio inter eos·sꝫ nulla est communicatio mortuorum ad viuos·ſm phm p°·eth·g° suffragia viuoꝝ nō psunt defunctis

¶ In oppositum est q̃d habetur .ij Mach. xij. Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare. Respondeo dicendū sub duabus cōclusionibus. Prima est Suffragia per vnū facta prodesse possunt alijs. Ista cōclusio patet primo ex illo ps. Participē me fac omniū timentium te. Ratione sic Omnes fideles caritate vniti: sūt vnius corporis membra. sed vnum membrorum iuuatur per alterum. ergo vnus homo ex alterius meritis potest iuuari. Secūda cōclusio Mortui possunt iuuari ex operibus viuorum ¶ Ista cōclusio patet ex cōsuetudine laudabili ecclesie que orat pro defunctis. si ergo ecclesia non decipitur. ergo suffragia viuorum valent defunctis. Itē dicit Augustinus li. de cura agēda pro mortuis. Officia et sacrificia que offerūtur pro nō valde malis sunt propitiationes. Ratiōe sic Sicut se habent orationes sanctorum ad viuos. sic viuorum ad mortuos. sed sancti mortui impetrāt nobis bona et nos adiuuant. ergo et viui possunt bonis operibus suis iuuare mortuos. Confirmatur. ¶ Caritas que est vinculum vniēs membra ecclesie non solum ad viuos se extendit. sed etiam ad mortuos qui in caritate decedunt. caritas enim vita corporis non finitur. i. Cor. xiij. Caritas nunquam excidit Similiter mortui in memorijs hominum viuentium viuunt et ideo intentio viuentium ad eos dirigi potest. Et sic suffragia viuorum dupliciter mortuis prosunt sicut et viuis. et propter caritatis vnionem. et propter intentionem ad eos directam. ¶ Nec tamen eis sic valere credenda sunt viuorum suffragia vt status eorum mutetur de miseria ad felicitatem. vel econuerso. sed valent ad diminutionē pene vel aliquid huiusmodi. q̃d statum mortui non transmutat.

¶ Ad rationes in oppositum Ad primam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia messio est perceptio vite eterne. sicut habetur Johā. iiij. Qui metet fructum congregat in vitam eternam Fructus autem vite eterne nō datur alicui nisi pro operibus proprijs quia si aliquis alteri impetret vt ad vitam perueniat. nunquam tamen hoc fit nisi mediantibus operibus proprijs. dum scilicet precibus alicuius gratia alicui datur per quam meretur vitam eternam ¶ Ad secūdam respondetur negando cōsequentiam Et ratio est. quia opus q̃d pro aliquo fit efficitur eius pro quo fit. et similiter opus eius qui mecum est vnum est quodammodo et meū. vnde non est contra diuinam iusticiam si vnus fructum percipit de operibus factis ab eo qui est secum in caritate. vel ab operibus pro se factis. hoc etiam secundum humanam iusticiam conuenit vt satisfactio pro alio accipiatur. ¶ Ad tertiam respondetur quod presens euangeliū in nullo cōtradicit suffragijs. bene tamen innuit quod suffragia nō valēt ad mutationem status. sicut dictū est.

¶ Ad quartam respōdetur negando cōsequentiam Et ratio est. quia

q̄uis anime separate nō sunt simpliciter in statu vie sed quantum ad aliquid adhuc sunt in via. inq̄ntum scz eorum progressus adhuc retardatur ab vltima retributione et ideo simpliciter eorum via est circumsepta vt non possint vlterius per aliqua opera transmutari secūdum statum felicitatis et miserie. sed q̄ntum ad hoc non est circumsepta quin q̄ntum ad hoc q detinentur ab vltima retributiōe possint ab alijs iuuari quia secundū hoc adhuc sunt in via. ¶ Ad quintam respondetur negādo cōsequentiam Et ratio est. q2 quāuis cōmunicatio ciuilium operuz de qua phūs loquitur non possit esse mortuorum ad viuos. quia mortui extra vitam ciuilem sunt. pōt tamen eorum esse cōmunicatio quātuz ad opera spūalis vite que est per caritatem ad deum cui mortuorum spūs viuunt.

Ad tertiam questionem sic proceditur. Et videtur q suffragia p peccatores siue per malos facta non psunt illis p quib9 fiunt ¶ Primo sic. Johā. ix. Scim9 quia peccatores deus non exaudit. si orationes eorum pdessent illis p quibus orant exaudirentur a deo. ergo suffragia eorum ꝛc. Secūdo sic. Dicit Greg. ¶ Cum is q̄ displicet ad intercedendum mittitur irati animus ad deteriora prouocatur. sed quilibet peccator deo displicet. ergo per peccatorum suffragia deus ad misericordiaz nō flectitur. ꝛ ita taliū suffragia nō psunt ¶ Tertio. Nullum opus ē satisfactorium nisi qđ fit ex radice caritatis. sed illud nō fit sic. q2 fit a malo. ergo non satisfacit.

¶ Quarto sic. Iste peccator nō est membrum ecclesie. ergo nullam habet cōnexionem cuz illo qui mortuus est. ergo opus eius est omnino alienū ab ipso defuncto. ergo nihil ei pdest ¶ In oppositum arguitur sic. Nullus potest scire p certo vtrum sit in statu gratie vel culpe. si ergo illa tantum suffragia psunt que fiunt per eos q̄ sunt in gratia. non possz hō scire per quos suffragia cōquireret suis defunctis. et ita multi a suffragijs faciendis retraherentur. Secūdo sic. Dic̄ Aug9. Scđm hoc iuuatur aliquis mortu9 suffragijs q dū viueret meruit vt iuuaret̄ post mortem. ergo valor suffragiorum mensuratur ƀm conditionē eius p quo fiunt. non ergo differt vtrum p malos vel bonos fiant.

¶ Respondeo dicendum q suffragia facta per malos. si sint facta per opera sacramentalia. vt ē celebratio misse. aut sint facta in psona ecclesie. aut ex ordinatione mortui decedentis in caritate. prosunt illis p quibus fiunt. Pro q̄ cōclusione notādū q i suffragijs q̄ fiūt p malos duo possunt considerari Primo ipm opatum sicut sacrificiū altaris. et q2 nostra sacmenta ex seipis efficaciam habēt absq3 opera operantis que equaliter explentur per quoscunq3 fiant. quantuz ad hec suffragia p malos facta defunctis prosunt.

Alio modo possunt cōsiderari q̄ꝝ
tum ad opus operans. et sic di-
stinguendū est. q2 operatio pec-
catoris suffragia faciētis. potest
vno modo cōsiderari vt est ei⁹. et
sic nullo modo meritoria esse pōt
nec sibi nec aliis. Alio modo ī q̄ꝝ
tum est alterius qđ dupliciṫ con
uenit. Vno mō in q̄ꝝ tum peccatō
suffragia faciens gerit p̄sonā ec
clesie totius. sicut vt sacerdos dū
dicit in ecclesia exequias mortuo
rum. et quia ille intelligiṫ facere
cuius nomine vel vice fit. vt pa-
tet p Dionisiū. xiij. celestis ihe-
rarchie. Inde est ꝙ suffragia ta-
lis sacerdotis q̄ꝝuis sit peccator
defunctis ꝓsunt. Alio modo qn̄
agit vt instrumētū alterius. op⁹
em̄ instrumenti est magis p̄ncipa
lis agentis. Vn̄ q̄ꝝuis ille q̄ agit
vt instrumentum alterius nō sit
in statu merendi. actio tamen ei⁹
potest esse meritoria ratione p̄n-
cipalis agentis. sicut si seruus in
peccato existens qđcūq3 op⁹ mi
sericordie facit ex p̄cepto domi-
ni sui caritatem habentis. Vnde
si aliquis in caritate decedens p̄-
cipiat sibi suffragia fieri. vel ali-
us p̄cipiat caritatem habens. illa
suffragia valent defuncto q̄ꝝuis
illa per quos fiant in peccato ex
istant. magis tamen valerent si i
caritate essent. quia tunc ex dua-
bus partibus opera illa merito-
ria essent. ¶ Ad rationes in oppo-
situm Ad p̄mam respondetur ne
gando cōsequentiam Et ratio est
multiplex. Primo. quia oratio p
p̄ctōres fcā qñq3 non ē peccato
ris. sed alterius. et ideo s̄m hoc
digna est vt a deo exaudiaṫ. Tuz
secūdo quia quandoq3 deus pec-
catores audit scz qn̄ peccatores
aliquid deo acceptū petunt. non
em̄ solis iustis. sed etiam pecca-
toribus de⁹ bona sua ꝓuidet. vtz
Math. v. non autem ex meritis
eoꝝ. sed ex sua clementia. et ideo
Joh. ix. super illud Peccatores
non audit dicit glosa. ꝙ loquiṫ
vt inunctus. id est non plene il-
luminatus. siue adhuc non plene
videns. ¶ Ad secūdam responde-
tur negando cōsequentiaz Et ra-
tio est. quia q̄ꝝuis ex parte ei⁹ di
splicet oratio peccatoris non est
accepta. tamen ratione alterius
cuius vice vel imperio agitur po
test deo esse accepta. ¶ Ad terti
am respondetur negādo cōseque-
tiam. quia opus illud ex parte ei
us cuius vice vł imperio fit ex ra
dice caritatis ꝓcedit. ¶ Ad quar-
tam respondetur eodem modo ꝙ
ille cuius vice aut mandato fiūt
suffragia est membꝝ ecclesie ex
caritate vnitum eis ꝓ quib⁹ suf-
fragia fiunt. et hoc sufficit. licet
minister sit a corpore ecclesie ca-
ritate separatus.

AD quartam questionē
sic proceditur. Et vide-
tur ꝙ vox filij dei nō sit
causa resurrectiōis mor
tuorum. ¶ Primo sic. Resurrectio
fiet subito. cum dicat Damasce.
ꝙ diuina virtute fiet que est infi
nita. s3 vox illa mensuratur tem-
pe nec est potentie infinite. ergo
resurrectionis causa esse non pōt

¶ Secūdo sic. Vox illa quā dicuntur audituri mortui aut audiēt anteq̄ resurgent. aut post. si añ ergo anteq̄ viuent audient. si aūt post. vox illa non fuit causa resurrectionis ¶ Tertio sic. Quādo datur potentia siue virtus alicui q̄uis miraculose datur. opus tam̄ egregiens ab illa erit naturale. sicut patet in ceco illuminato. si ergo dicat̄ q̄ voci illi sit data aliqua virtus. sequit̄ q̄ resurrectio erit naturalis. qd̄ falsum est.

¶ In oppositum est euangeliū pn̄s vbi dicitur Mortui audient vocē filij dei ¶ Respondeo dicendum q̄ vox ministerialiter erit causa resurrectionis corpum mortuorum Vnde Apl'us. i. Thessal. iiij. q̄ dn̄s in tuba dei descendet de celo. et mortui qui in christo sunt resurgent. Ratione sic potest pbari. Illud est causa excitationis in dormiente quo audito excitatur. sed mortui in monumentis excitabuntur auditu vocis filij dei. vt in euangelio p̄senti. ergo vox illa erit causa resurrectionis. Pro cuius cōclusionis pleniori intelligentia notandum iuxta scm̄ thomam. q̄ oportet causam effectui aliquo mō cōiungi. quia mouēs et motum. Faciens et factum sūt simul. vt pbat̄. vij. phisicoꝝ. xp̄s autem resurgēs est causa vniuoca nostre resurrectionis. Vn̄ oportet q̄ in resurrectione corporum cōmuni aliquo signo corporali dato christus resurgens operet̄. qd̄ quidem signum vt quidam dicūt ad litteram. est vox christi resurrectionem operantis. sicut impauit mari et cessauit tempestas. Mathei. viij. Quidam autē dicunt q̄ hoc signum aliud est q̄ ipsa p̄sentia euidens filij dei i mūdo. sed nobis melior videtur prior sentētia et littere magis cōformis. et hec vox quecūq; sit quandoq; dicitur clamor quasi p̄conis ad iudicium ciuitatis. quandoq; autem dicitur sonus tube. vel pter euidentiam vel pter conuenientiaz ad vsus tube. que erāt in veteri testamento. tuba enim congregabantur ad conciliū. cōmouebantur ad bellum. et vocabantur ad festum. resurgētes autem congregabuntur ad concilium iudicij. ad p̄lium quo orbis terrarum pugnabit contra insensatos. vt dicitur Sap̄. v. et ad festum eterne solēnitatis. ¶ Ad rationes in oppositum Ad p̄maz respondetur negando cōsequentiaz Et rō est. quia licet sonus mēsuretur tempe. nihilominus sicut dicitur de formis sacramētoꝝ in vltimo instanti plationis effectuz suū habet. et sic resurrectio fiet subito q̄tuz ad id quod in ea fiet virtute diuina. licet q̄ ad id qd̄ fiet ministerio angeloꝝ nō fiet in instanti. si instans dicat indiuisibile tempis et tn̄ in instanti put dicit impceptibile tempus. ¶ Ad secūdam respondetur vno mō q̄ ibi audire dicit̄. id est obedire. q̄a audiēt. i. obediēt voci filij dei. vox eīm expssiua est interioris cōceptus. tota aut nat̄a ad nutū obedit voluntati diuine ꝛ cōceptioni

sicut audiuit Lazarus qñ dictuz est ei. Veni foras. ⁊ reuixit. vt dicitur Joh. xi. Alio modo respondetur iuxta sanctum tho. quia sicut forme sacramentorum habent virtutem sanctificandi. non ex hoc quod audiuntur sed ex hoc quod proferuntur ita illa vox quicquid sit habebit efficaciam instrumentalem ad resuscitandum. non ex hoc quod sentitur sed ex hoc quod profertur. sic etiam vox ex ipsa impulsione aeris excitat dormientem soluendo organum sentiendi non ex hoc quod cognoscatur. quia iudicium de voce proueniente ad aures sequitur excitationem et non est causa eius. et ita vt dicit dñs Bonauentura in iiij. Vox illa audietur simul tempore qñ mortui resurgunt. prius tamen natura resurgunt quam audiunt ratione iam dicta. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam Et ratio est. quia virtus illa data voci non est ens perfectum in natura. sed est talis qualis est in formis sacramentorum. Assumptum autem esset verum qñ potentia siue virtus que datur esset ens completum in natura. sicut est potentia data ceco illuminato.

In festo beati Martini est euangelium Sint lumbi vestri ⁊c. Luce xij. de quo disputatur sicut in festo beati Nicolai. Nunc queritur.

Utrum illud sit verum aut conuenienter dictum quod expectantes dñm reuersurum xpus faciet eos discumbere et transiens ministrabit illis. Et videtur quod non. ¶ Primo sic. Discubitus est accomodata corporis dispositio in iacendo vel sedendo. sed talis corporalis discubitus non conuenit aiabus sanctorum que sunt spiritus incorporei. ergo non videtur conueniens. ¶ Secundo sic. Xps est immobilis semper stabilis dans cuncta moueri vt dicit Boetius. Et in ps. Tu autem idem ipse es. ergo non videtur conuenienter dictum quod transiens ⁊c. ¶ Tertio sic. Si ministrabit. queritur aut idem omnibus aut varia diuersis. non videtur idem. quia vt videtur tunc omnes equaliter essent beati. quod est falsum cum enim premium respondeat merito. et multi sint excellentioris meriti quam alij necessario non erunt omnes equaliter beati. si varia. ergo sequitur quod non erit vna beatitudo omnium. ¶ In oppositum est euangelium. ¶ Respondeo dicendum quod hoc verissimum est bene intellectum dominus enim spiritualia loquitur sub similitudine rerum corporalium vt nos intelligere valeamus. ¶ Ad rationes in oppositum Ad primam respondetur per illum discubitum intelliguntur sedes ⁊ mansiones parate sanctis in illo beatitudinis prandio. de quibus dicitur Joh. xiiij. In domo patris mei multe mansiones sunt. quod Augustinus exponit de varijs dignitatibus premiorum. ¶ Ad secundam respondetur iuxta Albertum magnum super Lucam. xij. quod xpus transibit triplici transitu in gloria ministrando scilicet transitu corporali. secundo mentali. tertio

simul corpali et mentali. Corpora
li quidem transibit in seipso quan
do post iudiciū de aere in quo oc
current ei beati in celum cum eis
mouebitur. i. Thessal. iiij. Simul
rapiētur cū illis obuiam xpo in
aerea. Mētali autem transitu nō
transibit in se sed in sanctis quā
do nouis illuminationibus refici
et sanctos. Eccl. xxiiij ¶ Transite
ad me omnes qui cōcupiscitis me
Simul autem corpali et mentali
transibit etiam in sanctis qñ sen
sibus corporis exhibebat gloriaz
corporis. et mentibus exhibebit
gloriam diuinitatis ¶ Johan. x.
Per me si quis introierit saluabi
tur et ingredit et egredit et pa
scua inueniet. Exponit Augusti
nus. Foris egrediens pascit in
saluatoris hūanitate. et intus in
grediens pascetur i creatoris di
uinitate. et sic vtrobiqz pascua
inueniet. et sic respondetur ad tē
tiam q idem ministrabit omnib9
omniū eñ beatitudo vna sic vnus
denarius. licet non equaliter om
nes illam participent.

IN festo beate Kathe
rine est euangelium.
Simile est regnū ce
lorū. Math. xiij. Cir
ca quod potest disputari sequens
questio.

Utrum beata Katheri
na emit agrum in quo
erat thezaurus abscō
ditus. Et videtur q non. ¶ Prio
sic. Quia ager ille in quo abscon
diti sunt omnes thezauri sapien
tie et scientie dei est xpus. Col.
ij. sed xpus non est emibilis. ergo
etc. ¶ Secundo sic. Christi precio
Katherina et omnes fideles fu
mus empti. fm illud. i. Cor. vi.
Empti enim estis precio magno.
glo. christi sanguine. ergo nō vi
detur cōuenienter dictum q chri
stus emptus sit a quocūqz nrm.
¶ In oppositum videtur euange
lium q in huiusmodi sancte fe
stiuitatis legit. q beata Kathe
rina fuerit illa que agrum emit i
quo thezaurus esset absconditus
vt haberet illum. Respondeo di
cendum. q emptio in psenti dici
tur methaphorice. quia vbi ē ali
qua cōmutatio ibi videt aliq em
ptio. Cū autem sancti cōtemnūt
oia terrena p xpo. et ppam vitā
exponūt pter ipm dicūtur emē
re xpm. iuxta illd apli ad Phil.
iij. Omnia sez mūdana detrimētū
feci. et arbitror vt stercora vt xpz
lucrifaciam. et vt inueniar in il
lo. Et Ambro. determinans illd
Ysa. lv. Omnes sitientes venite
ad aquas et q non habetis argē
tum ite emite etc. dicit sic. Nec ei
pciū quesiuit a nobis qui sangui
nis sui pcium soluit. quia non au
ro nec argento sed pcioso nos re
demit sanguine. ergo idem pciuz
debes quo emptus es. eme chri
stum tibi. non eo q pauci habēt
sed eo q oēs habent p naturaz
suū est qd a te xpus reposcit ipse
omnibus vitam debit. ipe p om
nibus mortez suā obtulit. solue p
auctore qd solutum ē lege. ñ me
diocris otract9 ē. Hec Ambro.

Cum ergo beata Katherina con
tempta omni dignitate vitā ſuā
ꝓ xp̄o cōſtātiſſime dederit· recte
emiſſe agrum· id eſt xp̄m in q̊ the
ſaurus abſconditus eſt dicit̃. Ex
quo agro ſumpſit thezauꝝ diui=
ne ſapientie qua maxime vſa ē in
defenſione fidei in cōfutatiōe ydo
latrie· in diſputatiōe cōtra recto
res· quibus vnū ſolū deū verū eſſe
ꝓbauit et deos falſos oēs eſſe
cōuicit. Inde ſumpſit thezauruz
ſcie naturalis· qua maxime vſa ē
in diſputatione contra impara=
torem vt patet in legenda· Ter=
tio ſumpſit inde noticiam ſciētie
methaphiſice· et hoc in contem=
ptu terrenoꝝ· hec em̄ ſcia ſpecu
latur formas ſine materia· hanc
habuit qn̄ animū ſuū a materia=
liū reꝝ amore ſubtraxit. q̄ vſa ē
qn̄ oratores et reginā et milites
ad cōtemptū mūdi et deſpectum
ſui et deſideriū regni celeſtis ani
mauit· et in martirio cōfortauit·
¶ Ad rationes in oppoſitū Ad pri=
mam reſpondet̃ negando aſſum=
ptum· qm̄ mō p̄dicto xp̄us emibi
lis eſt. ¶ Ad ſecūdam reſpondet̃
negando cōſequentiam Et ratio
eſt. quia non eſt idem emptionis
quo xp̄us dicit̃ ſuo ſanguine nos
emiſſe et qua fide ⁊ deuotiōe nos
eum amplectemur ¶ Vnde Am=
bro· Nemo vereatur qui argētuz
non habet· non querit xp̄us argē
tum ſed fidem que argento p̄cio=
ſior eſt·

Excellens opus (Domini Johā
nis de turrecremata ſcē ſedis a=
poſtolice cardinalis ordine p̄di=
catoꝝ tituli ſancti ſixti) queſtio=
num digniſſimaꝝ cum ſolutioni=
bus earundem· circa textus Epi=
ſtolaꝝ atqꝫ euangelioꝝ tam de
tempe q̄ꝫ de ſanctis et feſtorum
emergentium totius anni· cuꝫ in=
troductionibus thematum p̄cla=
riſſimis de quacūqꝫ materia p̄di=
care volentibus applicabiliū. Cū
etiam tabula alphabetica oſten=
dente ſuo ordine/ et loca et mate
rias in hoc egregio opere cōten
tas ¶ Quod apud fidei cultores di
gniſſimos ſacre theologie pfeſ=
ſores ꝓpter ſui excellētiam flos
theologie meruit nominari· Per
Eberhardum fromolt alemanuz
Baſilienſem. ¶ An
no ſalutis Milleſimoquadringē
teſimooctuageſimoprimo· Men=
ſis Julij die viceſimaquarta Fe=
liciter conſummatum eſt.

